









Note to binder on p b 302
cropped away
See 1st copy

ROSINI LENTILII,
MISCELLANEA
MEDICO-PRACTICA
TRIPARTITA.



Miscellanea hæc medico-practica ab Excellentissimo Dn. Rosino Lentilio, Academico nostro Naturæ Curioso solertissimo, multo cum studio collecta & elaborata, cum non leve Artis medicæ cultoribus emolumentum conferre queant, dignissima esse censeo, quæ publicis typis edita, omnium manibus versentur. Scrib. Augustæ Vind. d. 21. Martii, Anno 1698.

Lucas Schröckius, Med. Dr.
Academiæ Cæsareo-Leopoldinæ
Naturæ Curiosorum Præses.







J. N. J.

ROSINI LENTILII,

Sereniss. Princip. Oettingensis, diversorumq; S. R. J. Statuum Archiatri, & Reip. Nördlingensis hactenus Physici, Acad. Leopoldino-Imperialis Naturæ-Curiosorum Collegæ, d. Oribasii

MISCELLANEA MEDICO-PRACTICA TRIPARTITA.

Quorum partibus prioribus continentur

Historiæ, Discursus, Consilia, Epistolæ, ab Auctore ad diversos, & à diversis ad ipsum exaratæ, varii quidem, cumprimis autem Practici, utilis magis, quam curiosi, nec tamen adeo vulgaris, argumenti:

In quibus omnium fere corporis humani morborum curatio methodica, adjectis etiam subinde cautelis practicis, utilibus æque ac necessariis, traditur.

Tertia autem

Tractatus & Dissertationes Virorum celeberrimorum inediti, cum Sylloge medicamentorum, *B. D. D. Seretæ*, aliis Medicis celebrioribus, & ipsimet Auctori familiarium ac secretiorum:

Horis à Praxi Medica vacuis collecta, ac usibus Medicinæ Practicorum cum quorumvis, tum præcipue novellorum, consecrata.

In Præfatione exhibetur

de ineunda Societate Jatrica Consilium.

Cum Indice rerum, verborum & medicamentorum locupletissimo.

ULMÆ,

Sumtibus GEORGII WILHELMI KÜHNII,

Typis ELIÆ KÜHNII, 1698.


MEDICAL
LIBRARY

J. N. J.

SERENISSIMO
PRINCIPI
AC DOMINO,
DOMINO
EBERHARDO LUDOVICO,
WÜRTEMBERGIÆ
ET
TECCIÆ DUCI,
COMITI MONTISBELIGARDI,
DYNASTÆ IN HEIDENHEIM, &c.
PRINCIPI
AC
DOMINO SUO
CLEMENTISSIMO.

SERENISSIMÆ DOMUS WÜRTEMBERGICÆ
SANCTIORIS ET INTIMI REGIMINIS
CONSILIARIIS,
VIRIS
PERILLUSTRIBUS ET GENEROSISSIMIS,
DOMINO
MAXIMILIANO à MENTZINGEN,
Archi-Præfecto Brackenheimensi.
DOMINO
JOHANNI FRIDERICO à STAFFHORST,
Supremo Curiæ Ducalis Mareschallo & Archi-Præfecto Göppingensi.
DOMINO
LUDOVICO PHILIPPO à GEISMAR,
Ærarii Ducalis Præsidi, & Archi-Præfecto Heydenheimensi.
DOMINO
JACOBO FRIDERICO à RÜHLE.
DOMINO
JOHANNI GEORGIO, NOBILI DOMINO à KULPIS, S. R. I. Equiti, & Senatus Ecclesiastici Würtembergici Directori.

DOMINIS SUIS GRATIOSISSIMIS.

SERENISSIME DUX,
PRINCEPS AC DOMINE CLEMENTISSIME!



Os, qui rerum in orbe potiuntur, cum STELLIS firmamenti *comparari, adeo non est absonum, ut in* sacris *potius* litteris *ejusmodi comparationis luculentissima vestigia deprehendantur*. Num. 24. v. 17. Balaam *ita vaticinatur*: Orietur *STELLA*

 ex

ex Jacob, & consurget virga de Israël *&c. Ubi vocabulum STELLA, nostri Theologi, & cumprimis in opere Biblico* Vinarienses *de terrestri quodam Regno, sub Rege DAVIDE ejusq; posteris orituro, volunt intellectum. Sic* Esaiæ 14. v. 12, *Rex Babyloniæ vocatur STELLA* matutina, *ut alia prætermittam. Et quæ Comparatio* Principi *Viro præ hac ipsa convenientior existat? Aut enim omnino fallor, aut ipsi propterea salutantur* Serenissimi, *quod splendore suo, STELLARUM ad instar, totas, amplissimasq; Regiones collustrent: Quod* benignis influxibus *fortunas tot mille subditorum moderentur: quod inexhaustæ clementiæ blandissimo calore, curas eorum atq; calamitates foveant.*

STELLÆ dicuntur, quod, veluti STELLÆ firmamenti *omnium totius orbis incolarum oculis suo quæq; loco pateant, omnibus, bonis juxta atq; malis, pariter fulgeant; Ita subditorum quorumvis oculi ad* Principem *suum convertantur, ipse quoq; pari pietatis & amoris affectu in quoscunq;, etiam, dum punit, amando, provehatur. STELLÆ deniq;, quod*

per

per afflictionum nebulas territorio suo subtracti, noctem tristissimam in suorum pectoribus relinquant.

Quemadmodum vero STELLÆ, dum occultis *in hæc inferiora* virtutibus *operantur, ipsæ statione sua minime cedunt, sed, mediantibus* radiis, *suos in ea thesauros effundunt; Ita, si quis* Principum Consiliarios, *eosq; cumprimis, qui gubernaculi clavo proximius admoventur, ejuscemodi* radiis *comparaverit, a verisimili fortasse, quamminimum aberrarit. Fons, Centrum & Origo Splendoris fundatur in ipso PRINCIPE, luculæ hinc & scintillæ dimanantes, per* Consiliarios, *ceu* radios, *quaquaversum diduntur. Atq; sicuti STELLÆ* firmamenti *suis carere* radiis *adeo non possunt, ut, sine horum ministerio, earum potius in hæcce sublunaria sit* influxus *omnino nullus futurus: Ita nec unquam PRINCIPES Reipublicæ habenas, absq;* Consiliariorum *interventu, aut rexerunt unquam, aut regere posse creduntur. Hinc, recte scribente HIPPOL. à COLLIBUS,* tr. de Consiliar. Optimum quemq; Principem Consiliariis stipatum

fuisse legimus, totidem fere oculis, auribus, manibusquè *&c.* *Immo* Sapientiæ argumentum in *PRINCIPE* nullum majus, quam sapientium Virorum Consilio uti.

Quorsum hæc à me scribantur, Serenissime *PRINCEPS*, *cognoscis. Postquam enim mihi, servorum subjectißimo, copiam atque facultatem, in sede Ducali*, Stutgardia, *Medicam praxin exercendi, clementissime concessisti, statim cogitare cœpi, quo potissimum argumento gratitudinem meam declarare possem. Ea sublunarium est gratitudo, vel quasi, ut receptum e STELLIS lumen per reflexionem quandam in eosdem rejaculentur. Aspexisti me*, Serenissime *PRINCEPS, hominem peregrinum, clementiæ Tuæ, laudatissimæ in Principe Virtutis*, radiis. *En reflexam non lucem, sed luculam, non flammam sed scintillam, ad* Te, *suum fontem, suam originem, redeuntem*; Miscellanea *hæc* Medico-Practica *dico. Caveo, putem, quod ea sint tanti momenti, quæ gratæ mentis*, Tibi, Serenissime *PRINCEPS, in æternum*

æternum devinctissimæ, latifundium exhauriant. Talia tamen sunt, qualia & non alia ab homine Medico expectari, immo exigi, debeant, cui nil unquam posthac per omnem vitam antiquius censebitur, quam, ut Sanitas Incolarum WURTEMBERGICÆ telluris, per ejus qualiacumque consiliola, summa sollicitudine curave promoveatur. Hæc igitur Miscellanea, Tibi, Serenissime *PRINCEPS, ea, qua par est, animi submississima devotione offero, ac* Tibi *quidem, sub STELLÆ* pentæchmæ *Schemate, PENTADARCHO, qui* Pentade *sanctissima quinque* Consiliariorum *Regiminis intimorum, ceu tot* radiorum *satellitio stipatus, felicissimum per Te Ducatum* Würtembergicum, *eximio, quippe* primæ magnitudinis *STELLA, fulgore, illuminas, utinam per secula, si qua supersunt, illuminare possis!*

Almus ille Siderum *Creator,* DEUS, *faxit, ut, quemadmodum sub auspicatissimo Regimine* Tuo, *Pax aurea, STELLÆ* Würtembergicæ *apicem conscensa, tragico belli apparatu, sub hujus cura detruso,*

truſo, vexillum Imperiale *alacri nixu vibrat; ſic indigitatum per* Cornua cervina *robur atque potentia dextram ejusdem tueatur, ſiniſtram per* Piſcium & (*a*) Similaginum *emblema præfigurata rerum & annonæ ubertas claudat, atque ſic perenni fulgore coruſca, nullam unquam eclipſin patiatur.*

Et, ne mihi, Sereniſſime *PRINCEPS, meæve Facultati penitus deeſſe videar*, Pentagonum, Hygieiæ *quoque antiquitus conſecratum* ſignum (*b*) *inſigniſſimæ* Tuæ *clementiæ ſiſto, atque ſic Medicam Facultatem, in inclyto* Würtembergico *Ducatu alioqui florentiſſimam, & me præcipue, novum Civem ac Medicum, benignis porro* Tuæ *Serenitatis influxibus devotiſſime commendo.*

Sereniſſimæ Celſitudinis Tuæ

Subjectiſſimus Servus

ROSINUS LENTILIUS.

(*a*) Similagines. wekke oder wekken; *aliis* Rauten / *quadranguli iſti cuneati in* Würtenbergicis *Inſignibus, appellantur.*

(*b*) Hygieiæ, *ſeu* Sanitatis *ſignum antiquitus* pentagoni *figura deſcribitur*, ⛤ *quem alii nuncupant* pedem Druydarum.

DEDICATIO.



Am vero *Te* ſaluto, Sanctiſſima *Conſiliariorum Regiminis VVürtembergici intimorum Pentas*! *Sanctiſſimam* voco, quod, ut eſt ap. PLUTARCH. *de εἰ apud Delphos p. m. 559. numerus* QUINARIUS *merito ſit habitus in honore, eo quod primus numerus ſit è primis confectus. Unitas etenim non habetur pro numero. Poſt unitatem vero numeri paris principium duo, ternio autem imparis ſtatuitur.* Et *quinarius ex his duobus compoſitus* PLATONI *matrimonium dicebatur*, ob *paris cum femina & imparis cum mare ſimilitudinem.* Hinc & dictus PLUTARCHUS *de oracul. defect.* vocabulum πάντα, id eſt, *omnia*, à πέντε, id eſt, *quinque* deductum arbitratur. Porro *quinque* rerum principia PLATONEM ſtatuiſſe novimus, *Ens*, *Ideam*, *Diverſum*, *Motum*, *Quietem*; Et Chimicorum è modernis non pauci *Sal*, *Sulphur*, *Mercurium*, *Aquam & Terram* pro principiis venditant. Ne dicam de *quinque* Medicinæ partibus, *Phyſiologica*, *Pathologica*, *Semeiotica*, *Diætetica & Pharmaceutica*; de Diviſione Corporis humani in *quinque* Partes, *Caput*, *thoracem*, *abdomen*, *manus & pedes*; de *quinque Senſibus* externis, & aliis pluribus à PLUTARCHO *loc. cit.* propterea adductis, ut *Naturam ſecundum numerum quinarium multa diviſiſſe, adeoquè magnam eſſe hujus numeri prærogativam, oſtendat.*

Sanctiſſimam iterum dico, ob muneris, cui, *Viri perilluſtres,*

ſtres, in inclyto *Ducatu VVürtembergico*, præfecti eſtis, Sanctitatem. Etenim ſi, quod aliqui Politicorum ſcribunt, (a) *Princeps & Conſilium* DEI *vices in terris gerunt, atque adeo iſte cum Conſiliariis veri atque legitimi* DEI *miniſtri ſunt*, utique *Conſiliariorum* munus haberi decet ſanctiſſimum.

Sanctiſſimam denique *Pentadem*, quod in vos potiſſimum quadrare videantur *quinque Conſiliariorum* requiſita ab HIPPOL. à COLLIB. *tr. de Conſiliar.* adnotata, nempe, qui ſitis in dicendo arguti, in reſpondendo promti, in percipiendo faciles, in docendo clari, in ſeriis cauti: Quod, ſecundum alium quendam Politicum, (b) omnium *Sereniſſimi Principis* veſtri ſenſuum vicem ſuſtineatis, quorum, ut jam ſupra memoratum, *quinque* numerantur: Quod itidem ſitis ipſius *oculi*, *aures*, *os*, *manus & pedes*. Quod ſitis veri *Ducatus VVürtenbergici* PENTAPROTI, de quorum munere, πενταπρωτία, *duodecimus liber Codicis veſtri*, & in hunc ALCIATUS *p. m.* 220. Quod, juxta alias conſtitutiones ſacras, *quinque* ſummates, quintumviri.

Quod ſitis poſtremo *Pentactines*, ſeu *quinque Radii* ſplendidiſſimi, è fonte Majeſtatis *VVürtenbergicæ*, ceu fulgidiſſimæ STELLÆ promanantes, propterea *Illuſtrium* titulo vere inſignes atque digniſſimi.

Quid amplius optare poſſim, cliens humillimus, quam, ut *radii* veſtræ clementiæ, his quoque *Miſcellaneis Medico-Practicis*

(a) *In Speculo Aulico-Politico tr. I.mus FURII de Concilio & Conſiliariis.*
(b) *Id. FURIUS tract. cit.*

ἐλπίς, & mihi, horum Autori, jubare blando affulgeant? quæ vobis, illustria carissimaque capita, ea, quæ, Clientem decet, animi submissione, do, dedico, consecro. DEUM obnixissimis votis precatus, ut vestrum de *Ducali lumine lumen* immaculatum & illibatum, in seram posteritatem servare dignetur: Ut MENZINGERIANUS *ὄλορ* infucato candore bonorum animos ad se porro pelliciat, ejusdemque *Corvus* longævitatem Nestoream omine læto præsagiat: Ut *nobile* & *aureum* STAFFHORSTIANUM *trifolium*, MATTHIOLO quoque *Trinitas* dictum, cordi & visceribus robur non tam conservet, quam augeat, & *SS. Trinitas* consilia *Ducatui* semper saluberrima inspiret: ut GEISMARIANA *Capra*, quam inter *Sidera* quoque Antiqui collocarunt, *Capram Syriam* æmuletur, immo prævaleat, de qua scriptores, quod magnam vim lactis egerat, unde natum Adagium, *Capra Syria*, de eo, qui multam affert utilitatem: Ut RüHLIANA *Palma* perpetuum vireat, & contra quævis adversitatum pondera Caput erectum teneat: Ut denique KULPISIANÆ *Stellæ* Scintillationibus nunquam intermorituris coruscent, ejusque illustris familia sub *Cherubico* præsidio tutissima, in abnepotes perpetuata, quamdiu STELLÆ *firmamenti* lucent, luceat.

Postremo omnia, quæ sanctissimæ huic *Pentadi* sum partitim apprecatus, in ipsam *Serenissimam* totius *VVürtenbergici Ducatus* STELLAM, *Dominum nostrum clementissimum* uno jugique confluxu redundent.

Sic, *Viri perillustres*, Mecænates maximi, me, novum Advenam, Patrocinio vestro gratioso dignamini, favorisque blando sinu peregrinum excipite, vivite, valete, ad votum

Perillustrium vestrarum generositatum

Clientis devotissimi

Rosini Lentilii.

J. N. J.

PRÆFATIO

Ad

LECTOREM.

LECTORI CANDIDO S. P. D.

ROSINUS LENTILIUS.



Nclytæ Leopoldino-Imperialis Naturæ Curioſorum Academiæ *Lemma tale habetur:* NUNQUAM OTIOSUS. Otioſum *hoc lemma videri queat conſideranti, quod mens humana, quippe Spiritualis, adeoque ſumme mobilis, nunquam, ſi rite metiaris, otiari poſſit, adeo, ut de re nulla cogitet. Nam vel bardo ſtupidove corpori mens infuſa, re-vera nunquam otiatur, ſed pro apparatu inſtrumentorum ſemper operatur. Quin & ipſis dormientibus otium non niſi timide concedendum eſſe ſuſpicamur, quod in illis phantaſmata raro conquieſcant, & his fortaſſe quieſcentibus, anima ratio-*

nalis, etiam homine non ad-vertente, talia cogitet ac operetur, qualia, dum sensui brutali obedire cogitur, nunquam aut cogitasset aut operata fuisset. Enimvero & hominum negligentissimi & omnino mollissimi nunquam revera feriantur, sed mens eorum, immo manus & pedes, illa semper, hi frequenter operantur. Atque, O utinam non operarentur iniquitatem. De tali otio male negotioso non loquitur Curiosi Ordinis lemma. Moraliter enim otiari dicuntur illi, qui τὰ δέοντα negligunt, qui aliud, quam quod debebant, faciunt, licet in istis suis allotriis vel minime otientur. Ut plurimum enim, Natura post lapsum paradisiacum eheu! corrupta, est ita comparatum, ut homines reprobi plus laboris & sudoris impendant, ut gehennam lucrentur, quam probi, pro consequenda beatitudine cœlesti. Sic vere otiatur, qui functionis suæ legibus minus obtemperans, diem, quin & noctem, consumit in alea, vino, Scortis, quamvis in hoc vitiorum tramite usque ad virium resolutionem alacerrime decurrat: Et nunquam otiosi in rei veritate sunt illi, qui stationem suam, indefessa sollicitudine, per diurna pernoctique cura, obeunt, quamvis, si ad rigorosas eruditorum lances eorum negotium computetur, non æque arduum & exquisitum queat æstimari. Inter Academicos Naturæ curiosos, otiari, suoque lemmati non satisfacere, male putantur isti, qui aut Ephemerides Observationum largo catalogo non quotannis locupletant, aut materiam è triplici Regno, secundum Academiæ leges elaboratam, non sistunt: Otiari rectissime censentur, qui, dum ista se facturos receperunt, & per ingenium ac otium facere possunt, per supinam tamen negligentiam, & alias fortasse minoris momenti caussas, nec fecerunt hactenus, nec faciunt,

ciunt,

ciunt, nec unquam facere apud se constituerunt. *Ac*, utinam tales in ORDINE nostro non reperiantur!

Ex quo nomen & nos in illustri *hac* Societate *professi sumus, non equidem nos omnium fuisse diligentissimos, aut paribus, cum aliis multis Collegarum, aristis* Curiosorum *messem ditasse, gloriari possumus, attamen, quod potuimus, nos semper fecisse, dictarum* Ephemeridum *cum ipsæ* Observationes, *tum* Appendices *quotannis loquentur.*

Oologiam promissam quod attinet, eam esse prorsus ad umbilicum perductam, totumque proinde ovum *exclusum, non sine rubore affirmaremus, eo tamen usque sumus progressi, ut, si detur, qui sumtus erogare velit, qualem hactenus frustra Bibliopolam quæsivimus, intra spatium temporis haut adeò longum perfici possit, opus, quod nobis multo labore, multoque sudore constitit, & quale, per Medicæ praxeos, hactenus auctioris, impedimenta, si scil.* ovum *esset ab* ovo *ordiendum, non amplius elaborare valeremus; quæ eadem Praxeos amplitudo hæcce, quæ Lectori benevolo exhibemus,* Miscellanea Medico-Practica *tripartita, nobis haut raro satis per itinera defatigatis, extorsit.*

Ad conscribenda systemata, *vel ejusmodi tractatus, qui sine methodo accurata, sine librorum apparatu, sine variis instructissimi Musæi adminiculis, concinnari non possunt, otium nobis, quod* DEUS *novit, sufficiens per hos aliquot annos nunquam fuit, quibus circiter octingenta milliaria, quotannis hinc inde vagando, permetienda fuerunt. Nostro tamen ut lemmati satisfieret, nec à quoquam, etiam extraneo, cui vitæ, quod hactenus trivimus, genus est incognitum, nobis, quod simus otiosi, queat objici, immo, ut orbi Medi-*

dico

dico nos non omnino nihil agere, testatum faceremus, ecce hoc, quod vides, scribendi genus, benevole Lector, *elegimus. Quod, si cuiquam velit inutile aut levius, quam quod Medicum eruditum deceat, æstimari, nos tamen suscepti laboris usque non pænitebit, qui Medicos longe elegantissimos habeamus præeuntes, cumprimis nostros olim* JOH. THEOPH. BIERLINGIUM, in Adversariis curiosis, *ejusque continuatorem* JAC. WOLFFIUM, in Thesauro Practico, BALTHAS. TIMÆUM à GüLDENKLEE *& alios.*

Argumentum *est ita comparatum, ut ubivis fere locorum, quibus ægri nobis extra urbem visitandi erant, occasio, vel meditandi quædam, vel scribendi, quæ hisce* miscellaneis *inseri possent, nasceretur. Paucissima nobis domi nata, sed in variis oppidis, arcibus, pagis, illis præcipue, in quibus pernoctare, vel diutius morari cogebamur, temere collecta, multa super equum aut rhedam vectis in itinere meditata: quin, ipsammet hanc* præfationem, *alibi, quam domi nostræ, scripsimus. Nascuntur hinc nobis vere* Miscellanea, *id est,* confusissimum variarum curationum, consiliorum, historiarum, epistolarum à nobis & aliis exaratarum, discursuum, &c. chaos, *vel sola argumenti confusa varietate* Lectori benevolo *fortasse gratum futurum.*

Non omnia pari diligentia, nec pari stylo vides elaborata. Nec enim semper eodem otio, nec eodem apparatu instructi eramus. Domi tamen conscripta nitidiora pleraque.

Fructum, qui scripta id generis miscellanea *vel comitari, vel insequi solet, quod attinet, aut nimium nobis blandimur, aut ipse non erit plane nullus. Plures Medicos-Practicos iisdem nobiscum vesti-*

giis inſiſtere præoptamus, & emolumentum in rem Medicam minime pœnitendum inde redundaturum ſperaremus. Quo enim quis magis Praxi Medicæ implicatur, eo plura, ni fallimur, circa ægrotos eorumque curam obſervat, eo felicius quoque talem imitari licet. Ejusmodi viris non eſt integrum, magna, edecumata, ad methodi quadrum redacta ſcribere volumina. Jam vero, ſi nihil omnino in publicum edunt, quam elegantiſſima, quin & ſumme neceſſaria quandoque obſervata, non ſine rei Medicæ detrimento, male diſpereunt? Hac autem, qua nos inceſſimus, via, etiam in confertiſſima Praxi ſua, quaſi aliud agentes, libros, eosque non minus, quam illi, qui multis lampadibus conſtiterunt, utiles, conſcribere poſſunt; quin ſibimetipſis prodeſſe, cum aliqua notant, quæ forſan, ejusmodi Miſcellanea *non edituri, nunquam adnotaſſent, & aliquorum in relectione recordantur, quorum alias in eorum occipite memoria dudum oblitterata fuiſſet.*

Jam igitur, ut aliquorum in hiſce Miſcellaneis, *contentorum rationem porro reddamus, monitum vellemus* Lectorem:

(*I.*) Curationes non omnes eſſe affectuum rarorum, nec omnes noſtras, nec omnes felices, nec omnes operoſas aut exquiſitas. Non omnes eſſe affectuum rarorum, *eo quod in Praxi non ſemper occurrant* rari; *quin &, quo frequentiores ſunt affectus, v. gr.* febres, catarrhi *&c. eo plura circa eos notanda veniunt, eoque ſunt utiliores, qui horum curationem docent, libri. Nam, quid attinet multa de* lepra, peſte, diabete, hydrocephalo *&c. ſcribere, cum plures Medicorum per plus quam triginta annos praxin exerceant, quibus nunquam talis æger curandus obtigerit? Libri, qui rarorum ſolummodo morborum medelam tradunt, non ſunt polychre-*

ſti, quamvis non inutiles. Occurrent tamen & in hoc ipſo libro hinc inde morbi non penitus quotidiani, ut vel hoc etiam modo varietas ſit delectatura. Quin, uti ſunt varia hominum ingenia; ita non dubitamus, aliquos avide lecturos ea, quæ aliis faſtidiuntur, aut, quæ legantur, indigna cenſentur.

Curationes non omnes ſunt *noſtræ, ſiquidem hinc inde Medicorum aliorum, amicitiæ nexu nobis conjunctorum, aut aliâs celebrium, vel a nobis, vel aliis, conſultorum, curæ reperiuntur: Poſtea, quos ipsi perfecimus, partim non ſunt noſtræ, qua methodum, & qua medicamenta. Nonnullibi nobis placuit* SCRETIANA, WILLISIANA, MORTONIANA, SYDENHAMIANA methodus; *nonnunquam horum & plurium celebriorum Medicorum* medicamenta *placuerunt, quorum interdum nomina memoravimus, aliquando reticuimus, non, quod nobis ea vindicare cuperemus, quod eſſet turpe, licet ab aliis quandoque fieri conſueverit; ſed, quod Auctorum non ſemper ſimus recordati. Sic benevolus Lector paſſim inveniet medicamenta* WEDELIANA, ETTMüLLERIANA, MICHAëLITICA, WEPFERIANA, SCRETIANA, MURALTIANA, MORTONIANA, SYDENHAMIANA, WILLISIANA, DEKKERIANA, PLATERIANA, RIVERIANA, SENNERTIANA, GRüLINGIANA, MYNSICHTIANA, CAMERARIANA, HARTMANNIANA, RULANDINA *& fortaſſe plura. Non igitur hic uſpiam plagium commiſimus, aut, inſtar Æſopicæ corniculæ plumis alienis ſuperbire conati ſumus; gratiam potius nos illis debere profitemur, per quos, tam in methodo, quam in medicamentorum præſcriptionibus, profecimus: nec enim aliorum methodum aut formulas*

in

in usum traxisse, vel pudet, vel pœnitet. Recordamur equidem eorum, quæ, in præfatione Observationum *suarum, Fautor & Collega noster,* Exc. Dn. VIT. RIEDLINUS *adduxit*; se *nempe* formulas ex aliis Auctoribus non exscripsisse, sed medicamenta ex indicationum penu hausisse. *Hæc enim non ita vult intelligi Medicus prudentissimus, quasi nuspiam aliorum formulas imitari liceat; alias ipse contra semetipsum fecisset, frequenter ordinando* pulveres & species, *aliave composita in* Officinis *usitata. Cui enim fini alias varia eruditissimorum virorum opera Practica ederentur, nisi, ut sint aliis in similibus affectibus imitamento? Immo, quid in* Officinis *facerent* pulveres bezoardici, Marchionis, ad casum, pleuritici, dysenterici; quid species aromaticæ rosatæ, diatrion santalon, diacretæ MYNSICTII, diambræ, diapenidii; *quid* Decoctum pectorale; *quid* sirubi varii Magistrales; *quid* massæ pilulares & *alia sexcenta composita? Si talia quædam ordinare Medico foret dedecori? si necessarium absolute, ut ipsemmet è promtuario simplicium sua sibi composita petat? quin aliorum Virorum celeberrimorum heic inhærere vestigiis, qui per experimentorum pluralitatem hujus illius ve pharmaci utilitatem comprobaverunt, quam alia, quorum efficacia* δοκιμασίαν *nondum sustinuit, excogitare, sæpe tutius arbitramur. Sed illud sine dubio vult Excell.* RIEDLINUS, *cedere in opprobrium Medico, si formulas omnes quasi è sacciperio promat, & in ejusmodi mimesibus totus hæreat, nec ipse medicamenta ab aliis probata suis usibus accommodare discat, cum non tam homines, quam horum individua curet. Igitur, si quis Medicorum adhuc hodie viventium, cujus in morborum curatione pharmacis usi sumus, in hoc libello, absque honorifica nominis mentione, sua reperiat, id in malam ne partem accipiat officiose rogamus: nil enim hic dolo malo, cōtra quem publice poteſtamur, factum.*

 Non

Non omnes felices hic exhibentur curationes, *eo quod Medicorum ille necdum sit natus, qui omnibus ægris, suæ curæ creditis, sanitatem reddiderit. Alicubi ægrotos è vita decessisse sponte fassi sumus, per nostra medicamenta salvatos innuimus, de multis nil affirmare certi potuimus, cum ipsi, fuerint ne isti mortui, an ex morbo convaluerint, non amplius resciverimus. Rusticorum enim plerumque genus, Medicum semel tantum accedere solet, atque utrum ista medicamenta profuerint, nec ne? nunquam, etiam rogati, referunt, nî Medicus per tertium resciscat. Interdum etiam Medicorum Consilia quidem exquiruntur, sed in usum non trahuntur. Si tamen de curarum successu quid fuit ad nos postliminio quasi delatum, rei successum, ubi ferebat occasio, paucis indigitavimus. Prodesset aliquando, si curationes etiam infelices Medici propalarent, nec eos, ubi fortassean impegerint, fateri puderet: quod à nobis in hisce* Miscellaneis *aliquoties ingenue factum,* Lector *deprehendet. Sic enim alii vel deterrentur, ut ab illa methodo abstineant, vel ut cautius tamen, cum ægroti emolumento, medeantur, tacite quasi docentur.*

Non omnes operosæ & exquisitæ sunt nostræ curationes, *partim, quod nobis per occupationes non semper integrum exstiterit, multis ambagibus circumagi, aliqua præfari, caussas morborum, aliasve circumstantias excutere, & quæ sunt alia; partim, quod* euporista *quædam medicamenta, tam à nobis frequenter multo cum effectu usurpata, quam ab aliis fide dignis nobis communicata hinc inde interspersimus, quæ magno circumstantiarum apparatu non indigebant; partim quod medicamenta & præsidia minus operosa, non-*

nonnunquam, longe utiliora & præsentiora, ſimus experti, quam alias medicationes, ampliſſimo circuitu fruſtra tentatas.

(*II.*) Conſilia, tam à nobis, quam aliis tradita, nec ſunt unius generis; *ſiquidem aliqua ſunt elaboratiora, &* Conſiliorum Medicorum *omnibus requiſitis prædita, alia compendioſe ſcripta, pro re & occaſione nata; aliqua etiam aliunde communicata, & in Schedis noſtris reperta. Nonnullibi ſcripſimus etiam ad captum illorum, qui noſtra* Conſilia *exquirebant, aliter ſcripturi, ſi Medicis viris noſtra ſcriptio deſtinata fuiſſet. Hinc nos cum vulgo locutos* Lector *paſſim inveniet, qui cum doctis tamen ſentire conſueti ſimus. Multi Medicorum fiduciam ægroti ſimplicioris & ineruditi, in ſe omnem, quaſi una ſpongiæ litura delent, ubi de* primi, ſecundi, tertiive elementi particulis, de ſanguinis globulis, & hos tranſeunte ſubtili materia, de atomis hamoſis, ruderoſis *&c. ſcribunt. Qua de re alibi.*

(*III.*) Epiſtolas *à celeberrimis quibusdam Viris, Patronis, Fautoribus & Amicis noſtris, ad nos exaratas, quod concernit, quid illis reſpondere debeamus, ſi qui forte ſunt, qui publicationem ſuarum* Epiſtolarum *moleſte ferant, profecto neſcimus. Nullius enim nos veniam exoraſſe non diffitemur. At vero, deprecamur, ea, qua poſſumus, ſollicitudine, quamvis offenſionem, qui omnes has ſchedas comburio perire mallemus, quam ea propalatione cuiquam aut ſuſcitare ſtomachum, aut ejus amicitia carere.* DEUM *teſtamur & conſcientiam noſtram, ſummo candore nos heic rem omnem egiſſe Immo, cum omnes iſtæ* Epiſtolæ *ab erudito quovis legi impenſe mereantur, tum publico litterario harum editione commodavimus, tum excellentiſſimorum iſtorum Virorum famam ac celebritatem augere*

 conati

conati ſumus. Neque vero neceſſarium exiſtimavimus, ut eorum veniam exoraremus, quorum de re Medica bene merendi ſtudium, per multa τεκμήρια, *cognovimus. Non autem hoc demum audere cœpimus, Anteceſſores ſecuti, ſupra partim memoratos*, BIERLINGIUM, TIMÆUM à GüLDENKLEE, BARTHOLINUM *& alios. Sane, qui hoc nomine nobis ſuccenſent, in candorem noſtrum impingunt. Culpam igitur, ſi maxime quam commeruimus, iterum atque iterum deprecamur, eo magis, quod, evulgato jam codice, factum infectum fieri nequeat.*

(*IV.*) Diſcurſus *hinc inde inſerti*, Academicis diſſertationibus, *à nobis deſtinati erant; quales v. gr. ſunt*; Part. I. *p. 237.* An aurum in ſubſtantia adſumtum, aliquid virium in corpus humanum deponat, vel elargiatur. *p. 297. de* Lingua Medicorum; *Part. II. p. 331.* De monitis circa inſpectionem urinæ: *p. 518.* de univerſalium præmiſſu. *p. 474.* de Hyſterergia Medicinali. *p. 509.* de noxa comeſtionis carnium à pecoribus luecontagioſa infectis. *p. 536.* de Teſtamento delirantis; *p. 608.* de fato Medicorum. *p. 642.* de mortuorum ſepulcris intra mœnia non tolerandis, *&c. Et quos hinc inde* diſcurſus, *loco* Scholiorum, *ipſismet* Obſervationibus *adnexuimus, v. gr. de* Ægrotis Medicinæ ſcientiam ſibi arrogantibus; *de* Collegio Medicorum diverſis principiis innutritorum. *&c. Hæc inquam, & talia longe plura, ſub* Diſſertationum Academicarum *forma, latius aliquando & methodice tradituri eramus, ſi* DEO, *quod à Juventute unice optavimus, erudiendis Medicinæ Tyronibus me alicubi locare placuiſſet. Cum vero, creſcentibus annis, inter Ægrotorum ſuſpiria, ſenſim illud, quod ſibi munus Profeſſorium* ἐν ἀκμῇ *depoſcit, acumen deteri ac hebeſcere cœperit*

cogita-

cogitationes illas propemodum intercidere patimur, ex indiciis haut obſcuris prudenter colligentes, velle DEUM, *ut ſenſim ad languentium grabatos conſeneſcamus. Unde ſucceſſive, ſi vitam* DEUS, *& otium largitus fuerit, iſta, quamvis ſub nudi diſcurſus facie, meditata, atque adeo* ἀμεθόδως, *in lucem emittere decrevimus, quanquam, num hæc* Miſcellanea *diverſis pone ſequentibus tomis aucta ſint proditura, promittere nondum audeamus.*

(*V.*) In MEDICORUM quorundam mores & facta notanter paſſim & liberiore ſtylo animadvertimus. *Quo autem id fine ſit factum, cordium ſcrutator ac renum,* DEUS, *novit. Eorum ſemper nominibus pepercimus, ne per nos, opera data, quisquam diffametur, aut cujusquam honori vel tantillum decedat. Scopus unicus fuit, ut alios, juniores præcipue Practicos, ſi qui horum vitia imitari vellent, ad obſervandum* τὸ πρέπον *hortaremur, illisque oſtenderemus, quo candore, quave dexteritate ſit Medica Praxis exercenda, quo pacto medendi* chariſma *divinum, moribus chriſtianis ſit adminiſtrandum. Si forte quibus ulcus tetigimus, ii ad mentem ſaniorem ut revertantur, precamur, olim* DEO *ſuæ villicationis rationem reddituri.* Neminem enim chriſtianum, multo minus Medicum, decet eſſe ſycophantam, *vel pravis artibus, cum aliorum, ſe frequentiſſime, ſi non ſemper, meliorum, aut ſubtili, aut ruſtico contemtu, nominis famam aucupari. Cæterum ita nobis hautquaquam ſuffeni videmur, ut in noſtris moribus & factis nil quidquam poſſe deſiderari credamus. Nobis tamen, ut inter malos peſſimi ſimus, non perſuademus, atque ut meliores indies evadamus, omni conatu nitimur. Si cui libitum erit, nos de iis, quæ nobis deeſſe cernit, amice monere, ei gratiam ſimus habituri. Nam injurias etiam ſatis atroces, ita nos regente* DEO,

patien-

patienter ferre didicimus, nec facile nos irritari patimur, quid ergò blande monentibus succenseamus? Non enim, ut est in proverbio, manticæ, quod est in tergo, videmus, & plerumque nobiscum est ita comparatum, ut, qui ad dignoscendos aliorum exiles lapsus lyncei simus, ad nostros errores, utcumque decumanos, aut cœcutiamus aut conniveamus. Proinde, si quid in istis Miscellaneis *erravimus, de quo nulli dubitamus, errores nostros adeo non excusare, multo minus, quasi errare nescii, pertinaciter defendere cupimus, ut potius eos libenter agnoscere & corrigere parati simus. Atque, utinam pari nobiscum candore Medici scriptores ad unum omnes agere, quam suos errores, etiam adusque gladium, tueri mallent. Nos quidem cœlitus delapsum systema Medicum nondum vidimus. Homines fuerunt, hæc talia qui scripserunt, omnes. Sin homines? ergo potuerunt errare:*

Erravere Patres & nos erravimus omnes.

Nihil excogitari stultius potest, quam homo, qui, facinore impudentissimo, infallibilitatem sibi arrogare sustinet, quasi probrosum existat, hominem esse, id est, errare posse.

(*VI.*) *In divulgandis in horum* Miscellaneorum tertia parte, Shediasmatis *hactenus* ineditis, *imitati sumus Excellentissimum nostrum* KöNIGIUM, *idem in* thesauro remediorum è triplici Regno *factitantem. Optandum esset, ut hisce vestigiis, ad promovendam hominum salutem, & pie defunctorum famam perpetuandam, plures, penes quos istiusmodi* Schediasmata *delitescunt, insisterent, sic enim ab interitu egregia multa vindicatum iri, nulli dubitamus; veluti & in nostris arculis aliquam multa adhuc recondita jacent, suo tempore in lucem omnia, si* DEO *visum*

erit,

erit, proditura, quæ in evulgatione singulorum schediasmatum *monenda duxeramus, eorum cuilibet suo loco præfiximus.*

(*VII.*) *Cæterum, ut fieri solet, nec satis præcaveri potest, per meam absentiam* errata typographica *plura irrepserunt, quorum syllogen operis calci addidimus*, benevolum Lectorem *obnixe rogantes, ut eorum exstantiora prius corrigere ne gravetur, quam ipsius libri lectionem adgrediatur: Siquidem aliqua sunt ejus commatis, ut* Lectoris *captum morari queant; immo, quorum sensum genuinum conjectando vix assequi valeat:* v. gr. p. 31. lin. 37 *a. extat: Infantes* hominibus expansis *Bacchos æmulari &c. ubi legendum:* Suminibus expansis. p. 32. lin. 35. a. *legitur:* iis *tamen morbi &c. Quod sonare debebat:* Vis *tamen morbi. Sic p. 330. Rhytmi Germanici ob grandem confusionem vix à quoquam intelligi possunt, quippe versus quatuor ultimi, quatuor prioribus à latere collocandi, vel ita dirimendi sunt, ut 1. & 5. 2. & 6. 3. & 7. 4. & 8vus. sibi respondeant. Cujus erroris, quippe à nobis non commissi, apud Magnif. Dn. D.* REISELIUM *veniam oramus.* p. 335. lin. 9. a. *Sic, quod* lumen, *quis aqualiculus, qui lacerti &c. legendum* sumen. *Sic* p. 458. lin. 9. b. *quæsitus à nobis lepor omnino perit. Nam Agyrta, de quo ibi loquebamur, in Scheda sua, loco:* dieses *medicament, scripserat:* dieses *mendicament: quod probe notandum, alioqui friget jocus, quem intenderamus.* p. 647. lin. 9. *pro* Attumi, *legendum* Atypi. *Quæ monenda judicavimus, ne* Lector *alicubi vel hæreat, vel sinistre de nobis opinandi ansam capiat.*

Postremo, quod amplius præloquamur, fere nihil reperimus. DEUM *itaque precamur, ut lecturis emolumenti multum istæ lineæ adferant, in sui gloriam, & ægrotorum salutem, omnium actionum nostrarum solos fines; atque sic* benevolum Lectorem *valere jubemus.* In Musæo, d. 24. Febr. 1698.





J. N. J.

PRÆFATIO ALTERA
DE INEUNDA
SOCIETATE JATRICA
COGITATIONES.

DEMOSTHENEM *interrogatum*, quidnam esset in Oratore Primum? *ajunt respondisse*: Actio. *Quid secundum?* Actio. *Quid tertium?* Actio. *Nos, quodsi quis interrogaret*, quidnam esset in Medico primum? *responsuri essemus*: Praxis. *Quid secundum?* Praxis. *Quid tertium*, Praxis.

In hoc ad interitum vergente seculo, quod præ aliis, idque suo merito, censetur eruditum, nil magis in ore Medicorum versatur, quam vocabulum: Curiosus. Curiosus. Curiosus. *Excogitatæ hac fini tot* Societates, *tot* Collegia, Academiæ. *Nil horum improbamus, qui ipsi nomen illustri* Leopoldino-Imperiali Naturæ curiosorum Academiæ *jamdudum sacravimus. Id modo miramur, aliquos Medicorum, eosque Practicos, in omni curiositatum ita dictarum genere occupari, cum tamen non tantum sit impossibile, unum hominem in his omnibus pariter excellere posse, quod alibi fusius ostendimus, sed & in ejusmodi superfluis nimium occupari, nimium etiam in* Praxi *Medicum remorari queat. Medicus enim* Praxi *destinatus, aut negligenter suam functionem exsequatur, necesse est, aut* curiositatibus botanicis, anato-

 micis,

micis, mathematicis, *usque adeo vacare non potest, ut in omnibus nomen vere* curiosi *mereatur. Nos, qui* DEO *sic disponente, culcitris ægrotantium alligati sumus, primam* curiositatem (*non plane neglectis aliis*) *eam nobis elegimus*, quæ ad morborum cognitionem & curam manu quam proxime ducit, *& in eo versatur, ut omnes, etiam minutissimæ, circa morbos & medendi methodum occurrentes circumstantiæ, oculis, quà pote, curiosissimis introspiciantur & ponderentur, atque hinc observationes Practicæ veræ & genuinæ, quibus imitatores conatu haut vano inniti queant, eruantur, cautelæ utiles ac necessariæ monstrentur, medicamenta specifica vera, cæterisque paribus, quam potest fieri, minime fallibilia, inveniantur, atque sic* Medicæ Praxeos *certitudo indies, in ægrotorum salutem, magis magisque promoveatur, ut simus Medici, quod audimus, & ab* Empiricis *quam longissime discerni queamus. In ejusmodi sane rebus curiosissimum fuisse præ aliis, magnum* HIPPOCRATEM, *omnia ejus laudatissima scripta declarant, quem proinde imitari decet omnes, qui Medicinam ea, quæ Christiano Medico incumbit, fide, solertia, ac dexteritate facere decreverunt. Qui nihil præterea magis in votis habemus, quam, uti circa* botanicam, anatomen, chimiam & mathesin, *hodie plurima est Medicorum curiositas, ita eandem, qui dotibus à* DEO *sunt instructi, in illustranda* Semeiotice & Diætetice, *partibus Medicinæ æque, quam sunt reliquæ, necessariis, aliquando exercendam sibi sumant.*

Semeioticen *enim, quod attinet, præter* LOMMIUM *&* FIENUM, *qui ex professo tractandum id argumentum susceperit, propemodum nemo reperitur. At, quando est longe alia Medicinæ, quà theoriam præcipue, quam istorum scriptorum tempore, moderna facies, ut è recentiorum verioribus & genuinis principiis, doctrina de* signis Medicis *construatur, id vero esset necessariæ, ac utilissimæ Curiositatis opus. In reformanda* Diætetice *modernorum fere nemo amplius occupatur, quasi rem omnem* Schola SALERNITANA, JULIUS ALEXANDRINUS, NONNIUS, QUERCETANUS, MUNDIUS *& consimiles expediverint. Utinam quis eum sibi laborem vindicaret, ac eduliorum varia genera, per experimenta chimica, explorarent,*

ret, nec ad coquinariam, vel Gallorum Ollas putridas *omnia relegarentur, ut sic* Diætetice *nasceretur, antiquas illas multis parasangis exsuperatura. Sed ea fortasse tantum optantur.*

Revertimur potius ad institutum, &, cum rectissime plus oculi videre, quam oculus, censeantur, nec unius Medici Practici *humeris par onus æstimari debeat, omnia, plus quam lynceis, arbitrari, quæ circa tot morborum cognitionem & curationem notatu memoratuque, quin & imitatu digna ac utilia existunt, illi præterea, quibus productior est* praxis, *libros* observationum *semper conscribere nequeant; in eas aliquando cogitationes delapsi sumus, annon, cum tot sint* Medicæ Societates, *inter paucos Medicos γνησίως,* Practicos, *etiam* Jatrica *quædam* Societas *erigi posset? sic, ut inter 5. vel 6. haut adeo longe dissitos perpetuum institueretur commercium, ejusmodi rerum, quæ circa morbos eorumque curam in* praxi *quotidie occurrunt, quæ quotannis, siquidem è re videretur, sub nomine* Actorum Societatis Jatricæ *Medicorum hujus vel illius districtûs, in lucem edi publicam possent. Atque si per plures districtus aliquot ejusmodi* Societates *inirentur, tantam sane utilitatem Rei Medicæ polliceri possemus quantam vix mente concipere quisquam valeat, librique inde prodirent vere polychresti, multaque* observationes Practicæ, *quæ, ob argumenti tenuitatem, inter alia* collegia *eruditorum* curiosa, *locum sibi vendicare non auderent, proinde perpetuis tenebris perperam sepeliendæ, lucem, non sine ægrotorum commodo visuræ essent. Has nostras meditationes cum celeberrimo quodam Medico, & insignissimo* Practico (*cujus nomen ob certas caussas reticemus*) *aliquando contulimus, qui non tantum nostros conatus laudabat, verum & seipsum nobiscum, dummodo plures alii in consortium adsciscì possent, communia facturum spondebat. Conveniebat inter nos de certis quibusdam legibus, quibus nos invicem devinciremus, cum sine his, ceu vinculis, Societas consistere nulla possit. Ipse adhuc binos Collegas, se per litteras, ut nobis accederent, exoraturum recipiebat, quod & me esse facturum promittebam. Cœptum etiam est litterarium commercium, ut è subjuncto* Specimine *patet, sed quo, nescio, fato, quod utrique tentabamus,*

perficere

perficere non valuimus. Maxima tamen, quam inde necessario redundaturam esse prævidemus, utilitate freti, animam non despondemus, sed cogitata tunc nostra, una cum fructu, quem haut levem jamjam spondere videbatur, heic publice, pro eo, quo Praxin Medicam, *atque adeo hominum salutem, promovere conamur, ardore, propalamus, omnes Medicos, qui pari nobiscum dexteritate toti mundo, præcipue languentibus prodesse cupiunt, obnixe rogantes, ut hujus instituti rationem æqua judicii lance pensitare ne graventur, &, si quid in eo, quod Medicæ* Praxi *quocumque modo commodare queat, reperiant, in suo quilibet districtu ejusmodi* Societatem *inter semetipsos, & in hac nostra* Suevia *nobiscum aliqui, ineant, mentemque suam per litteras nobis aperiant, qui fidem & dexteram ipsis daturi, Medicam* Praxin *omni summoque studio, cum ipsis provehere studebimus.*

Leges *autem, vel potius* conventa, *quæ tunc equidem in chartam confeceramus, erant sequentia:*



J. N. J.

PACTA CONVENTA SOCIETATIS JATRICÆ.

I.

Onveniat inter Medicos *Theoretico-Practicos*, haut plures, quam numero Sex, eosque famæ celebritate, *praxeos* amplitudine, & ſtudiorum amore commendabiles. *Theoretico-Practicos* dico, quod ſterilis *Theoria*, & ἄπρακτον περιεργίας ſtudium, huic intentioni minus congruat; *Practici* autem dentur non pauci, qui, ab eruditione ſolida deſtituti, magis exiſtunt *caſu*, quam *Conſilio*, felicès.

2.

SInt hi *fideles*, *amici*, *induſtrii*, *ſobrii*, ſalutem ægrotorum unice quærentes, &, ni hoc ſolum, potiſſimum tamen id agant, ut in morborum, ſymptomatumque cauſſas & naturam, indefeſſo molimine inquirentes, ægris ſuis non perfunctorie, & quaſi aliud agentes, ſed cura vigili & ſumma medeantur. Verbo: quorum πρῶτον καὶ δεύτερον, ſit *mederi*. *Sobrios* deſideramus, cum ebrii nonnunquam ſe obſervare putent, quod ſobrii non obſervaſſent; quippe quibus non raro arbores ambulare videantur.

3.

PErpetuum ſit hos inter litterarium commercium, objectum tamen haut aliud, quantumvis curioſum ac utile, quam, quod *Praxin* reſpicit, aliis aut prorſus omiſſis, aut poſtſcripti, quod ajunt, vicem, adeoque Parergi, ſubeuntibus.

4.

MOrborum *epidemiorum* naturam, cauſſas, & varia, non in genere, ſed individuis etiam, obvia ſymptomata, ruſpentur, medendi methodum, una cum medicamentis, κατ' ἀλήθειαν, non κατὰ δόκησιν, εἴτε καθ' ὑποτύπωσιν, proficuis expertis, fideliter enarrent, *Sociorum* Sententiam, ſiquan-

siquando dubii fluctuant, exquirant, &, si quid istis depellendis in aliis Auctoribus salutare compererunt indicent.

5.

IN *Morbis chronicis* alter alterius ope atque consilio utatur; in *acutis*, quum hi præsentem sibi manum deposcant, explicato casu & medela, per litteras à *sociis* petant, quid ipsi facturi fuissent, si talismodi ægrum curandum habuissent.

6.

HIstoriæ, si quæ rariores occurrunt, etiam *chirurgicæ*, cum adhibita cura, communicentur.

7.

T*Aciturnitas & modestia Sociis* quam sint commendatissimæ, &, quanta fieri potest, ope nitendum, ne cuiquam *sycophantæ*, (quorum sedulitas in eo versatur, ut omne bonum opus aut impediant, aut cavillentur) de instituto suboleat. Nemo alterius methodum irrideat, vel de altero sinistre alicubi sentiat. Si forte dissensio quibusdam oriatur, quam placidissime res ventiletur, sine disputatione, multo minus acerbitate.

8.

N*Ovi Auctores Practici*, si qui prodeunt, *nova* itidem, & hactenus inusitata *remedia*, examinentur, & judicium de iis alter alteri aperiat; quin & in Auctoribus antiquioribus, si quoddam medicamentum, uti sane plura passim reperiuntur, alicui videatur eximium, indicetur, & *sociorum* de tali pharmaco sententia exquiratur.

9.

S*Ociorum* litteræ ad manus omnium perveniant, si non αὐτόγραφα, quod forte tædiosum, certe ἀπόγραφα. Quodsi tamen illa mittuntur, ad eum, ad quem sunt primitus perscripta, suo tempore redeant. In ipso autem litterario commercio, latinum idioma vernaculæ præferendum existimamus.

10.

OBtestandi *socii*, ut *veritati* unice semet addicant, nec quidquam à se compertum, aut in morbis adhibitum, suis obtrudant, quod secus habet. Quandoquidem enim ista *Societas* provehendæ *Praxi Medicæ* unice dicata est, summa fide ac dexteritate ut heic omnia peragantur, est omnino necessum. Hinc, ubi quis *Sociorum* ab altero commissi erroris convictus fuerit, ingenue, ubi deviarit, fateri, sibi pudori non ducat, nec ob id alteri quoquo modo succenseat.

11.

G*Loria DEI, Salus ægrotorum, & Medicæ Praxeos incrementum, suprema lex esto.*

* * *

Ad Excellentissimum Dn.

D. P. R. P. U.

EPISTOLA INVITATORIA.

Vir Nobilissime, Excellentissime & Experientissime,
Fautor æstumatissime!



Uum haut ita pridem *St.* per aliquot dies detinerer, amicissima Excell. Dn. D. M. *Physici* ibidem longe felicissimi conversatio, tædium omne, quod alioqui mihi, laboribus & Studiis adsuefacto, vix ac ne vix quidem superabile videbatur, auspicato pepulit. Sed, nec erat fortasse de lana caprina, vel Intermundiis EPICURI, vel de hujus illiusve vini præstantia, vel alia re frivola dissertandi argumentum. De rebus *Praxin Medicam* tangentibus eramus utplurimum solliciti. Considerabamus, quam negligenter Medicorum plurimi *praxin* exercerent, alioqui satis celebres, quin & in medicando felices; quam essent *observationum practicarum* incuriosi, quam nihil adnotarent, quod memorabile in tanto clinicorum numero occurreret, quam perfunctoriè suis mederentur, quam avide curiositatibus aliis, utcumque non temnendis, inhiarent, insudarent, invigilarent, quasi *Medica Praxis*, veluti per otium, ipsis delibanda credita fuisset, quum tamen prora & puppis, ac τὸ διότι Medici cujusvis, extra cathedram viventis, & sit, & esse omnino debeat, *Medica Praxis*. Incidit tunc mihi domum ab ejusmodi conversatione redeunti, annon inter Medicos paucos, sed eruditos, celebres & industrios, posset iniri *Practica Societas*, provehendæ Medicæ artis isti parti, cujus caussa reliquæ & docentur & discuntur omnes, unice dicata? quod, cum non sine summo emolumento posse fieri viderem, altero mox die cogitata mea Exc. D. M. aperire nullus dubitavi, & annnuentem reperi virum hæreditario quasi & avito jure ægrorum saluti natum, qui operam suam instituto salutari se commodaturum prolixissima alacritate pollicebatur. Inde mihi in chartam conjectæ, quas heic vides inclusas, cogitationes. Jam eramus de *sociis* in hancce communionem cooptandis & exorandis solliciti: Quales inter tu, vir excellentissime, primus mihi in mentem opportune venisti, Excellentissimi

tiſſimi inſuper Viri, *Dn. D. Pf. Sc. Dn. D. J. Sch. & Dn. D. C. Ur.* celeberrimi juxta & eruditiſſimi *Practici*, nobis viſi commodiſſimi *Sodales*. Convenit inter nos, ut, quemadmodum ille *Dn. D. D. J. & C.* Sic ego te, *Vir nobiliſſime*, & *D. Pf.* ad ſubeundum *Jatricæ Societatis* vinculum, invitaremus. Id ego ſumma ſollicitudine jam præſto, & te, virorum dexterrime, ac Fautorum optime, per nullum ſacratius Sacramentum, quam per ſalutem hominum, cujus nos à DEO ſumus Antiſtites conſtituti, rogo & obteſtor, faxis, ne quæſo præclara, quam de te concepimus, publicum εὐχρήστημα promovendi, ſpe excidamus, ſi placuerit inſtitutum, ocyus reſcribe, ut, te quoque interprete, *Exc. D. Pf.* in ejus communionem pellicere liceat: ſin minus, quod tamen deprecamur, ut perenni nihilominus favore nos proſequaris, neque ulli hominum de noſtro inſtituto quidquam patefacias, enixiſſime rogamus. Sic, *Vir Excellentiſſime*, in *Medicinæ Praxeos* decus & ornamentum Vive, Vale, quod vovet

Scribo *Nordlingæ* d. 30. Iul. 1694.

Nobiliſſimæ Tuæ Excellentiæ

addictiſſimus

ROSINUS LENTILIUS.

RESPONSIO.

Vir. &c

RECte mihi ex itinere reduci, & finita Acidularum potatione, ſuaviſſimæ Tuæ traditæ fuere, ex quibus non ſolum affectum erga me tuum, verum etiam exiſtimationem, quam, præter omne meum meritum de me concepiſti, ſatis ſuperque perſpexi; utinam ſpei conceptæ in omnibus ſatisfacere potis eſſem. Ardua ſane res eſt, quam moliris, eoque magis inſtitutum tuum, quo omnes veros Medicos obſtrictiſſimos tibi reddere conaris, rem Medicam exornare, ſalutemque ægrorum ſumme promovere ſatagis, laudandum, cum *in rebus magnis etiam & voluiſſe ſat eſt.* Millies tuis haud diſſimiles apud me cogitationes alui, & plurimorum *Practicorum* negligentiam atque torporem deteſtatus ſum, quod in adnotandis iis, quæ Medicinam noſtram multum illuſtrare, proximique ſalutem ſumme promovere, atque ægrotis prodeſſe poſſent, tam tenaces atque avari, vel potius tam negligentes ac deſidioſi ſint: Nec mihi temperare potui, quin ſæpius tacite illis inſultaverim, quibus volupe eſt, fictis & falſis, aut ſaltem non ea, qua decet, fidelitate conſcriptis, & interdum frivolis *Obſervationibus*, orbi litterato imponere, fucumque facere, & qui ſibi gloriolam figmentis & mendaciis comparare non erubeſcunt. Aſt, ſicut hos

Medici

Medici nomine & honore indignos, ita illos quandoque excusandos esse duxi, quia non omnes semper, quod volunt, & quod maxime in votis habent, plurimis obstaculis impediti, opere ipso præstare possunt. Applausum utique merentur Tuæ de *Societate* nova *Jatrica* cogitationes, quas, quantum quidem in me erit, (dudum enim meo me metiri pede didici) opella mea promovere annitar, modo vires meæ, huic tam laudabili & utilissimo molimini promovendo pares, voluntati respondere queant. Quidquid tandem sit, spondeo vires & officiola mea, quantum occupationes plurimæ, quibus subinde irretitus interdum fere non obruor, permittent. Tu, qui dedistiConsilium, fer etiam ulterius auxilium, & quomodo institutũ hoc laudabile cum fructu promovendum & perficiendum sit, occasione data, indica. Vale Vir &c.

Scribebam ocyus U. d. 15. Aug. 1694.

P. R. D.

Ad Excellentiss. Dn. D. A. Pf. Pr. Sc.

Epistola invitatoria altera.

AB eo tempore, quo in Arce *S.* jucundissima tua conversatione perfrui licuit, mirum est, quo cœperis apud me affectu valere. Agnovi scilicet te Medicum, quales optarim esse singulos & omnes, quicunque arti, qua non est ulla in mundo nobilior, operari præsumunt: Talem, inquam, qui ad exornandam & excolendam *Praxin Medicam*, non educatus esse, sed natus, videtur. Hinc est, quod ego cum *Sodalibus* te præcipue *Societatis Jatricæ* vinculo nobis junctum unice desideremus. Nimirum, inclusæ *cogitationes*, quid te, Virorum optime, velim, abunde satis declarabunt. Opus, fateor, haut adeo leve molimur, interim forte majoris emolumenti, quam ulla vel *curiosissima* modernorum *Collegia*. Conjuravimus in illam *Societatem*, ægros nostros præsentius juvandi cupidine, *Dn.D.D.* &c. & illorum ego minimus. Te igitur per has *invitatorias* obnixe rogamus omnes, ne quæso nobiscum sociari graveris, de quo nulli dubitamus, quod salutem ægrorum & *Praxeos Medicæ* incrementum omni conatu promovere, tibi antiquissimum arbitreris. Macte igitur, *Vir Excellentissime*, ista tua virtute, ista dexteritate, qua mediante jam *Principibus* Viris placere cœpisti, in eam nobiscum arenam descende, & *responsorias*, si me quibus dignabere, *Excell. D. R.* nostro, huc denique perferendas, transmitte. Sic *DEUS* te valere jubeat ad votum

Scribo *Nordl. d.* 13. *Sept.* 1694. T. T.

LENTILH.

Hic *Responsoriæ* desiderantur.



Ad Dn. D. R. Epistola prima Consultatoria.

Vir Nobilissime &c.

ANxiùs hærebam, quid potissimum tibi esset animi, cum *responsorias* tuas morari viderem: suavissimæ tuæ denique advolitantes lætum mihi nuncium de promtissima tua erga me & *Socios* voluntate nunciarunt. Euge proinde, *Vir Excellentissime*, negotium, quod suscepimus, absque ambagibus adgrediamur; quid igitur mihi nuper acciderit, accipe. *Nobilis virgo* 30. circiter annorum, pulchella, procera, obesula, sed, quæ in certi *Principis* aula per octennium commorata, juxta diætam isti aulæ solemnem, hujusque regulas plane irregulares, perditissime non solum vixit, sed & mille ægritudinibus animi tantum non confecta fuit. Ante septimanas octo haut procul abhinc acidulas potatura appulit: quum incautius fructibus horariis indulsisset, *horror* primo, hinc *cephalæa* cum *siti* & *squalore*, brevi *vomitus* crebro iterantes molestissimi, *lassitudo artuum*, *febrilia* quæque: altero die meliuscule habuit, *æstu* tamen non penitus defervescente: tertia die per bihorium cum semisse summo *frigore* concutitur, hinc *æstu* ad trihorium infernali subsequente: rediere *vomitus* cum reliquis symptomatibus & lapsu virium: accersor, debilem reperio, vix fari potentem, *urina ruffa & clara*, *inquietudo*, *sitis*, *cephalæa*, *cordis palmus.* Propinavi *pilulas* ex *bezoardico CAMERARII & papaveris erratici extractis.* Ea nocte melius habuit, quin & sequenti die, nisi, quod esset *appetitu* valde *prostrato*, & plus satis caleret. Quinto ab invasione die stato tempore, quod erat pomeridiana quarta *paroxysmus*, sed absque *frigore*, rediens, ad 14. vero horas durans, *febrem tertianam continuam* prodebat. *Pulveres præcipitantes* ordinati, quos fastidiebat: Hinc in *pilulas* redacti. Fiunt reliqua ex methodo: morbus ingravescit: *subsultus tendinum convulsiones* clandestinas indicabant, quibus contraitum *spasmodicis.* Quartus *paroxysmus* omnium vehementissimus, reliqui sensim mitiores. Redit *appetitus*, *æstus* defervescit Me reluctante per unum milliare aliorsum vehitur; &, licet ab ista vectura *febris continua tertiana* in *quotidianam* mutaretur, *paroxysmi* tamen leviusculi & ad 4. horas durabiles, plane paullatim emanserunt. Jam scilicet eramus in vado, sed triumphum ante victoriam. Prosternitur subito *appetitus* ad esculenta æque & potulenta omnia, ut vel ad sermones de cibis non modo nauseare, sed vomere cœperit. Primo *vomitus* quasi periodici, mane & vespери hora sexta: nunc autem perdii pernoctes perseverant, nunc plures, nunc pauciores, nunc cum, nunc sine materia; nunc rejiciuntur cibi, nunc potus, nunc pituita, nunc bilis viridissima, quasi ærugine tincta. Super nullum latus cubare potest: nul-

lus

lus adeſt *æſtus*, *ſitis* quoque parca: *ſumma virium debilitas*, ſic, ut extra lectum vix per momentum manere queat. Mirum in modum *contabuit*. *Alvus* non niſi ſollicitata reſpondet. Dormit, ſed, quamprimum evigilat, vomere tenetur. Extra lectum artus contremiſcunt, minus in lecto. Et hi *vomitus*, arte vix ulla coërcibiles jam per quinque ſeptimanas durant. Adhibita *ſtomachica* foris & intus, *pilularum*, *pulverum*, *elixiriorum*, *tragematum*, *electuariorum*, *unguentorum*, *epithematum*, *cataplaſmatum*, *emplaſtrorum*, *ſacculorum*, *forma*. Data *præcipitantia*, *abſorbentia*, *aromatica*, *ſales herbarum*, *acida*, *alcalia*, *media*, ♁⊖. *dulcis*, *nervina*, *hyſterica*, *opiata*, *gelatinæ ex ebore & CC. Sexcenta*, plurima nullo, aliqua parco cum levamine: manus quoque mihi medicanti commodarunt Excell. *D.D. Z.* & *D.D.M.* Enim vero, noſtrum tres tantum, quantum unus ego, poteramus. Plurimum levata videbatur *electuario* ſequenti à me præſcripto:

℞. Conſ. roſ. antiq. ℥j. miv. cydon. ℥ß.
Conf. de hyac. ʒij.
Coral. r. ppt. CC. uſt. nuc. moſchat. ãã. ℈ij.
laud. op. gr. ij. Ol. caryoph. gtt. iij.
Sir. cydon. q. ſ. M.

Aſſumſit quarta quaque hora quantitatem *caſtaneæ*. *Balſamum* quoque *Peruvianum* dedimus ſolum ad *gutt. vj.* tentavimus revulſionem *clyſteribus*. Bibit quoque *Infuſum catharticum*. Sed hactenus nobis felicibus eſſe non licuit. Metus eſt, ne denique *tabe* confecta, fatiſcentibus omnino & depauperatis *ſpiritibus*, ad plureis abeat. Tu, *Vir Excell.* quid tibi videatur de morbo, an ſimilem in *Praxi* caſum obſervaveris, qua methodo ſuccurrendum cenſeas, & quisnam *Practicorum* alicubi ſimile quid notarit? quamprimum poteris, reſcribe. Sic vale, *Vir. Excell.* &c. Faxit *DEUS*, ut *acidæ* quas nuper potaſti, ſint tibi dulciſſimæ poſthac ſanitatis promæcondæ, & fave

Nordl. 14. Sept. 1694. *A. T.*

Lentilio.

RESPONSIO.

Nobiliſſime, Excellentiſſime, atque Experientiſſime D. D. Fautor & Amice æſtumatiſſime &c.

GRavis ſane ac (meo Judicio) ſummè periculoſus eſt caſus ille, Fautor amiciſſime, quo cum nobiliſſima illa virgo, TE manus auxiliatrices præbente, conflictatur, & quem literæ Tuæ prolixius depingunt. Nullum dubium, quin omne malum,

 cujus

cujus in literis fit mentio, à Diæta illa Aulica, (modo Diætam nominare licet vitam tam inordinatam, qualem aulica Tua virgo egit,) contraxerit nobilis patiens: Exeat enim Aula, qui volet esse sanus.

Non solùm enim ventriculum plurimis cupediis, variisque esculentorum generibus, tam quantitate quam qualitate peccantibus, obruit & pessum dedit; verùm etiam chylificationem læsit, nutritionem impedivit, & quæcunque chylosin legitimam consequi debent, pervertit; humores pravos, multisque modis corruptos collegit & generavit, variasque inde oriundas obstructiones & Dyscrasias viscerum, promovit, quibus omnibus animi vehementiora pathemata, suum haud ultimum addidêre symbolum. De mensium etiam suppressione, malum maxime fovente, vix dubito; cum nullibi in literis, fluxûs eorundem mentio fiat: Et virgines, præsertim virorum cupidæ, & quibus menses non ritè fluunt; vel etiam ex retenti seminis vitio, pertinacibus sæpè affligantur vomitibus. Forsan etiam non rite præparato prius corpore (qui mos ferè ubique invaluit,) potationi acidularum se accinxit, vel non ea qua debebat circumspectione, bibit: ut proinde mirum non sit, præprimis cum etiam ab ingluvie fructuum horæorum sibi non temperârit, quod febre, molestissimisque eam concomitantibus symptomatis correpta, pessimeque exagitata, immò debellato ut videbatur hoste, denuò recidivam, vel potius metastasin à tertiana in quotidianam, experta fuerit.

Rarum non est febres in principio paroxysmorum, & in paroxysmo ipso, nauseam & vomitus sat vehementes, habere vel prodromos, vel comites, vel pedisequos. Tales etiam Sylvio vocatas vomitorias plures, præsertim anno præterito & vere hujus anni, & vidimus, & haud difficulter compescuimus. Hic tamen aliud, & maligni aliquid subfuisse suspicandum: Non enim dubitandum, in corpore malignos (non ita stricte sumtos,) humores, à tam prava diæta, cui vehementiores animi ægritudines obstetricabantur, generari, Archeumque irritare, varios magnosque in œconomia animali turbas & motus excitare, omniaque susque deque habere potuisse. Nam etsi fermentum febrile, aliquo modo debilitatum, & ab exhibitis exquisitissimis remediis immutatum & correctum fuerit, semper tamen reliquiæ aliquæ remanent, quæ aptissimæ sunt, novos tumultus, ac prioribus majores, movere.

Si solùm ventriculi debilitas, atonia, fibrarum ejus & stomachi laxitas, pylori irritatio, bilis aliorumque vitiosorum humorum saburra & quantitas, vel etiam fermenti vitiosi adulteratio, & sylvestris qualitas, vomitus tam pertinacis causa exstitissent, &c. non dubito quin adhibito in tempore vomitorio, hactenusque præscriptis mediis convenientissimis, victas dedisset manus, aut saltem longiores concessisset inducias. Unde suspicari licet, (salvo tamen doctiorum judicio,) apostema, tumorem aut scirrhum, vel erosionem ventriculi vel intestini, aut alius vicinæ & adjacentis partis, causam tam contumacis, frequentis & diuturni vomitûs esse, cum Riverius talem vomitum, ob epiploon scirrhosum & ventriculum similiter affe-

ctum,

ctum, Centur. 2. obs. 48. & Cornel. Stalpartus van der Wiel. Cent. 1. obs. 56. pag. 237. it. Cent. 2. obs. 26. p. 277. Th. Bartholinus Cent. 6. Hist. 47. Salmuth. Cent. 1. hist. 20. Panarolus in Pentec. Barbette in Praxi Med. observarint. Nec desunt apud Practicos plura diuturnarum vomitionum, a similibus causis exempla; allegasse hac vice sufficit Joh. Rhodii obs. 62. & 63. Centur. 2. Joh. Schenkii lib. 3. obs. 67. & 68. it. lib. 5. de febrib. obs. 31. River. Cent. 3. obs. 87. Williss. Pharmac. Rat. P. 1. sect. 2. c. 1. Panarol. Pentecost. 1. obs. 22. 43. & 44. Tulp. l. 2. obs. 22. Fabr. Hildan. Cent. IV. obs. 32. it. Cent. v. obs. 36. Thom. Bartholin. Act. Med. Haffn. Vol. 4. pag. 121. videndus etiam est Horstius, Borellus, Bonettus in Mercur. Compitalit. &c.

Ut credam, tumorem, erosionem, apostema vel tale quid subesse, facit, quia nobilis ægrota subinde supina jacere cogitur, nam quando uni vel alteri lateri incumbere satagit, tunc pars affecta, quæcunque illa tandem sit, premitur, & à compressione ista, pylorus vel ventriculus ad vomendum excitatur, quod etiam post somnum fit, quum tamen somnus, præ aliis medicamentis, ferociam humorum effervescentium sistendo, evacuationemque impediendo, mala hujusmodi sedare soleat. Prognosin quod attinet res periculi plena est, eoque magis, cum Dª. patiens viribus exhausta, extra lectum vix momentum durare possit, jamque tabe fere consumta sit, vixque decimus, si observationibus fidendum evadat. Timendum insuper est, ne vel Iliaca passio, vel lypothymia, singultus, vel convulsiones superveniant. Cum tamen soli prognostico ægram relinquere inhumanum foret, & non rarò in arte medica monstra contingant, igitur confortantibus, stomachicis, uterinis, castoreatis, cinnabarinis, antiscorbuticis, & si atrophia, vires, &c. permittunt, catamenia revocantibus, &c. ulterius insistendum & militandum. Et quia Electuarium præscriptum, bene contulit, illud vel solum, vel Diascordio Fracast. Theriaca Andr. l. Philon. Rom. aut. Requ. Nic. vel laud. opiato auctum & melioratum, ulterius exhibendum; dosin balsami Peruani augendam, usum Clysterum, d. non acrium, & in pauca quantitate, (exceptis nutrientibus si necessitas postularet,) continuandum esse, existimo. In pertinaci vomitu præter emplastra, unguenta, linimenta, & balsama stomachica innumera, sequentia à me aliisque celeberrimis Practicis non semel tantum experta fuêre, Theriaca regioni ventriculi, item umbilico adplicata; cucurbita sicca, fundo ventriculi, imò lumbis vel cruribus affixa; Spongia aceto optimo vini vel rosaceo, vel etiam malvatico vino imbuta, item panis tostus aceto vel vino hispanico madefactus pulvere Caryophyll. macis, croco &c. conspersus, & ventriculo superim positus. Præ aliis contulisse vidi Cataplasma ex fermento acri cum ✝ subactum, sine & cum modo dictis pulveribus permixtum. Spiritum Vini linteo exceptum & applicatum, non contemnendum vidi attulisse levamen. Laudantur frictiones & ligaturæ crurum ac pedum dolorificæ. Extollunt alii calefactionem extremitatum, & pedum lotionem. Sunt qui manuum immissionem in frigidam commendant,

utrum

utrum Bavaricum remedium, cujus Hœferus in Hercule Medico lib. 3. c. 1. meminit, conducibile sit, Tu judica. Achilles Gasserus apud Welschium in Sylloge, desperatum vomitum, Cataplasmate ex melle, vitello ovi & N. Moschata, non ventriculo, sed umbilico imposito, eoipso quasi momento compescuit. Commendant nonnulli, inter quos Rhodius, Schmizius, Barbette, Wedelius, Sanguinis missionem. Tu quid ferre possit nobilis patiens & an vires generoso huic auxilio pares sint, vel quid illud vetet, pro sagacitate Tua, nullo alio monente, ipse scies. Nec minus Tuum erit judicare, utrum recens cydoniorum succus, ab Hartmanno & aliis tantopere laudatus, vel etiam Mastichinus Spir. non semel à me cum successu exhibitus in usum trahi possit. Sane, si quid spei superest, illam præter jam dicta in usum lactis calidi, aliquoties hausti collocarem, quia hoc non solum erosioni aut exulcerationi, si quæ adest, sed etiam humorum acrimoniæ, & imprimis inquinamento scorbutico, à quo ægrotam non plane absolvendam esse existimo, egregie adversatur, & opitulatur.

Exemplum vidi anno præterito in muliere quinquagenaria majore, quæ singultu diuturno, & crebrioribus, ad plures septimanas durantibus vomitibus, affligebatur, cujusque universum corpus scrophulis subcutaneis & tumoribus steatomatosis, refertum erat &c. præ aliis enim omnibus medicamentis, hoc maximè contulit, vitæ tandem & medicamentorum pertæsa, viribus fractis obiit. Interdum lac theeisatum valdè profuit.

Vir honestus Ephippiarius, septuagenario proximus, anno elapso, per integram fere æstatem singulo fere octiduo, postea triduo & biduo, enormiter, omnis generis humores &c. sine notabili prævio vel subsequente dolore, æstu, siti &c. evomuit cum appetitu prostrato, hic pharmacis parcè sumtis imo rejectis, viribus omnino fractus, inter vivos tandem esse desiit &c. Hæc sunt Fautor ac amice honoratissime quæ ob temporis penuriam, calamo cursorio stiloque tumultuario, super casum propositum in chartam conjicere debui, potui. Quid faciendum, exasciatum Tuum ingenium subterfugere non potest. Vale & qualem exitum hic affectus sit habiturus, suo tempore paucis indica & fave

Dabam raptissimè U. ☿. d. 19. Sept. 1694.

T. T.

P. R.

Ad Excellentiss. Dn. D. M. Ph. St.
Epistola Consultatoria.

QUod *Consultationum* nostrarum initium hactenus non fecerim, duæ potissimum sunt caussæ, quarum te prima tangit, altera memetipsum. Resciveram tum

ex

ex populari rumore, tum & litteris uxorculæ meæ, (quam feliciſſima tua dextera, mihi ſalvam ſui maxima parte reſtituit) quantum tibi negotii hactenus *epidemica lues*, quæ in veſtros graſſabatur, faceſſerit, ſic, ut ne quidem tuus ad fere momentum, nedum alius eſſe potueris. Ad me vero quod ipſum attinet, *febris quartana continua maligna*, quarum periculoſiſſime conflictata fuit *SERENISSIMA PRINCEPS OETTINGENSIS*, me per aliquot ſeptimanas extra domeſticos lareis peregre detinuit. Nunc autem, quum *febrilis impetus*, apud veſtrates, quod audio, deferveſcat, & mihi quoque ſit datum nonnullis halcyoriis fruiſci, tempeſtivum eſſe duxi, qui ſilentium abrumperem. Ac primo quidem *Exc. R.* in Conſortium noſtri pellexi, cujus tu primum fructum ex incluſis vides, aliis Dn. *Sociis*, ſi placet, communicandum. Mihi quidem ſummopere probatur in iſtis *reſponſoriis* elegantiſſimi Viri induſtria: Enim vero in praxi, quam exercet, ampla, vereor, ut ita pergere queat. Non igitur *Sociorum* reliquis, neceſſitatem, hanc induſtriam imitandi, vellem impoſitam. Metus enim eſt, ne, laboris nimii formidine, in decurrendo nobiſcum alacriter ſtadio abſterreantur. Sed neque cuiquam, ſi pari ſedulitate ſe nobis probare velit, hoc prohibetor. Deinde commodum id mihi incidit, ut litteræ, quarum intereſt *Societati*, peculiari involucro clauſæ, quaquaverſum mittantur, ſic enim commodius *ſociorum* ſingulis communicari poterunt. Si vero quis alteri *ſociorum* quid ſingulare, quod ad reliquos nihil attineat, ſcribendum habuerit, illud alii cuidam ſigillata ſchedulæ credi poterit. *Excellentiſſimus Pf.* ad *invitatorias* meas nondum reſpondit, fiet autem fortaſſe propediem. Tu, quid animi ſit *Excellentiſſimis J. & C.* proxime transſcribe. Nunc autem, quid Tibi de *caſu* ſequenti videatur, ediſſere. Mulier quodam 45. annorum, 24. liberorum mater, quorum tamen aliqui lucem vitales non aſpexerunt, à juventute *menſibus immodicis*, quinimmo *hæmorrhagia uteri* nonnunquam ſatis periculoſa, laboravit. Acceſſit nunc à multis annis *fluor albus* ferme perpetuus. Gravida ſemper melius habet, pejus, cum in utero non geſtavit. Sed nec illud tacendum, eam gravidam *pica* affligi ſolitam. Malo fortaſſe (ſi quid tale de *pica* ſuſpicandum) hæreditario, namque matrem ſuam *pulverem glutinis accularìorum*, quoties in utero haberet, avidiſſime deglutiſſe affirmabat. Noſtra vero præter *arenam, calcem, carbones*, atque id generis cupedias, aliquando vim notabilem *picis liquidæ*, cui panem intinxerat, ſumma cum voluptate, nec ulla ſui aut fetus noxa, devoravit. Metuo autem, ne inde *cachexiam* ſibi magis contraxerit, qua nunc laborat ſumma, *pallens* & aliquantillum, *inflata* toto corpore, cum *cardialgia*, *dyſpnoea*, *laſſitudine artuum*, *pedum oedematoſo*, diſparente tamen noctu, *tumore*, *inappetentia*, *ſiti*, *cephalæa exquiſitiſſima*, ſic ut hominum loquentium ſonum ferre non poſſit, dum exquiſitius dolet, oculique penitus caligent; quin &, *paroxyſmi* tempore, in *capite* quamplurima *tubercula* eleventur, quæ, ceſſante mox dolore evaneſcunt. De quo autem maxime conqueritur, eſt illud: *Frequenter eam invadit internecina ſternutandi neceſſitas, idque tam noctu*,

q . interdiu: *cogitur sternutare vicies, tricies, quinquagiês*, tanta cum vociferatione, quæ viciniam personet; hinc autem *asthmate* tanto, immediate a cessante *sternutatione*, cum affluxu pituitæ viscidæ ad fauces & nareis obruitur, ut motus sit repentinæ suffocationis donec se, ingenti pituitæ mole utrinque exhausta, levatam sentiat, cum ea *virium debilitate*, quam labores in pistrino exantlatos consequi vix posse reris. Id vero singulare est, quod pituitam illam e naribus juxta & ore profluentem, *odorem* & *saporem jecoris*, *ex animali recens mactato exenti*, penitus referre asseveret, quin ipsiusmet sui *sepatis* esse scaturiem credat, præcipue, quum & *dolore lateris dextri* subter spurias custas affligatur. Namque & illud referre oblitus sum, eam ante jam plusculos annos, ita jubente *pica*, *vitulini jecoris crudi* magnas portiones devorasse. Nunc, quando viribus pedetentim exhauritur, successive contabescit, quin & animo nonnunquam linquitur, a me petit auxilium. Tu, *Vir Excellentissime*, quid esse factu opus arbitrere, mox, ubi placet, per litteras explicato. Ægra molestissimi symptomatis, *sternutationis* puta, medelam, unice flagitat, se scire asserens, quod valetudinem integram sperare, per amissum robur viscerum, non liceat. Quod reliquum est, *Vir. Excellent* non dubito, quin *curiosa* quædam, & minus quotidiana in *febre epidemica St.* observaveris. Igitur per otium enarra, quid morbi fuerit? quæ symptomata? cui methodo cesserit? &c. & pancratice vale.

Nordl, d. 13. Oct. 1694. LENTILIUS.

Epistola III Consultatoria ad Dn. D. R.

ANtequam mellitissimæ tuæ ad manus meas venissent, *Excellentissimi CAMERARII* litteræ jamjam appulerant, quas heic tibi legendas & mihi remittendas, inclusi. Institimus illius methodo nullo vel levissimo cum levamine. Accidit interim, ut non tantum ex urina patientis, verum & aliis circumstantiis, præcipue *vomitionis* exacerbatione, tertia quaque die (vomitu nonnunquam sexies decies intra talis diei spatium repetente,) ordinariis circuitibus redeunte, *febrim* recrudisse concluderemus. Domum aliquando reversus, & re bene pensitata, *MORTONI Pyretologiam*, atque in ea *Exercit. II. cap. 8. It. cap. 9. hist. 1. & hist. 7.* evolvi, & juxta illius præscriptum, ægræ sequentia sum ordinare ausus.

℞. Cort. peruv. subtiliss. ℥ifat. ʒß.
balf. peruv. ʒj. ess. anod. ij f.
F. pil. pond. gr. ij.

Quaternis horis n. xij. deglutiantur. Item *RIVERIARUM* contra *vomitum* contumacem illud:

℞. ⊖. absinth. ʒß.
Succ. limon. rec. expr. ℥iiij. M.

Detur subinde per cochlearia. Et, quamvis ob insignem *cardialgiam*, ægra, prout præceperam, singulis quatuor horis *pilulas* aut assumere non posset, aut certe nollet,



nollet, attamen, licet non nisi duabus vicibus, mane scil. & pomeridie eas deglutiret, illi *vomitus* pedetentim cessarunt, ac ita quidem, ut exacerbatio tertia quoque die, cum intensa siti, redire solita, prorsum emaneret, eaque tantum bis, mane scilicet, ac noctu vomeret, donec omnis *vomitio* paullatim quoque cessaret. Ægra tota emaciata nunc incipit cibum & appetere, & pro suo modulo digerere: Vires redeunt, sic, ut per aliquantillum temporis spatium extra lectum manere possit, & quæ alia, post ejusmodi horribilium symptomatum cessationem, commoda sequi sueverunt. Sed ecce! malum aliud, quod nos ægerrime habuit: *Inflatio abdominis*, cum aliquali *urinæ, alvi* vero totali *suppressione, tympamitidis* mox adfuturæ prodromi. Dedi *aurum fulminans*, & *clysterem* singulis diebus e *carminativis ac diverticis*, cum notabili quantitate *terebinthinæ*. Domi rursum evolvi *MORTONUM*, & cum in ejus *Phthisiologias lib. III. cap. 12. p. 381.* reperissem, a *febre* diuturna, tumores ejusmodi, similes *hydropicorum*, immo *hydropem* ipsissimum excitari, eumque à continuo, solitarique usu *peruviani corticis* fugari, jussi, ut in *pilularum* usu pergeret. Quid interea sit factum ignoro: Speso tamen fore, ut *nobilissima virgo* convalescat, quod futurum citius credideram, si, more præscripti, *pilulas* quarta quaque hora sumsisset, earumque usum, usque ad consumtionem ℥j. *cortis* continuasset. Eventum rei, ut ex me aliquando cognoscas, faxo. Vides, *Excell. Vir.* Auctorem istum, *MORTONUM* dico, non esse adeo temnendum, quod procafere & puppis curationum ejus in *cortice perruviano* collocetur; Tametsi enim ejus methodo insistere in *febribus continuis* & *malignis* nondum ausus fuerim, attamen sanctissima fide testor, me in *febrium intermittentium*, etiam *quartanarum*, quæ cum diris symptomatis ad 3. anni quadrantem durarant, ab ejus ratione curandi nunquam, nunquam dico, destitutum fuisse; sic, ut aliter nequeam, quam Auctorem istum *Practicis* omnibus de optimo commendare, & fatear, me desiderio flagrantissimo, *librum secundum* ejusdem *pyretologias*, cujus nobis in *primo libro* spem fecit, videndi teneri. Nil itaque restat, quam, ut te quoque moneam, ut, si placet, litterarium nostrum commercium eo more, quem in litteris ad *Excell. M.* indigitavi, tu quoque instituas, & inclusa heic omnia, una cum litteris meis proximis ad Te perscriptis, ubi *casus virginis nostræ Nobilis* exponitur, excepta epistola *CAMERARIANA St.* transmittas. Sin etiam placet circa *casum mulieris cachecticæ sternutantis, Dn. D. M.* propositum Tuam mihi mentem aperire, pergratum feceris. Sic vale, *Vir. Excell.*

Scribo *Nordl. d. 24. Octobr. 1694.*

LENTILIUS.

Sequitur Epistola CAMERARIANA, cujus in antecedente Epistola fuit injecta mentio.

Vir Nobilissime &c.

QUanquam, tenuitatis meæ conscius, tantum de me non præsumum, ut affectum, cui tot, tantique Medici dextras suas opposuerunt, me debellare posse mihi persuadeam, tuo tamen, *Vir. Excell.* desiderio assurgens, en! tenue meum consilium

pro *virgine vomitibus nimium distorta*, quales a *febribus* talibus; *cachexia* plerumque succedente, frequentius occurrunt. Exhiberem: *Pilularum sequentium* mane & vesperi pro quaris dosi primo die saltem *tres*, sequenti die *quinque*, & hic 2. *pilulis* adscendendo, usque ad *quindecim*, his pergendo per octo dies, dein iterum, ut asvendebatur, descendento, ad *tres* usque. Tempore antemeridiano, bihorio post *pilulas* *jusculum radicibus scorzoneræ & apiirecentibus alteratum: Electuarium* ad lubitum sæpius, quantitate, quæ nucem avellanam vel castaneam æquat, alternando cum *mixtura*, cujus sæpe 2. 3. cochlearia capienda. Annon aliquando noctu *apiata* concisa dosi exhibenda, perpendendum Tit. *Dn. Medicis* præsentibus relinquo. Sorobiculo cordis *emplastrum de tacamahaca*, secundum descriptionem *SCHRöDERI* paratum, impositum continuo gestet. In suris excitarem *vesicas*, aliquandiu apertas servandas. Alternis vicibus naribus admoverem modo *acetum florum tumtæ*, modo *oleum succini camphoratum*. Hypochondria & præcordia *unguenta carminativo* calide inungi curarem. Singula Excell. *Dn. D. MEGERLINI* (cui mille nuncio salutes) & *T. Exc.* judicio submitto, animitus divinam benedictionem apprecans medicamentis, me meosque Filios *T. Exc.* favori commendans, ac perennans

Nobiliss. T. Excell.

Tubing d. 13. Sept. 1694.

deditissimus Cultor

ELIAS RUDOLPHUS CAMERARIUS. D.

†

℞. Gelatin. CC. ℨij.
ebor. philos. c. Coral. r. ppt.
corn. rhinocerot. phil. calc. cryſtall. ppt.
extr. spec. diatr. sant. & diarrh. Abb.
balf. de Peru. ana. ℈ij.
M. F. pil. pond. gr. ij. D.

†

℞. Conf. fl. tun. borrag.
diacydon. crass. simp. ana. ℥vj.
nuc. Ind. cond. ſucci cherm. ana. ℥iij.
Sir. de rof. ſicc. q. ſ.
M. F. Elect. D.

℞. Aq. burf. Paſt. ℥iiij. menth. ℥ij.
Elix. ⊕-l. Mynf. ℈ij.
Sir. aurant. ℥iß. M. D.

Responsio Excell. D. D. R. altera.

Accipe hic, Amicorum optime, retrogradam *epistolam CAMERARIANAM*, quam citius remisissem, nisi responsorias *Excell. D. D. M.* ad nuperas nostras, simul

cum

eum hisce tibi transmittendos, expectassem, quas tamen per aliam viam tibi redditas fuisse arbitror. Quid tandem futurum sit, & qualem eventum sit habiturus *affectus* iste *complicatus*, *Virginem* tuam *aulicam* tam misere hactenus torquens, dies docebit: Utique continuandus foret usus *pilularum* ex *cortice & balsamo Peruano* compositarum, præsertim, cum non leve jam inde levamen senserit *nobilissima Patiens*, sibique, si non omnimodam saltem qualemcunque sanitatem ex continuato usu promittere possit. *MORTONI pyretologiam*, cum prodiret, oculo cursorio, &, tanquam canis ex Nilo, legi; sed fateor, quia *china chinæ* utramque fere paginam ei facit (cujus æstimatio hactenus haut magna apud me fuerat, cum desiderio meo, expectationi ægrotorum, summisque aliorum elogiis, raro responderit, aliaque *febrifuga* magis mihi & probata sint & satisfecerint) eam emere nolui. Non intermittam tamen, data occasione, te fidejussore, eandem curandi rationem observare. Altera *pyretologiæ* pars, quam flagranti desiderio expectas, lucem hactenus non vidit. *Cachecticam* tuam tam liberaliter, & quidem cum jactura virium *sternutantem*, motuq; terræ motui macrocosmico, non male æquiparato, vehementissime concussam, quod concernit, cum nullius caussæ externæ in litteris fiat mentio, haut dubitandum, à lympha serosiore & acriore, halitibus itidem & vaporibus similis qualitatis, membranas, fibrillas & vibrissas narium, nec non menyngem crassiorem cerebri vellicantibus & irritantibus, esse oriundam, (non enim iis possum adstipulari, qui menynges & cerebrum prorsus nihil cum *sternutatione* commercii habere contendunt, iisque exclusis, motum istam convulsivum, *epilepsiæ*, *apoplexiæ*, subitaneæque mortis quandoque Prodromum, post membranam nares cingentem solum musculis thoracicis adscribunt.) *Cachexiæ* & humorum acrimoniæ &c. *corrigentibus*, juxta illa, quæ communiter *Sternutationi* opponi consueverunt, contraitum esse, tua medendi dexteritas, dubitare non sinit. *Vesicatoria* & *Cucurbitulæ* tam siccæ, quam scarificatæ, in similibus calibus interdum profuere. Præter SCHOOKIUM ex professo de hoc Symptomate scribentem, legi meretur *Ann. III. Dec. I. Misc. Acad. Nat. Curios. Obs. 138. p. 247.* Ubi terrenties repetita *sternutatio*, & in *annotationibus* plura notatu digna, reperiuntur: & post hanc CORN. STALPARTII **van der Wiel**, *Observ. varior. Medico-anatomico, Chirurgicarum Tom. II. Annotationes* in *Observationem Sextam p. 45. seq.* Sed, quid noctuas Athenus? Unicum addo, ante sexennium nempe meridisse virum hic primarium, 58. circiter annorum, *sternutando* morientem. Quod autem pituita sive lympha ex faucibus & naribus ægrotæ profluens, *jecur animalis recens mactati Odore & Sapore* referat, id puto magis *depravatæ imaginationi*, fortique impressioni ab antegressa *pica* factæ, adscribendum esse, quam, quod proprium *hepar*, vel etiam illud *vitulinum* ante plures annos crude comestum, revera accusari posse reer. Ignosce quæso libertati sentiendi, &, si lubet, per otium aliquando tuos de hac re doctiores cogitationes communica, nam hæc, varii occupationibus distractus, non præmeditate in chartam conjeci.

Ante duas Septimas curæ meæ concredita fuit *Virgo plebeja*, vix non quadragenaria, quæ, ob jam ante quinquennium sibi denegatum & irritum factum Conjugium, subinde tristis & melancholica evasit, munia tamen domestica &c. recte obiit, jam à 7. mensibus, *melancholia erotica*, eam ad desperationem quasi adegit, sæpiusque violentas sibi ipsi manus injiciendas esse, omnibus palam professa est, ita ut illam custodire, immò ligare, opus fuerit. Semper de Amato, & quod ille solus anxietatibus, illius medendis aptus natus sit, (qui tamen aspecta & conservatione, quia gibbosus, insuper uxoratus, potius exhorrendus, quam expetendus esset) loquitur. Et, licet non ita pridem (cujus consilio, nescio) illa vapularit, & ab illo pugnis & alapis bene dedolata, domum remissa fuerit, illum tamen ob hoc amare non desinit. Interim neque verbis neque gestibus, uti alias *in amore insano* & *furore uterino* fieri solet, obscœna est; *appetitus* maxime viget, nihil, aut parum, dormit, *menses* hactenus rite *fluxere*, nuper tamen ultra sextam septimanam morati sunt. Ante 14. dies ad curam vocatus, statim utriusque pedis *Saphanum* incidi curavi, unde sequenti die quietior facta, ad preces publicas ivit; Post exsilita *Seminis* & *uteri turgescentiam* & *æstum* Compescentia, *camphorata* item & *nitrata*, non tamen in magna dosi, nec non externe *Somnum* blande conciliantia; cogitationes de inferenda sibi morte prorsus evanuere, ante quatriduum menses rediere, & adhuc fluunt: mox jam de cordis, mox de ventriculi vel alterius cujusdam partis dolore conqueritur, de quibus tamen doloribus omnibus, nullum consuetum vel certum indicium animadverti potest. De valetudine Summe Sollicita est, de qua recuperanda animum despondet. Tu, quid de Casu Sententias & agendum putes, si lubet, indica. Vale &c.

U. d. 7. Nov. 1694. **P. R.**

Ad hanc iterum Responsio LENTILII.

Vir Excell.

OCcupatissimus *M.* ad meas hactenus silet, largiori forte, uti semel cœperit, alloquio silentium diuturnum pensaturus. *Nobilissima* mea *aulica* à *febre* quidem hactenus immunis vivit, & ab ipsa tam molesta *Vomitione*: Quin & *tumor ab dominis*, qui metum *tympanitidis* incusserat, plane subsedit. Nunc autem conqueritur de *cardyalgia* adhuc multum affligente, constante licet *appetitu*, it. de *dolore distendente & gravativo ad regionem vesicæ*, & *dolore arthritico* atroci in utrisque *genubus* sine tumore. Urina satis quidem colorata, sedimentum deponit crassum & pituitosum; & quamvis non amplius extenuetur, attamen nec habitior adhuc evadit. Extra lectum, ni *genuum dolor* obsisteret, per tempus bene longum posset morari. Ordinavi *balſ. de Copait.* gtt. vj. bis in die ex *jure consummato* sumendas, it. *pulverem* ex *diaphor.* ♂*li* & ♃*ali cum ol. mac.* & *caryophyll.* Foris genubii *linimentum nervinum* ex *ung. martiat. ol. lumbric.* & *philosoph.* ♏. *cochlear. formic.* & ⊖✳*ci. cum* mit-

mittridatio. *Balneum* porro ex *arthriticis* & *antatrophis*, cum dimidio *aquæ* & *lactis* paratum. De eventu, uti certior evadas, curabo.

(NB. *Lect. benevol. scire volumus, quod nobilissima ægra utcumq; convaluerit, ut munyl præesse suis, & forus prodire possit.*) *Sternutatrici* meæ sequentem in modum sum medicatus: (1. Triduo ante *novilunium* quovis mense sumantur *pilulæ seqq.*

℞. extr. cathol. ☿ ij. dulc. ana. ℈j.
M. F. pil. n. XX.

Postea: ℞. Pulv. lign. Sassafr. equiset. ana. ʒij.
Coral. r. ppt. bol. arm. ppt.
☿ ij. dulc. ana. ʒj.
Sacch. ℥j. F. ♀.

Capiat ʒ. cultri cuspides mane septima & pomeridie tertia horis ex cochl. *Dec. seq.* cujus insuper ℥iij. calide hauriantur.

℞. ras. lign. junip. & querc. ana. mij.
Coq. in Aq. font. mens. ij. ad reman. mens. jß.

(3. *Fotus* sequens in usum trahatur.

℞. baccar. junip.
herb salv. serpill. rorisin.
majoran ana. mj.

Conc. coq. in mens. ij. aq. font. ad reman. mens. j. intinge calenti mane & noctu, quam itur cubitum, lintea quadruplicata, quæ rursum expressa applicentur vertici capitis, superimposito caputio. (4. Cum *sternutationem* in propinquo esse sentit naribus attrahat *Ol. amygdal. dulc.* & *mucilag. sem. cydon. c. & font. extr. ana.* calide. (5. Quovis mense, triduo post *novilunium CCtulus scarificatas scapulis* affigi curet. Et profecto, auxiliante sic DEO, perbelle negotium successit, ut à plerisque malis, quorum in nuperis facta mentio, cumprimis autem *sternutatione*, vivat immunis. Quod autem ejusmodi mala frequenter inducias dare soleant, aliquanto post tempore, collectis quasi viribus, denuo factura irruptionem, id tamen, repetita menstruatim *purgatione* & *scarificatione* impedire tentato; nam successa perenni isthæc medela sit gavisura, postliminio scribam. Sed adhæc duo monito velim; primo, omnem intentionem meam dicertum fuisse, ad serum quantitate & acrimonia peccans, & sanguinem justo magis tenuem & aquosum, quod ex mea methodo, te, perspicacem *Practicum*, latere non potest: Postea, ne usum apparatu sunt splendido, ob ægræ mulieris paupertatem. De *sapore* & *odore jecoris*, me quidem opinante, rite judicas, *depravatæ* nempe *imaginationi* ista deberi. Nec enim alium ob finem ea sunt à me narrata quam ut vel hoc exemplo clarum evadat, *quam inepte vulgus de rebus istiusmodi, morborumque caussis judicare consueverit.*

Virginem tuam, quod attinet, iste nihil affectus, quantumvis nondum alias, quam *melancholia erotica*, primus tamen ad *Nyphomaniam* ipsissimum gradus esse videtur;

detur, *Oestum* hocce *Venereum* haud inepte aliquibus comparatur cum isto, quo cieri solent bruta statis fetificationis temporibus, de quo vid. ETTMULL. *Opp. Tom. 1. p. m. 564. b.* Non vacat uberius in causas proximiores affectus hujus excurrere, quas arbitror *Serogenetali acido-austero*, muliebre ovarium primo impetenti, & liquorem tum ovulorum ipsorum, tum hydatidum in fermentationem cienti, communicata hinc per exhalationes labe corpori universo, hinc & crebro ipsi & generi nervoso, adscribendas esse. Curam hinc absolvi debere partim *serum* istud *evacuantibus*, partim *invertentibus*, *absolventibus* & *præcipitantibus*, non exclusis, quæ ab Auctoribus *specifica* jactari solent. Nunquam mihi, quod recorder, ejusmodi casus obtigit, si tamen obtingeret, sequenti methodo rem aggrederer.

(1. Darem *emeticum* tale:

℞. ♀. emet. gr. iij. ol. rut. gtt. j. M.

(2. Exhiberem *pulveris* sequentis cuspides 3. cultri bis in die horis Medicis ex *Sero lactis*, superpotato dicti *Seri*, mane calentis, pomeridie sibi relicti, haustu:

℞. Pulv. absorb. Wed. ℥iij.
secundin. hum. ppt. Sacch. ♄i. ana. ℥j.
camph. ʒß. M.

(3. *Pilulas* ante vel post novilunium, quovis mense per annum integrum porrigerem:

℞. extr. helleb. n. ☿ ij. dulc. ana. gr. xv.
F. pil. n. xxv.

Iterata, cæteris paribus, nonnunquam *Venæsectione*. Fortasse *potus camphoratus HORSTII* multum adjumenti ferre posset, cujus meminit *ETTMULL. loc. cit. p. 565.* Camphora nempe incensa sæpius in potu ordinario extinguatur, & sic pro lubitu propinetur. Mihi autem ob hanc cumprimis rationem *pulvis absorbens WEDELIANUS* probatur, quod, præter ingredientia *acidum* potenter *absorbentia*, etiam contineat ♁ *nativam*, medicamentum ☿iale & *Sero* unice dicatum, una cum *laudano*, quod in his affectibus parca dosi proficuum Auctores testantur. vid. *BARTHOLIN. Cent. 5. hist. 85.* Ego multum spei collocarem in *cura martiali*. Tametsi enim à paucis *Practicis* in hoc affectu *chalybem* præscribi videam, imò, juxta AVICENNAM aliqui *ferrum* ad coitum conducere existiment, nil tamen obstat, quo minus hæc utiliter adhiberi valeant, quod expertissimus sit ♂*lium* usque in omni morbo, in quo primario peccat *acidum*, & celeberrimus SYDENHAM *Dissert. de pass. hyster.* ejus usum satis laudare nequeat. Sed hæc omnia, quod supra memorari, expertus non scribo, climatissimo duo Judicio relinquens utrum & quid horum eligi mereatur? Eventum autem ut mihi transscribas, rogo: sicque vale ad votum.

Nord. d. 14. Nov. 1694.

T. T.

ROSINI LENTILII.

Metus præternaturalis.

RElig iosus quidam 24. annorum, conqueritur de terrore & metu ingenti, quo corripitur, quoties vel in Choro, vel Refectorio Lectoris munere fungitur, vel quoties homines multos intuetur: tunc statim timor, hinc tremor, inde vertigo, sic ut vix, ubi locorum sit, satis ipse norit, & multum angatur. Capitis fere dolor perpetuus, & si per horæ quadrantem sibi bellicule habere videtur, per aliam dimidiam novi angores. Somnus laboriosus, interruptus, timidus; Pectori quasi pondus ingentis saxi, dum paroxysmus adest, incumbit, cum δυσαρεςία & melancholia. Quærit auxilium eo præsentius & ardentius, quod per istud morbi tam in concionando, quam missiticando impediatur. Jam a semestri, ubi primum terror incessit, hoc mali sentire cœpit. Ordinatum a me tunc *emeticum*, &, cum plethoricus e multis mihi signis judicaretur homo torosus & bene habitus, binis vicibus tusione venæ sanguinem deplevi, sed non eo, quem speraveram, profectu. *d. 26 Martii 1696.* ordinavi *pilulas* mane, cum regimine, sumendas.

℞. *extr. fol. senn.*
helleb. n. aa. ℈ß.
☿ *ii dulc. gr.* viij
dacryd. gr. vj.
♀. *emet. gr.* j.
ol. rorism. gtt. ij.
f. pil. n. XXX. pro 1. dosi.

Post iterum V.S. larga ad ℥vij. vel viij. Inde *pulveris* mane & vesperi ʒß. ex jure vel cervisia usus:

℞. *rad. bugloss.* ♀*isat.* ʒß.
Corall. r. ppt. Dent. apr. philos. aa. ʒij.
⊖ *hyper* ʒj. *lap. laZul ppt.* ℈ij. *M.*

Radix buglossæ in potu. Mense *Majo serum lactis fumaria, acetosa, radice buglossæ & fragaria* medicatum. Animo sit constanti & imperterrito. Ab eo loco mox ablegatus est in aliud apud Helvetios monasterium, sic ut, quo pacto nunc habeat, ignorem.

Cur Practicorum fere nemo in symptomatum serie de *timore* & *terrore præternaturalibus* (de *non naturalibus* enim sermo non est) ex professo agat, nescio? sunt equidem proprie *pathemata*, locum sibi inter *res non n turales* vendicantia, quis autem negaverit, ea nonnunquam inter *symptomata* sibi locum promereri, nisi parum in praxi versatus? sunt interdum *terrores* absque ulla *melancholia*, interdum & *metus* in hominibus

alioqui satis hilaribus. Novimus virum *Donaverda* primarium, nil minus quam *melancholicum*. Is, quoties in mentem venit, sibi crastina luce domo exeundum, per totam noctem antecedentem ab annis jam compluribus sibi pessime metuit.

* * *

De Medico, qui Naturam ægroti novit.

Ægrotantium plurimi suis Medicis, quorum consilio sunt ab aliquot annis usi, pertinaciter innituntur, quod ajant: *Huic Medico Natura mea est optime cognita:* **Dieser Doctor kennt meine Natur am besten.** Tametsi vero negandum non sit, multos hanc ipsam pertinaciam suæ valetudinis damno luere, dum alios Medicos expertos, in complicatis præcipue & intricatis morbis, imprudenter aut respuunt, aut formidant, nec ista Naturæ cognitio in Natura sit æque semper fundata; nihilo tamen minus occurrit, ubi dicterium quam maxime valeat, quod sequens historia declarabit: Illustrissimæ cuidam *Comitis* Medicinam nunc per 15. annos facimus. Ea nuper in alio quodam loco tribus ab hinc milliaribus sito ægrotavit. Medicus loci, Practicus peritus & celebris, opus esse miti laxativo censuit, me quoque adnuente. Præscripsit igitur sequens, quod ultra 3. vel 4. sedes non moturum expertus adseverabat:

℞. *gial. nigr. resinos.* ℈ij.
♀i ⊕-*lat.* ʒß. ☿ *ii. dulc. gr.* viij.
Sir. de cichor. c. rh. ℥ß.
diaser. Splenet. Verbez. aa. ʒij.
aq. cinam. ʒß. *M.*

Ego, qui Naturam *Comitissæ* melius exploraram, purgans istud fortius esse, quam ut ægrota vim ejus sufferre posset, edixi. Ipse contra vel pueris id se tuto propinare solere regessit. Postremo vix impetravi, ut *gialapium* ad ʒß. reduceretur. Monitus tamen ab alio Medico, & hoc alvum nimium esse turbaturum, assensi, & *gialapii* ℈j. accepi, omisso insuper *sirubo splenetico* etiam purgante, & ▽. *cinnam.* ad ʒj. aucta. Propinatum hoc modo pharmacon alvum novies concitavit. Quid futurum, Lector, arbitrare, si ad modum supra scriptum fuisset exhibitum? nonne *hypercatharsis* inevitabilis inde fuisset expectanda? Adeo non semper est vanum, istum *Medicum, qui ægroti naturam, per aliquot curationes & consuetudinem diuturnam exploravit, esse cuilibet alii præferendum.* Imo & hoc observandum, *ne quis se facilem præbeat alii cuidam Medico, si qualecunque damnum ægroto hinc imminere videt.*

* * *

Mira tumoris erysipelatosi metastasis.

Anno 1675. mihi Pastor quidam Saxonicus sequentia narravit: Cum Anno 1644. in Gymnasio *Dresdensi* studiorum caussa morarer, catarrhis acribus & salsis, ad oculos præcipue delabentibus, valde affligebar, adeo, ut a lacrymarum acredine haut raro cilia consumerentur. Fama tunc insignis aquarum salubrium *Hornhusanarum* percrebuerat, quas cum adirem, a defluxionibus ad oculos me quidem liberatum sensi, cœterum *sinistri brachii erysipelatoso tumore* correptus. Linteo *Hornhusanis* madefacto hunc pellere sustinui,

stinui, sed eventu haut adeo felici, quandoquidem hinc inflammatio non tantum exacerbata, sed & brachium dextrum eodem tumore affectum fuit, cum dolore vix tolerando. Tunc autem Practicus Veteranus D. *Bertram* aderat, quem consultum ibam. Hic affectum non extra periculum esse pronuncians per medicamenta quædam tumorem utrumque in carpi pomœria pepulit, qui subsistens ibi cutim sustulit, fixus illic, sed indolens, perseverans per multos annos. Practici plures consulti propemodum id omnes consilii surrogarunt, ut neglecto medicaminum usu, tumores istos patienter ferrem. Factum inde, ut ante hos circiter 20. annos dextræ manus tumor sponte & prorsum disparerer, sinistram vero manum, ut vides, tumor perpetuus obsedit, dolor nullus, molestia nulla. Si forte manum sauciavi, nil inde cruoris, seri multum profluxit. Dn. D. *Nitnerus Halensis* apud Saxones Practicus suasit, ut affluxui cohibendo interdum *scarificatis* ad *musculi bicipitis*, ubi locus est fonticulis, pomœria uterer, quod hactenus, nullo sensibili cum emolumento, factitare consuevi.

* * *

Dignotio sexus in gravida.

Anno 1671. Dn. D. *de Houst, Gallus*, Practicus *Heidelbergensis*, nobis quibusdam Medicinæ Studiosis, ceu signum certissimum laudavit sequens: nempe considerentur areolæ mammillarum in gravidis, hæ enim si pallescunt femellam uteri incolam, si rubescunt, & fusci sunt quasi coloris, masculum indigitant. Quis autem Medicorum arbitretur omnes gravidarum mulierum papillas? Licet igitur experimenti nervum non videam, celare tamen Lectorem curiosum nolui, si forte se mammillarum arbitrum gravidis obtrudere velit.

* * *

Ab occursu mutili, partus mutilus.

Anno 1676. Cognata mea, duorum antea liberorum mater, tertio partu enixa est filiolum ambobus brachiis adeo usque truncatum, ut neque eorum ullum extiterit vestigium. Contemplata autem curatius erat Mendicum his artubus mutilum, & stipem in regia via prope *Lipsiam* petentem.

* * *

Animam rationalem per traducem propagari.

Ex Epist. B. D. D. *Joh. Christ. Frommanni, Physici olim & Profess. Coburgensis*, ad Exc. D. D. *Röderum* perscriptis:
„Pro traductiva animæ propagatione pugno, quidquid *Zeisoldus, Zeidlerus*, aliique dicant. Malo hoc negotium intueri oculis *Mosis*, quam *Aristotelis*, ad cujus mentem crepant: quidquid fit, fit vel ex nihilo, & sic creatur; vel ex materia, & sic est materiatum &c. optime respondet *Dorschæus* in sua *Theologia Zachariana*, & quidem *Auctar. diss. 4, p. 645*. Neque animal, inquit, generatur ex materia, sed cum & in materia; neque generatur ex nihilo, sed ex homine; neque per traductionem alicujus particulæ ab animabus parentum decerptæ, id enim generationi vel propaga-

 tioni

„ tioni corporum competit: sed ex illa „ vi prolifica, quæ toti homini, adeoque „ etiam animæ ex divina benedictione in- „ dita est. Quia enim spiritualis anima „ est, removenda est ab illius multiplica- „ tione omnis corporalis multiplicationis „ ratio, & sola spiritualis cogitanda, quæ „ longe sublimior est, quam ut terminis „ & conceptibus corporalis exprimi possit „ aut debeat. Proinde, sicut a multipli- „ catione in divinis, quia spiritualis est, „ omnis fluxus, derivatio, abscessus, & „ qui sunt alii corporalis traductionis mo- „ di, removendi sunt, de quibus vid. *Da-* „ *mascen. lib. 1. de Orthod. fid. cap. 8.* Ita „ & suo modo hic cogitandum est. Ne- „ que enim Pater, quando generat filium, „ adeoque producit vere æterna illa gene- „ ratione υἱότητα, sive correlationem il- „ lam, qua filius a Patre distinguitur, de- „ cerpit aliquid de sua paternitate, ex qua „ producit, υἱότητα, sed potius ex spiri- „ tuali & incomprehensibili fœcunditate „ filium producit, & in æternitate immu- „ tabili personas divinas multiplicat. Unde „ ex consequente apparet, multiplicatio- „ nem non repugnari spiritualitati, cum „ in SS. Trinitate sit summa spiritualitas.

* * *

Character ligaturæ fortis porcellis à matre scrofa impressus.

Doblenis in *Curlandia Pastor Letticus* Dn. *Musmannus* narravit de scrofa gravida, cui nescio quibus ex caussis, quaternos pedes funiculo quodam arcte constrinxerunt, unde se expedire conata pedes illic loci attrivit. Haut multo post tempore porcellos enixa characterem attritionis istius in pedibus suis graphice ostendentes.

* * *

Pallor virginalis.

Virgo nobilis cum intermittenti tertiana per 18. hebdomadas conflictata, dum ab ea liberatur, facie lurida fœdum sui præbuit aspectum. Omnibus frustra usurpatis a quodam jussa fuit comedere *picam* probe *lardatam* & *cinnamomi frustillis* aculeatam & assam; quod ubi fecisset, intra octiduum faciei nitorem recepit.

* * *

Consilium hystericum D. CHRISTIANI Müllenhof / Practici Amstelodamensis, pro SOPHIA GERTRUDI VITINGHOF dicta SCHEEL, Dn. Capitanei EVERHARDI LIEVE in CURONIA uxore.

CASUS.

Meine Kranckheit ist diese: Das Haupt ist mir / wie voller Wehetage / die Augen werden mir unterweilen dunckel; habe grosse Hertzens-Angst und Bangigkeit; auf der lincken Seiten und unter dem Magen ists mir / wie ein Strang. Wann die Bangigkeit und Hertzens-Angst ankommt / so habe ich im Leib / wie eine Bewegung / insonderheit an der lincken Seite / und am Magen. Wann die Bangigkeit kommt / so bild ich mir ein / daß ich den Augenblick muß bleiben / und bin von

von Hertzen matt/ daß ich aus meinem Bett nicht kommen kan: Unterweilen werde ich im Halse und Brust also gewürget/ daß ich kaum Athem haben kan: Bald ist mir kalt/ bald schwitz ich vor Angst meines Hertzens. Habe sonst/ GOtt Lob/ gantz keine Wehetage/ nur unterweilen in dem Rücken. Die Händ und Füsse toben mir auch unterweilen: Nichts ist meine grössere Plage/ als die unerträgliche grosse Hertzens-Angst und Bangigkeit. Kan nichts essen etc.

CURA.

℞. *Tinct.* ♂ *aperit. cum* 🜄♀ *lat. parat.*
Alcohol vini subtiliss. aa. ℥ß.
Elixir. propr. Par. absque acido parat.
∿⊖✳*ci aa.* ʒiiß.
resin. gial. ℈j.
°°*destillati cochlear. penetrantiss. gtt.* j. *mac. gtt.* x. *succ. git.* vij.
cinnam. gtt. v.
fl. ⊖✳*ci* ℈j.

M. Stent in digest. per hor. 6. vel 7. quantum temporis sufficit ad omnium incorporationem, deinde per chartam emporeticam filtretur, add.

∿ *CC. volat.*
Tinctura croc. aa. ʒß.
M.D. in vitro bene clauso.

NB. Die *Tinctura* ♂. muß von Anfang an mit gemeldtem ∿*u* extrahiret werden/ und kein Eßig darzu kommen; solches muß auch geschehen mit Elix. proprietat. Dann/ meine Meynung ist/ daß zu allen solchen medicamentis gar kein acetum oder ∿*us* ✝*ti* komme/ welches dem Herrn Apotheker zu mercken/ und/ wo er diese præparationes nicht fertig hat/ erstlich machen wolle.

Dieses Medicamentum wird Tropfen-weise gebrauchet/ Morgens/ zu Mittag/ alsbald vor oder nach dem Essen/ oder auch Abends/ vor oder nach dem Abend-Essen: Dann/ es gilt gleich viel/ ob dieses Medicament Morgens/ Mittags oder Abends gebraucht wird. Es wird genommen in ein wenig Spanischem oder Frantz-Wein/ aber nicht in Rheinischem Wein; es kan auch gebraucht werden in ein wenig Meht oder süsser Milch. Man kan dieses Medicament des Tages einmal brauchen/ auch wol zwey oder dreymal. Nimmt man nun mehr/ als einmal/ so kan man nehmen von 5. biß 8. Tröpfflein.

Dieses Medicament reiniget das Blut/ erwärmet den Magen und die Mutter/ und nimmt alle dicke Dämpfe davon weg: Wenn man 10. oder 14. Tage von diesem Medicament, wie gesagt/ genommen/ und der Leib verstopfet/ (doch/ halte ich/ wird dieses Medicament des Tages einen oder zwey Stulgänge machen) so sind hiebey auch zu gebrauchen folgende Pilulen:

℞. *M. Pil. fœtid. maj.*
resin. gial.
☿*ii dulc. aa.* ℈ß.
ol. anis. gtt. iiij. *M. F. pil. n.* x.
De☉.

Diese sind auf zweymal/ jedesmal 5. Pillen. Diese 5. werden früh Morgens eingenommen mit ein wenig warmen Frantz-Wein/ oder Suppe/ oder mit einem gebratenen Apfel/ gleich viel/ wie man sie am besten einschlingen kan. Eine Stund oder anderthalb darauf/ wird genommen eine Fleischbrüh/ darauf werden sie anfangen gelinde zu purgiren/ und den Tag über 4. à 5. Sedes zu machen. Wann aber das erste Medicament, so Tropfen-weise genommen wird/ den Leib alle Tage offen hält/ so sind die Pilulen ehe nicht vonnöthen/ biß die Verstopfung des Leibes es erfordert. Den Tag über/ wann die Piluln gebraucht werden/ wird von dem obigen Medicament nichts gebraucht/ sondern nur des andern Tages wiederum. Es ist auch eben nicht nöthig alle Tage hieron zu nehmen/ dann man kan bißweilen 1. 2. à 3. Tage darzwischen gehen lassen/ ohne dessen Gebrauch.

Dieses ist die Cur extra Paroxysmum; folget nun/ wie man sich in Paroxysmo zu verhalten.

In Paroxysmo.

℞. *Alcohol vini subtiliss.*
Tinct. castor. aa. ℥vj.
♒⊖✳*ci* ʒß.
gumm. galban. ℈ij.
☍. ♀. *fetid.* ℈ß.
terebinth. gtt. xvij.
camphor. gtt. iij.
⊖. *succin. vol.* ℈j.
Bals. de Copaib. gr. xv.

M. Stent in leni digestione per hor. 7. vel 8. quantum temporis sufficit ad omnium incorporationem. Deinde per chartam emporeticam filtretur, adde

Tincturæ cinnam. ʒij.
bals. ♃. terebinth. ʒß.

M.D. in vitro bene clauso.

NB. Durch *alcohol vini* verstehe ich 🜄. *ter vel quater rectif.*

2. Postea *Decoctum lignorum sudorificum* valide exsiccans. Bibatur mane haustus calide, integatur corpus pro sudore, qui promovendus in lecto lateribus calidis linteo involutis, applicatis lumbis & pedibus, vel pedum plantis. Si Laconicum arrideat, sudorem solvit 🜈 incensus.

3. Pomeridie & noctu *pulveris* sequentis, quantum tres cultri cuspides capiunt, ex brodio sumantur:

℞. *Summit. virg.* ☉. *fol. equiset.*
lign. sassafr. guajac.
cort. guajac. fraxin.
rad. gentian. gumm. arab.
CC. ust. ana. ʒij.
sacch. penid. ℥j.
M. F. pulv.

4. *Scarificatio crurum & femorum; Pertusio scroti* juxta dogma *Hippocratis de intern. affect.* vid. *Spon. Aphorism. nov. p. 370.* præmuniendo a gangræna linteaminibus 🜈 *myrrhato & camphorato* tinctis; quæ scarificatio viribus & visceribus adhuc integris, atque, ubi tanta seri scorbutici acrimonia non sentitur, nil omnino metuenda, quinimo, si mature adhiberetur, absque dubio feliciter utplurimum cessura esset.

5. Diæta vehementer exsiccans. 🜁 calidus. Non prospiciat per fenestram. Meridie carnes assæ cum pane biscocto. Noctu *amygdalæ dulces* cum *passulis* aliquot *majoribus*. Potus ordinarius residuum *Decocti hydrotici*, additis, si videtur, *passulis*, & præterea totalis abstinentia. Somnus parcus. Motus, quantum fieri potest, validus. In siti magna, refectionis gratia, *diacydonium pellucidum*, idque

idque modice. Et hac, pro ratione virium, ad dies circiter quadraginta.

Notabilis est *Malpighii* de *hydrope* sententia, quæ habetur in *ejus tr. de Omento, oper. part. 2. p. 232.* ubi probabiliter existimat in hydrope ascite adipem quandoque in serum liquari, a quo sacculi adiposi omenti ab ipso descripti expandantur, depluente tandem in abdominis cavitatem aqua, quod in brutis sæpe viderit istas omenti vesiculas aqua distentas. Stante hac sententia probabile existit in hydrope juvare posse cumprimis fortiter adstringentia, postquam prius per hydragoga ocyus aqua exturbata fuit, procurata alvo clysteribus frequentius repetitis.

* * *

De Epilepsia Puerorum, Medicamentis Mercurialibus & aliis,

ROSINO LENTILIO, CHRIST. SCHUCHMAN. D.

S. D. P.

Miraberis forsan, Vir æstumatissime, manum, literasque penitus incognitas: sed, si exhortationis propriæ *An. II. Misc. Nat. Curios. Dec. II. p. 346.* factæ, probe memineris, tuo instinctu esse natas, ultro fateberis. Ne dicam de hoc, quod doctissimæ observationes tuæ *Curiosorum Miscellaneis* insertæ, quas non ultimo loco pervestigare soleo, jamdudum in sui amorem me pellexerint. *Epilepsia* est, ad cujus truculentiam infringendam Medicas exhortaris manus. Sane si hoc pestilens malum *Nordlingæ* in pusillos grassatur, heic locorum mitius se non exhibet, siquidem aut morbum constituit primarium, aut aliis illico se adsociat morbis. Caussam endemii hujus mali in hunc usq; diem me fugere, lubens fateor. Aëris, in his montanis tractibus, salubritate fruimur laudanda: aquæ ex montibus scaturientes, saporis gratia & puritate, aliorum locorum undas multum superant; sed cervisia utimur pingui, eaque ad incolarum palatum accommodata dulci, hincque facillime acescente: Condimentum enim illarum, lupulus, optimus alias, juxta *Bechlinum*, cervisiarum custos, & acescentis vappæ averruncus, per nimiam coctauram omni spoliatur vi balsamica. Hæc, an pro caussa hujus mali suffecerit, asserere hæreo. Quod autem visciditate & acore suo multum conferat, lubens credo, præsertim, cum in more positum habeant nostrates, acorem illum intensissimum *spuma & fece sacchari*, (vulgo Syrup) emendare. Ego, quid hactenus in praxi *epilepticorum* Infantum observaverim, lubens communico, Tua fretus humanitate, sperans, candorem meum fore haut ingratum. Caussam *epilepsiæ* infantilis (fere semper consensualis, rarissime idiopathicæ) ego pituitam viscidam & acidam indubius credo. Consentit B. *ETTMüLLERUS*, Præceptor olim meus honoratissimus, in *Coll. MSS. Practico*, & *Valetudinar. Infant.* a Te allegato: Evincit hoc scrutinium globulorum rejectorum *Misc. Cur. p. 342.* ex pituita conglomerata, acidumque spirante, constantium, a Te institutum. Confirmant hoc etiam juvantia, præprimis resolventia, incidentia, evacuantia.

cuantia. Specifica quocunque nomine veniant, nisi huc colliment, cum toties me deseruerint, nec fidem exsolverint, ne tanti magis æstimo. *Opiata* palliative curant, & interdum paroxysmum, mox atrocius reversurum, nonnihil suspendunt, quod in propriis liberis expertus testor. Jucundissimum mihi fuit legere, quod *Clysmatum* usum introducere studens, idem fatum mecum experiri coactus fueris, convitia nempe. Sed spreta nonnullorum lingua, plus quam virulenta, in saluberrimo horum usu perstiti, & fere semper, per *DEI* clementiam, effectum vidi optatum. In Cura hactenus abunde mihi satisfecerunt duo egregia medicamina. Primum est ☉ *fulminans*, non penitus edulcoratum, sed vi sua laxativa adhuc præditum, quod ipsum a grano dimidio ad unum, plus minusve, ratione ætatis, additis semper granis aliquot *arcani duplicati*, vel ⦶ purioris propinatum, admirandos mihi præstitit effectus. Verissimum est B. *ETTMüLLERI* effatum, in *Disput.* de *Præcipit.* usu dicentis: fecum variegatarum viscidissimarum exclusionem ingenti fœtore sociatam esse. Vix credideris, quantocyus calor p. n. individuus fere hujus mali comes, restinguatur, & quam placida miselli mox fruantur quiete. Quodsi unica dosi non possit repurgari Augiæ hoc stabulum, interpositis horis 6. 8. vel 10. altera propinetur dosis, & videbis exilissimæ hujusmodi moli plus roboris inesse, quam specificorum tralatitia commendatione famosorum ingenti farragini. Peculiarem huic inesse quasi anodynam vim plus simplici vice expertus testor. Dum hæc scribo, infans curandus offertur, qui annum nondum transscendit, hic ulcere in cubito (serpiginis instar) lympham acriorem indies stillante, a primis incunabilis molestabatur, aut potius levabatur: subito autem, exarescente ulcere isto, & squammarum instar decidente, anxius fit puer, clamitat, noctem insomnem transigit. Ego expellere ichorosam illam materiam, per *diaphoretica volatilia, fixis juncta*, conor, sed sine effectu. Altero die superveniens *epilepsia* cum ejulatu & clamore horrisono, omnes terret. Accersitus, propinandam do unicam dosin ☉ *fulmin.* a *gr.* j. cum *gr.* v. *arcan. dupl.* & illico obicem posuit morbo truculentissimo, solutione alvi sequenti demum die secuta. Alius infans valde obesus, uno tempore *epilepsia, catarrho suffocativo, & paralysi lateris sinistri* corripiebatur, cum *alvi adstrictione* & ingenti calore: propinata unica dosi ad *gr.* fere ij. & *gr.* vij. *arcan. dupl.* expulsa per inferius guttur ingenti pituitæ viscidissimæ copia, cujus simul fetor adstantibus vix erat tolerabilis, cura usque adeo, remittente *epilepsia*, & insequente libera respiratione, facilitabatur, ut residuum facile per *castorina* potuerit absolvi. Nolo allegandis diutius inhærere exemplis, cum propria experientia subeunda, de ante dictorum fide testabitur quam clarissime. Alterum, quod in misellorum *epilepticorum* affectibus magnifacio, est *emulsio resin. gialap. a gr.* v. *cum vitello ovorum subacta & ▽ chamom. Rom.* diluta, successive cochleatim sumenda. Quoties ab hujus usu *epilepsiam* viderim edomitam, vix credideris. Pro infantium torminibus, (quæ presso pede *epilepsia* insequitur) sedandis, egre-

giam fere semper tulit opem. Sunt hæc arma mea interna, quibus hostem hunc plus simplici vice (absit jactantia verbo) fugavi, quanquam non diffitear, ad irritatum intestinorum sensum demulcendum, deturbata prius pituitæ saburra, ♁*i, castoreo, opiatis* postliminio tamen fuisse usum. Nec penitus silentio prætereunda est hic *essentia anteepileptica* dicta, quæ *stercus leonis* basin agnoscit, cujus aliqualem mentionem facit *FR. HOFMANNUS:* hæc vi incidendi resolvendique pollet non vulgari, ex *allato* odore cognoscenda. Cum filia mea secunda, tunc temporis mensem nata (nunc 4. annos habens, & sub tyrannide *variolarum confluentium*, dubia adhuc spe eventus, una cum duabus sororculis, quarum ultima quatuordecim ante dies utero valedixit, & similia fata experitur, quod non sine cordolio scribo) *torminibus, ejulatu continuo, agrypnia, insultibus epilepticis*, collapsa omni spe nostra, tentaretur, hac ipsa *essentia* primum feci periculum, (☉ *fulmin.* potestate nondum satis probata) decem propinando guttulas, quibus adsumtis ingens ejulatus, mox quies sequebatur, post horas 6. iterum propinando talem dosin, penitus, ad stuporem omnium liberabatur, non tamen neglectis simul *clysteribus*, qui tamen antea, utut sine effectu multoties erant usurpati. Nec porro in aliis *epilepticis* nonnullis spem fecit frustraneam, utut ☉ *fulminans* locum non faciat dubium. *Clysmata* quod attinet, egregia illa sunt, & non pudibundum remedium, potius nunc civitate apud nos donatum. Mihi in usu sunt simplicissima, ex *herb. emoll. absterg. nervinis*, præsertim *chamom. Rom. parietar. rad. fœnic. levist.* ⦶ ♁*iat* sine omni additione *electuariorum* vel *oleorum*. & illorum usum, modo interna, utpote potiora, simul adciscantur, vel centies probatum habeo. Habes hic, Vir doctissime, meam curandæ *epilepsiæ* methodum, qua, si lubet, utere mecum, sin minus, ingenuitati, & tenui ingenio, ne indigneris, peto.

Cœterum ex Observationum Tuarum aliqua conjicere potui *Cramerianum* aliquod penes Te esse *MSStum*, quorum nonnulla & ego habeo. Dolenda sane hujus Viri doctissimi, & felicissimi Practici vitæ brevitas, qui, longiori fato dignissimus, abstrusam magnetismi, seu consymbolizationis doctrinam orbi erudito non invidisset. Promotor meus fuit post busta honorandus. Egregium huic erat 🜍 *anodynum*, ex *opio* & ∽, ⊕-*li*, in *epilepsia* & *Archeo* sedando multarum Virium. Accepi aliquando ex manibus illius hunc pulverem coloris splendentis brunnei; sed, qui nunc a pharmacopœo *FISCHERO*, (qui Processum ab agonizante *D. KRAMERO* obtinuisse, nuper *Schneberga* retulit) venditur, niger est, nec ejusdem efficaciæ. *Mercurialium medicamentorum* Patronus erat gratiosissimus, omnibus fere misturis ☿ addens *dulcificatum*, pro scopo incidendi, resolvendi, confortandi. Imo alexipharmacam ei tribuebat virtutem, in *febb. mal.* summe suspiciendam. Egregius, fateor, in febribus curandis erat, salivæ potissimum fluxilis reddendæ curam rationemque habens. Ingens in hoc latice momentum situm; quamprimum enim hujus obstructi reserantur fontes & tubuli, spes magna

magnæ victoriæ reportandæ affulget. Quod ipsum præterito mense *Martio* expertus, in viro docto, *petechiis*, hujusque uxore, *febre maligna*, sed sine exanthematibus; & hujus itidem sorore, eadem febre laborante, conspexi: quæ ultima, cum nullo modo saliva, penitus deficiens, posset restitui, die 14. morbi delirans & convulsionibus, floccorumque lectione mire afflicta periit. In *Dissert.* tua *Inaugur.* caussas periodorum febrium intermittentium te curatius explicasse in *Observat.* tuis legi, ne igitur exemplar aliquod, testem benivolentiæ tuæ, transmittere graveris, peto. Tandem, Vir colendissime, non possum non indicare, quantopere tua mihi de *aquarum probatione* (*a*) arriserit commentatio. In quamplurimis consentientem eruditum tuum calamum habeo; & optassem tunc temporis tuam vidisse mentem, cum de ▽ quadam minerali paucula quædam scribenda mihi erant injuncta. Sed cum præscriptas quasi duas habuerim regulas maxime respiciendas, brevitatem scil. & captum vulgi, non eruditorum, ne mireris, quod intentatus fetus fere abierit in abortum, quem tamen oculis tuis perlustrandum, (si placet) exponere & offerre nullus dubitavi. Ultimo, ne patientia tua ulterius abuti videar, rogo, velis, pro humanitate tua, leviori atque inter gemitus variolantium filiarum prognatæ epistolæ veniam dare, &, si per occupationes licebit, aliquid responsi reponere, cujus, aut per hunc, qui has tradit, particeps sum futurus, aut si *Lipsiam* transmittatur, ad Dn. *LINCKIUM*, Pharmacopœum ibidem notissimum. His amicissime salve & vale. Dabantur *St. Annaberga* d. 12. April. 1688.

(*a*) Hoc examen habetur in *Ann. V. Dec. II. Ephem. Curios. Obs. 201. p. 400.*

Discursus super hac Epistola.

Quid elegantissimo huic Viro, Fautori meo, tunc equidem temporis responderim, omnino nescio, respondisse tamen nonnulla scio. Atque hæc est inter lamentationes meas haut sane minima, quod mihi per totum annum, tot argumenti cujuscunque, nec adeo semper vilis, schedæ pereant, *Consilia* puta, *epistolæ*, alia. Nec enim, ob diffusam praxin, semper mihi temporis tantum suffurari possum, quod bina vice describendis meditatis meis sufficiat; & gratias egi sæpe-numero beneficentissimo Numini, quod promtitudinem mihi & alacritatem animi ad expediunda quævis clementissime sit largitum, sic ut raro necesse habeam, in iis, quæ semel in chartam conjeci, quidquam immutare. Ne quis igitur *Lectorum* arbitretur, quæ in hoc libro collegi, esse vel omnia, vel etiam argumenti præ aliis eximii, aut *Consilia*, aut *curas*, aut *epistolas*; imo, si hanc esse vix centesimam partem dixerim, a vero vix aberrarim. Interim nondum desii dolere pestilentissimum & plane tyrannicum *epilepsiæ* puerilis in misellos hic locorum endemie grassantis virus. Quid autem dolere desinam, quum nondum desierint, imo crescant quotidie ac augeantur mali hujus fotrices & nutrices caussæ procatarcticæ, perversam accuso pusionum nutritionem. Nam, uti verissimum est, quod Excell. *SCHUCHMANNUS* asserit, raro hunc affectum per idiopathiam, per sympathiam fere semper affligere; eumque deberi pituitæ

viscido-acidæ, iteneros tenellorum nervos vellicanti, & spasmodice contrahenti; ita verissimum quoque dictæ pituitæ natales non alios existere, quam pultium e lacte & farina coctorum nimias ingestiones, & lactationis ipsius abusum, quin deleteria ista cum pane & saccharo suffarcta obturamenta, quibus, ceu epistomiis, pusionum labia obturantur. Quod autem de his ultimis conquestus fuerim in *Parallelismo ad An. IV. & V. Dec. I. Ephem. curios.* de lactationis abusu alibi dicendi occasionem habeam, nunc de pultibus proferre pauca libet. Auctorum quidam, ubi vidissent, quid ab acescentibus in puerorum ventriculis lacticiniis hisce periculi misellis creari soleat, has in universum rejecerunt, suffectis in earum vicem pultibus e similagine cum jure carnium elixis. Paradoxi talis Auctor primus esse videtur *Helmontius*, qui in *tr. Nutrit. Infant. ad vit. long.* postquam lactis incommoda multum exaggerasset, satis, ut solet, insolenter, denique, *Odi ergo*, ait, *infantis nutritionem per lac intentatam. Laudo pro puero nostro alimenta, qua pane, tantisper in tenui cervisia bullito, cum melle despumato, sin minus, cum sacch aro instituitur: donec simul in mucilaginis, aut colla speciem, sive gelatinam devenerint. Huic tum tantundem tenuis cervisiæ miscetur, ac diluitur, quantum satis, ut potius loco inserviat.* Hunc, uti consuevit pæne in omnibus, ita & hic sequitur *Gremſ. arbor. int. & ruin. lib. 2. cap. 1. §. 12 p. m. 238.* quamvis alioqui satis bene de infantum noxia repletione scribat. *Mœbius Instit. lib. 4. part. 1. cap. 3.* laudat *pulmenta ex farina prius bene exsiccata, & brodio gallina, additis vitellis ovorum, & parum butyri non nimis saliti.* Quin melioris notæ futura credit, si, loco farinæ, medulla panis tritici bene exsiccati & pulverisati eligatur, &c. Quod ultimum etiam *Ettmüllero* visum *Valetudinar. Infantil. c. 3. §. 4.* addito insuper tantillo *seminis anisi.* Taceo plures idem sentientes. Enimvero, quod *Helmontium*, præ ceteris, attinet, eum cum sua colla sibilis excipiendum judicamus, quippe injurium in *Naturam* non tam *naturatam*, quam *naturantem* ipsam, scil. *DEUM.* Siccine *DEUS* parum prudenter consuluisse dicendus miseris pusionibus, quod lac ipsis pro cibo juxta & potu abinde primævis temporibus statuerit? In quem finem ubera matribus? forte σημείω χάριν? sed audiamus *Helmontii* excusationem: *Natura lac, ut alimentum ordinarium, ad vivendum sufficienter præbuit, non autem ut vita longæ inserviret. Non enim Natura amplius de vita longa est meditata, postquam cognovit Auctorem suum vitam accurtasse, nec velle unumquemque longævum.* Habetis. An unquam quidquam fuit a quoquam Philosopho stolidius assertum? Abeat igitur cum sua colla ad arcularios *Helmontius.* Nos, cum sanioribus, universum mundum, qui pulmentis ex lacte & farina coctis ut omni seculo, ipsoque sui origine infantes nutrivit, non supinæ fatuitatis reum faciemus, *Overkampio*, ex aliis mille, adstipulaturi, qui in *Oeconom. animal. cap. 8. p. m. 211.* Ita: Mus (id est, puls lactea,) ist der Kinder beste Nahrung / davon wird das Blut vermehret / und die andern Glieder gestärcket. Es hat das Meel die

die allerherrlichste Nahrungstheilgen bey sich/sonderlich/wañ Milch/ welche vormals das Kind ernähret/ dazu kommt. Daraus wird ein sehr guter Chyl/ folgends gesundes Blut / deßwegen muß das Kind besser zunehmen etc. Exsiccetur farina probe, nec in collam cum lacte coquatur, sed liquidius tenerumque pulmentum, nec ejus copia pro futuris usibus, sed in singulos usus recens: Ita stabit antiquissimo puerorum nutrimento honos illibatus: Ita qualitate non peccabit innocens in se alitura, sed quantitate sola, quæ sane, si quid aliud, est longe nocentissima. Obruuntur scil. infantes, nec tam nutriuntur, quam victimarum ad instar saginantur. Hinc illæ lacrymæ. Oppletur tenellus eorum ventriculus, fibræ hujus expanduntur, non potest coarctari, comprendere pultium molem, fermentatio requirit inter alia spatium liberum, quod, ubi non reperit, eadem impeditur, hinc prava digestio, pultes acescunt, excrementa in intestinis a chylo probo, qui nullus adest, non rite secernuntur, quorum fibræ fidicularum ad instar torminosis lancinationibus torquentur, jam qualis chylus, talis sanguis, & porro. Ausim jurare per ternas pultes, per totidem lactationes, per existomiorum farragines, si omnium per unam diem computum ineatur, plus, etiam quoad pondus, ejusmodi infantulis, quam adulto homini quotidie cibi ministrari. Certe, qui sunt natura robustiores, epilepsiam si per tempus aliquod evadunt, hominibus expansis Bacchos æmulantur, gaudio tamen plerumque haut diuturno, quin motus convulsivi denique, præter omnem expectationem, fabulæ catastrophen imponant. Jam vero, si Medicus contra mutire audet, crabrones irritavit, universum muliercularum, matrum, nutricum, obstetricum, commatrum &c. examen, qui pueris alimentum novercali & avara manu subtrahi clamitant, hos opus habere largiore alimento, quod crescere debeant & augeri, atque hinc est, quod per nimiam scil. beneficentiam ad exequias miselli præparentur. Hæc igitur intemperies nutricandi convulsiones deleterias accersit. Jam, ut de remedio, testari possum, *fulminans aurum* præscripta methodo usurpatum felicissime convulsionibus medicari. Infantes totos lividos, & exantlatis compluribus paroxysmis *epilepticis* jamjam suffocandos, nobilissimo isto medicamine salvos haut raro præstitimus, profecto si non salvos, attamen, ut mitius morerentur, effecimus, quod ipsum etiam in Medicina est alicujus momenti, εὐθανασίαν puta corporis procurare. In aliquibus inde vomitus movebatur, in plerisque alvus bis vel ter excrementis impudico fetore totum conclave temerantibus, adeo, ut non possim non quibuslibet id medicamenti de meliori commendare. *Clysteres* etiam, sed simplicissimi, tunc a me simul exhibentur, ex *hordei cremore*, cum *oleo rutæ* cocto, vel *dulci amygdalarum oleo*: præservandi fine pulveribus præcipitantibus & absorbentibus cum *theriaca* mistis, vel ⊖*e volatili* °°cſo, per tempus aliquod in usum tractis. Vulgus autem apud nos raro Medicum ad Infantium curam admittit, dicentes, esse tantum parvum infantem, cui nil adhiberi queat, hinc si *aqua cerasorum nigro-*

nigrorum cum *syr. flor. pæoniæ* mista, & denique, iis agonizantibus, *aquarosarum* cum *sacchara perlato* dulcificata, nil effecerint, jam se, quod esse suarum partium existimant, satis fecisse autumantes, infantulos suos morti victimam immolare consueti sunt. Claudo verbis, quæ, si quis credere nolit, per me licet experiatur: *Plerique morbi infantiles ab eorum nimia repletione oriuntur.*

* * *

Hydrops ascites.

Ex eo decumbebat Matrona Illustris 60. circ. annorum, a multis annis asthmatica, tussiculosa, pedes tumidos habens, ad pharmaca difficilis. Utebamur variis, quod autem ipsa Medicinam callere vellet, (*quod genus hominum est molestissimum curatu*) medicamenta, quæ affectus sibi deposcebat, δραστικά constanter recusabat, hinc affectui Herculeo, remediis nanis occurrere cogebamur. Quo cum effectu, haut est judicata difficile. Audiveram aliquando ab Illustri Dn. *DURRIO, Archiatro Palatino Electorali, & Medico Augustano celeberrimo, spiritum ♀is compositum*, cujus descriptio *fol. 298. Dispensatorii Augustani* recentissime editi habetur, in hydropicis affectibus multum valere. Cum igitur per guttulas tantum præbeatur, ægrotæ persuasi, ut effectum istius tentaret, cui cum annuisset, *Augusta* petebam dictum *spiritum*; sed, quamvis nonnihil levata videretur ab ejus usu, sic ut urina aliquanto melius succederet, iis tamen morbi, jamjam intimus radicati, victoriam de vita Matronæ reportavit. Tunc dictus Illustris Dn. D. *DURRIUS* in hanc sententiam ad me scripsit:

Aus dessen werthem Schreiben vernehme/ daß eine Adeliche Person an dem Hydrope ascitico-tympanitico sehr schmerlich darnieder liege / und deßwegen der ♀. compos. nicht übel dienen möchte / deßwegen ein Gläßlein voll verlanget werde: Wann nun denselben wolersprießlich in dergleichen Affect befunden/ so erinnere / neben Ubersendung desselben / daß man täglich Tropffenweise auffsteige / nemlich / prima vice 15. Tropffen/ mane & vesperi cum jusculo, vino, aut alio liquore appropriato, alsdann alle Tage um 1. Tropffen mehrers / biß auf 30. Tropffen / & sic continuando per tres aut quatuor septimanas, habet insignem penetrandi, vasa lymphatica aperiendi, & viscera roborandi vim. Kan ich weiters etwas dienen etc. Augspurg den 28. May 1694.

Georg Tobias Dürr.

* * *

Epilepsia & pruritus insignis à scabie retropulsa.

Filiolus meus 3½. annorum ante annum propemodum fœdissima scabie per totam cutim obsidebatur, cum pruritu tanto, quem, si puellus frictione lenire vellet, aqua limpidissima cum sanguine, cuti laniatæ innataret. Quæ, cum ita per tres menses durassent, nos, ut puerum,

rum pio consilio juvaremus, effecimus, ut sub initium *quadragesimæ* scabies omnino evanesceret. Mox insultus *epileptici*, licet primum leviores. Elapsis 6. vel 7. hebdomatibus, postquam interea ex consilio *D. D. M.* varia usurpassemus, convulsiones denuo paroxysmis & frequentioribus & graviores in misellum grassabantur, sic ut dies noctesque nobis per horæ momentum securis esse non liceat. Induciæ quidem nonnunquam triduanæ, vel quatriduanæ, licet levioribus indiciis se hostis intestinus, vertigine puta & quassatu corpusculi horrifico subinde proderet; interim tamen, quod dictum, de paroxysmi adventu perpetuo solliciti esse cogimur, eo quod puellus cætera sit hilaris, puerorum more saltans & inquietus, appetitu integerrimo: postquam autem lecto committitur, inquies magna, jectigationes, pruritus intolerabilis, nulla tamen vel levissima, quam optaremus erumperet, scabies. Interrogavi *Dn. D M.* numquid consultum esset huic puello venam tundere? ipse autem, varia caussatus sine alius Medici prudentis consilio se consentire posse negabat, cum tamen experientia me docuerit in Gallia, junioribus etiam, quam est ille meus, infantibus ibi venas aperiri solere, eosque hinc a multis conclamatis fere morbis, salvos præstitos. Successu temporis animadvertimus puellum capite debilitari, nonnunquam totum corpus per integram horam unguibus radere, atque ad interrogata vel non, vel certe invitum, respondere. Petimus Consilium. *Oetting.* d. 21. Augusti 1696.

Responsio.

Filiolus Vester, forsan a nativitatis primordio, nactus est sanguinem acriorem & salsum. Salsedinem istam nimiam sero communicatam natura in glandulis subcutaneis secretam per cutis poros eliminare, sicque sanguinem depurare sustinuit. Ea tunc erat in opere juvanda, propinandaque interne demulcentia, dulcificantia, salsa ista absorbentia, & sic sanguinem mundificantia, quo denique perfecto fas erat externis detergentibus & sanantibus scabiei medicari; nunc autem omisso illo indicato, vos unguinibus & litibus externis, fortasse repellentibus etiam, scabiem quidem extersistis & sanavistis, oppessulato tamen sic cribro cutaneo, obstructisque subter cutem glandulis, regurgitans in genus nervosum acris materia convulsiones excitavit, duraturas omnino, & rationis metropolin vastaturas, ni consilium de sanguine depurando maturrime ineatur. Suaserim igitur, ut sequenti methodo rem aggrediamini: Omnium primo *mixtura* sequens una vice, jejuno puello, præbeatur:

℞. ☿ *ii dulc. vit. par. gr.* viij.
gialap. n. resinos. gr. vj.
sir. de cich. c. rh. ʒiij.
fumar. aq. cinnam. ana, ʒj. *M.*

Postea, si libuerit *medianam* dextri brachioli ipsi pertundere, indeque ad ℥j. circiter sanguinis excipere, difficilis in ea re non fuero: nam, & si hac ratione morbum omnino sublatum iri, nemo sperare queat, attamen intra sua vasa tunc liberius motum & propterea eventilatum iri sanguinem, probabile est.

(a) Cum autem in nostris regionibus pusillis hactenus venam secare sit prorsus insuetum, atque, si post venæsectionem forte quid insoliti aut pravi symptomatis, etiam ex alia quapiam caussa, evenisset. culpa in eam sine dubio redundatura sit, ideo liberum vobis relinquo, utrum aut eam celebrare, aut minus velitis. His ita factis ex *aqua fumariæ* nunc hora 8. & pomeridie hora 3. de sequenti pulvere ℈j. filiolo propinare licebit:

℞. *Diaphor.* ♂ *al.* ʒj.
unicorn. fossil. cret. alb. ppt.
CC. ust. ppt. ♃ *nativ.*
crystall. mineral. aa. ℈j.
sacch. perlat. ʒij.
M. F. ♀.

Una hora post assumtum pulverem *gelatinæ ex ana. ras. CC. & ebor.* paratæ *cochl.* j. in jure carnis parum vel minime salito liquefact. detur, atque ad pruritum demulcendum, mane & noctu totum corpusculum paño laneo subtili, oleo sequenti calidiuscule imbutum, leniter fricetur:

℞. *Ol. amygd. dulc. rec. expr.* ℥iij.
papav. expr. ʒj. *M.*

Horum omnium sit per mensem circiter usus, observata diæta, in qua potissimum acria quæque, salsa & acida prorsus & studiose vitanda: quibus ex alto medicamentis DEUS benedicat.

* * *

Circa immutandum vitæ genus Consilium, pro illustrissimo COMITE ab OETTINGEN: novem annorum.

DAß Ihro Hoch-Gräfl. Gnaden der junge Herr Graf / eine Dispositionem ad hecticam haben / erhellet aus folgenden Umständen. 1. Findet sich bey Ihnen / zeitwährenden Tertian-Fiebers / ein zimlicher Catarrh mit Husten und Außwurff / wiewol zu einer Zeit hefftiger / als zur andern. 2. Fliegende Hitzen / mit abwechselendem Durst / und dann zu Zeiten etwas Frösteln. 3. Ein Durchbruch s. v. des Leibes / da die Speisen / (wozu sie zwar guten Appetit haben) gleichsam nicht / oder sehr wenig verdauet werden / wie in affectu lienterico, wieder hinweggehen. 4. Ein merckliches Abnehmen des Leibes. 5. Der Puls ist / vornemlich nach dem Essen / celer, und 6. der Urin dünne und wässerig / mit einer nubecula rara & dispersa. So scheinet auch 7. von der Fr. Mutter Hoch-Gräfl. Excell. als deren Angesicht dieselbe auch bey nahe völlig ererbet / eine Dispositio hæreditaria dabey zu seyn. Indem nun / aller Medicorum Regel nach / die Hectica ein solcher Zustand / welcher im Anfange schwer zu erkennen / und leicht zu curiren / wo er aber eingewurtzelt / leicht zu erkennen / und schwer zu curiren; als muß man dahin sorgfältig bedacht seyn / daß bey diesem jungen Herrn das Ubel im Grase ersticket / und mit der Wurtzel außgereutet werde. Solches nun kan geschehen vermittelst guter Medicamenten und Diæt. Die Medicamenten belangend / hielte dafür / daß mein letztmal verordnetes Pulver / dessen Beschreibung folgende ist / mit der *Consommé*

und *Gelatina ex ras. CC. & ebor.* noch eine zeitlang gebraucht würde/ samt der auch hiernächst beschriebenen Rücken-Salbe/ auf Art und Weise/ wie bereits neulich geordnet worden:

℞. *Matr. perl. ppt. ebor. phil. ppt. resin. animal. specif. stomach. Pot. rit. ppt. Ocul. ♋. ppt. ana.* ʒj. *trochisc. alkerm.* ʒß. *ol. caryoph. gtt.* iiij. *M. F.* ♀.

℞. *Ungu. resumt. rec. ppt.* ʒj. *ol. lign. rhod.* ʒij. *M.*

Nachts um schlaffens-Zeit könte eine gute Mandel-Sulze genossen werden/ auf folgende Weise zugerichtet: **Man nehme die gewöhnliche** *Gelatina CC.* **und** *ebor.* **lasse sie in der Wärme zerschmeltzen / und ziehe damit aus gestossene und zuvor geschelte Ambrosiner-Mandeln / und etwas frische Pineen: Zum Exempel zu 8. Loth Sulze 3. Quintlein Mandeln/ und 1. Quintlein Pineen / darunter kan man etwas weniges gepülverten Penidien-Zucker thun / und das Gelbe von den Citronen-Schalen gantz klein geschnitten/ alsdann im Keller gestehen lassen / und Nachts vor schlaffen gehen genommen.** Solte der Durchlauff ferner anhalten / so könte man ein **halb Quintlein gepülverte Haußblase** allemal darunter thun/ wie auch dem obbeschriebenen Pulver 1. Quintlein von der Terra Catechu beymischen. Die Diæt belangend / bedüncket mich/ daß ferner im Dillinger Convict zu leben der zarten Constitution dieses jungen Herrn nicht zuträglich: Allermassen dieselbe einer genauen / und zumal leichten Speiß-Ordnung allerdings vonnöthen/ weil keine firma & robusta viscerum textura bey ihm/ sondern er/ so wol um seiner hohen Naissance willen / als propter mollissimum corporis habitum , einer humectirenden / substantieusen Diæt , die seiner klebern Natur proportioniret/ bedarff. Massen die Ordinari-Convict-Speisen von seinem blöden Magen nicht können bezwungen werden/ daher dann nohtwendig Undauungen erfolgen / und der Leib an seinem behörigen Nutriment frustriret wird. Und/ gleichwie Leute von gemeiner Naissance, die robusta viscera haben / sich mit delicater Diæt nicht betragen/noch ihre Natur davon satisfait seyn kan : Also und ebener massen / erfordern schwache und zarte Leiber / ein alimentum congener , und können eine grobe Diæt nicht ertragen. Solte aber der höchste GOtt / welches in Unterthänigkeit hertzlich anwünsche / diesem jungen Herrn zu bessern Jahren verhelffen / mithin auch die Viscera bey demselben eine bessere Compactur und Firmität überkommen/ könte alsdann schon allmählig die Diæt in etwas geändert/ und derselbe zu Außstehung eines durioris vitæ generis ad perpetrandas res arduas , gemählich præparirt werden/ welches der höchste GOtt in Gnaden verleihen / und

uns dermaleins an diesem jungen Herrn/einen andern Herrn Vatter/ so viel die Qualitäten und res gestas betrifft/ sehen lassen wolle. Nördlingen den 2. October 1693.

ROSINUS LENTILIUS.

Scholion.

Lepidissimus hic & summe amabilis novem annorum *Comes*, pascebatur in convictu *Dillingano*, quod habetur in *Jesuitarum Collegio*. Corripiebatur ibi tertiana febre. Delato inde in arcem *Kazzenstein* medicinam ego, profligata mox febre, faciebam. Reversus *Dillingam*, licet extra convictum, attamen ex eadem culina, in musæo pasceretur, mox tamen est recidivam passus: In eadem arce denuo brevi convalescebat. Cum in convictu tertium relaberetur in eandem febrim, & signa hectices insuper se manifestarent clarius, illuc ex *magni Parentis, Herois incluti*, mandato commeavi. Examinatis accurate circumstantiis etiam minutissimis, conclusi denique, prospera & constanti valetudine vix gavisurum *Comitem*, ni alio vel in urbem istam, vel aliam quamlibet, ablegaretur. Effecimus denique, ut *Augustam Vindelicorum* concederet, ibi jam per biennium & ultra sanitate prosperrime utens, in eruditionis & virtutum omni genere feliciter adolescit. Heroum ex illustri prosapia multi, quin & alii viri præcipui, liberos suos masculini sexus haut raro diætæ rudiori assuefacere sustinent, scilicet, ut exantlandis aliquando laboribus promtiores evadant, utplurimum certe magna cum sanitatis jactura. Imo, si in ipso utero materno duritiei militaris characterem tenellulis imprimere possent, extra uterum idem fortasse conatus exitu feliciori coronaretur. Atqui, cum sint præcipue textura multum teneriore, quam e vulgi fece prognati, adæquatam suæ naturæ sibi postulant educationem, quam, si non adipiscuntur, afflicta utplurimum valetudine per omnem vitam utuntur. Eadem est quoque caussa, cur mulieres rusticæ, viliorisve conditionis aliæ ad lactationem infantum illustrium accitæ mihi raro probentur, & infantes illi sæpenumero, lac eorum fibris nimium robustis & substantia, ut ita loquar, grossa, præditum, capite suo luere cogantur. De quo tamen alibi. In ejusmodi certe convictu *Jesuitico* Studiosi plus quam centum ex eadem quadra vivunt, omnibus, absque discrimine, ex una olla, & carnes, & pultes, & olera coquuntur. Aliquando cœnavi cum *illustrissimo* hoc *Comite*, qui mox, quod comederat, omne vomitu reddidit. Compertum est, ollas cupreas capacissimas, in quibus cibi pro convictu coquebantur, intus fere omni stanno denudatas fuisse. Abrasis inde particulis cupreis cibi vim emeticam adsciverant, nobis quidem adultioribus, & ventriculi robore præditis innoxiam.

* * *

Fetor pedum.

Quam sit iste haut raro non ipsismet tantum, qui sunt eodem affecti, hominibus, verum & aliis, quibuscum conversantur, molestus, omni tempore experimur. Contra eum sunt excogitata varia

reme-

remedia. Commendantur *pediluvia* ex *rad. irid. flor. cyper. rot. herb. origan salv. spic. chamom. fol. laur. flor. rosar. balaust. & scor. Reg.* ♁ *ii.* Ab aliis *limatura Orichalci* intra tibialia gestata. Ab aliis *crocus* ♀ *vel* ⊖*-li* intra soccos *isatide* tinctos gestati, qui, si sudore madeant, mutandi. &c. Utplurimum autem, cum iste sudor vim criticæ evacuationis in commodum valetudinis excitatæ possideat, malum tolerare, quam opus naturæ salutiferum impedire præstat. Notus est nobis Juvenis eodem pedum sudore non admodum olido afflictus, qui 12. circiter ætatis suæ anno bibit acidos *Deinacenses*, & suasu istius Medici pediluvio aquarum *Zellensium* aliquoties usus, istum sudorem repressit. Domum reversus *melancholia tristi* paullatim afficitur. B. meus Collega D. *WELSCHIUS* non incongrue morbi caussam poris pedum oppessulatis adjudicavit, *martiale decoctum* ordinavit, sensimque ad se mente serenata adolescens rediit, pedibus denuo sudantibus. Aliqui suadebant, ut ex ea *fungi* specie, quæ fomitibus adhibetur, vulgo Zündschwam/ sibi soleas pararet, eosque vel intra tibialia, vel calceos continuo gestaret; sic enim fore, ut isti fungi humiditatem pedum imbiberent, quo remedio nunc per octennium non sine magna commoditate utitur.

* * *

Caducus in puero septenni.

Cum primum hic *Nordlingæ* appulissem, fama erat, me esse virum peritia & felicitate medicandi Medicos alios multum anteeuntem. Hinc ad me currebant morbis longe desperatissimis per aliquot jam annorum decursus afflicti, & a me sanari desiderabant: postea vero quam viderent, me æque, ac alii Medici, mortuos in vitam revocare non didicisse, pedetentim & fama, quam de me rumor falsus divulgaret, imminui cœpit. Offerebatur inter alios puer septennis attonito morbo inde ab infantia correptus, iracundus, & qui, ob laxissimam educationem, quidquid allubesceret, petulanter facere consuesset. Communicabantur simul consilia duo aliunde petita. Unum erat *Physici* cujusdam *Ulmensis* celeberrimi, cujus nomen, cum ignoremus, an ejus propalatio grata sit, futura tacemus. Is vero in hanc sententiam scripsit:

Weil dergleichen Kinder schwerlich viel einnehmen/ als wäre vielleicht ein lene vomitivum, den ventriculum (in welchem manchmal hujus mali caussa stabuliret) sanft außzureinigen/ nicht undienlich/ unn dieses könte füglich ♀. *em. gr.* j. quocunq; modo exhibito, aut *Sir. emet.* ℥ij. geschehen. Nachgehends werden die Medicamenta epileptica desto besser penetriren können/ unter welchen magnes epilepticus a Cratrone genennet wird ♁ *nativa granulata*, welchem nutzlich beygefügt wird ♁ ♁ *ii, bezoardicum* ☽ *re, cran. human. ppt. succinum ppt. &c.* und dergleichen Pülverlein können den Kindern in Aepfelmüßlein beygebracht werden. Sonsten werden in diesem Affect sehr gelobt / die linguæ fossiles serpentinæ (*a*) ex Insula Maltha, s. ophioglossum, wie auch der pulvis secundinæ pueri ex primipara paratus. Beneficio ♁ *nativæ*

 & ♁ *ii*

& ♁ii habe ich bey etlichen adultis die epilepsiam radicitus exstirpirt/ leben noch allbereit etliche Jahre jetzt davon gantz frey. *VVittich* schreibt/ der Ambra, stets gerochen/ verhindere die Paroxysmos, und in Paroxysmo auf Kolen gelegt/ und den Rauch angehen lassen/ kommen bald wieder zu sich.

Wann der Herr den ∽ ⊖✳*ci succinatum comp.* nicht nur äuserlich/ sondern auch innerlich beybringen könte/ wäre gute Hoffnung zur Genesung/ weil ich bey dergleichen Patienten/ durch GOttes Gnade/ viel damit außgerichtet/ etliche wenige Tropffen *cum* ▽. *perlar. & Epilept. Lang.* It. *cum* oo *succin. camphorat. in* ▽. *epil. saccharat. ad gtt.* ij. iij. præmissis purgantibus in adultis & infantibus, multos curavi. Spiritus ⊕-*li* philosophicus cum phlegmate ⊕-*li* mixtus est remedium appropriatum, ein Eyerlöffelein voll pro dosi mane & vesperi. Est *Cardilucii* arcanum: wird sonst auch von den Auctoribus genannt ∽ ⊕-*li volatilis* ♀*eus*, und gleichet fast am Geschmack und Würckung dem bekandten und offtbeschriebenen ∽ ⊕-*li epil. Hartm.* äuserlich kan das Principium nervorum in cervice, wie auch der Rückgrad und die Fußsolen/ des Tages drey biß viermal *cum essent. succini, castor.* oo *rut. stillat.* vermischt/ wol eingerieben werden. Suffitus ex peuced. accensa ist tempore paroxysmi sehr dienlich. Sieben oder neun Frösch-zungen mense Martio den lebendigen Fröschen aus den Rachen gerissen/ getrucknet/ und in einem seidenen nodulo an dem Halse eine zeitlang getragen/ ist teste experientia propria & aliena bey Jungen und Alten gut befunden worden.

Alterum erat *Chirurgi* cujusdam *Noribergensis*, cujus nomen apponere nil refert. Sic autem sonat:

Puer annorum quatuor *epilepsia* laborat: Quæratur num sit hæreditarius affectus, qui ægre tollitur. Item, num idiopathicus, an sympathicus, periodicus an vagus? Item, caussa indaganda, quarum binas Medici statuunt, proximam in Cerebro a lymphæ acrimonia, vel acido-austera; remotam, in glandulis lacteis, corde, utero, aliisque partibus quærendam. Hinc *epilepsia* a sensu formicationis ab extremis, puta digitis manus & pedis, sensim adscendens, a ligatura artuum prohiberi visa. *Carriebterus* hunc morbum sustulit simplicibus herbis, non obstante morbo hæreditario aut diurnitate ejus:

℞. *Sem. pœon.* ʒß.
sinap. a. ʒij.
fl. til. m j.

Suspendantur in vini mens. ij. ad unius consumtionem: & seq. ♀e:

℞. *Splen. asin.* ʒij.
cord. talp. ʒvj.
cran. anterior. hom. san. violent. mort. extinct. ʒj.
sem. sinap. alb. ʒß.
pulv. lumbric. 🜃*str. corr.*
galeopsid. aa. ʒiij.
M. F. ♀. *Dos.* ʒß.
plus minus pro rat. ætat.
c. ▽. *fl. til. aut infuso supra not.*

Usus triduo ante *novilunium* quotidie, usque ad diem unum post *plenilunium*.

Sin

Sin fuerit hæreditarius, adde *marg. ppt.* ℥j. eademque dosi & modo in sequenti vehiculo sumatur:

℞. *Rad. galeopsid.* mij.
lact. asin. mens. ij.
cont. & inf. destilla.

Radix autem colligatur in *prima quadratura Junii St. n. d. 6.* Sin morbus autem a veneficio, aut terrore aut casu productus sit, add. *rad. irid. nostr.* ℥iß. *lap. topaz.* ʒß. & da in aqua præced. Hæc *Carrichterus.* Remedium *antiepilepticum* mihi usurpatum tale fuit: Capiatur talpa viva, cui æger pedem dextrum anteriorem (die rechte Pfote) dentibus abscindat, & in manu sinistra mori sinat, post *talpa calcinata* & cum *elaeosacch. anis. sive lavend.* mixta continuatis dosibus sumatur in liquore conveniente; admorsa manus argento stipata, *amuleti* ad instar de collo suspendatur. Ego ab anno 7. ad 11. hoc morbo, tentatis frustra remediis, vexatus fui, mendicus denique, appensis ad collum characteribus morbum sustulit, tametsi non diu post vena mihi secta fuerit, ut hactenus ignarus sim, utri remedio præcipua sint tribuenda, an Venæsectioni, an Characteribus, cum sæpe postea observarim, quoties morbi quædam præludia sensi, a vena secta me melius habuisse. Venator quidam multos hoc remedio curavit: *Cervo* in ipso congressu cum cerva aut caprea, etiam globo trajecto, lingua eruatur, hujus apex tostus & rasus, ad cuspidem cultelli sumtus, id perficit. *Cardilucius* recipit ☿ *ii viv.* ʒß. coquit in ▽. *fl. pœon.* & propinat infantibus in *epilepsia a lumbricis* aut torminibus, & sacculum cum *avena tosta* umbilico imponis. Laudat idem *amuletum e sambuco super salicem nato*, de quo 9. orbiculi ad scrobiculum cordis suspendantur, usque dum filum rumpatur, postea digitis non tactum in locum sepeliatur nec a homine nec brutis frequentatum. Idem *ranarum viridium (b) aquatilium hepata* certo modo præparata pro infallibili experimento habet. Vel ℞. *Sapon. venet. ras.* ʒß. *ad* ℈ij. *& in lactis* ℥iij. *coque, mane & vesperi per 30. dies sumatur.*

Cumprimis necessarium est ægrum sæpius purgari, aut cum *extr. helleb. nigr* cum *sir. violar. mixt.* aut cum ▽. *bened. Rul.* quod hebdomatatim fieri debet, interpositis quotidie ♀. & ∽*u antepilepticis.* It. post purgationem sudandum, in quem finem *Oc.* ♋. & *rad. valerian.* sumantur. It. ∽. ⊖✳*ci.* It. Medicamenta mutentur, ne uni Natura adsuescat. Post paroxysmum *Cardilucius* de ♎ suo *epileptico cochl.* ij. dare solet, & postea quotidie mane & vesperi ejusdem ∽*us cochl.* j. usurpat, non intermissa septimanaria purgatione. Ego utor ∽*u* ⊕*-li* ♁*eo volatili Glauberi*, h. m.

℞. *Aq. fl. til. pœon. aa.* ℥iß.
∽. ⊕*-li* ♁. *vol. Glaub.* ℥iij.
sir. pœon. q. s. M.

Zwey Löffel voll davon täglich zweymal / Morgens nüchtern / und Abends beym schlaffen-gehen zu nehmen: Et idem me profecisse vidi, quod *Cardilucius* cum suo *Spiritu. Pulveres epileptici rubri ex* ♁ ♁*ii & nativa*, & ex præparatis his intercalati, etiam sua præstant. *Dekkerus* cum sequenti mixtura apud infantes multum profecit:

℞. *Aq.*

℞. *Aq. flor. til. fœnic. aa.* ℥j.
sir. de stœchad. Diacod. aa. ℥ß.
☊ ⊖✳ci ℈ß.
M. cochleatim.

Post laxat infantes cum *manna*: nam alvo adstricta laborantes facilè *epilepsia* corripiuntur, teste *Hippocrate*, cui adstipulatur experientia, nimirum purgantia esse primum in tollenda *epilepsia*. Hucusque Noricus. Dn. *SEIPPELIUS*.

Ego postea consultus, quum recordarer, me quondam in *Curlandia Pastoris* filium 12. circiter annos natum & hoc morbo correptum, (cujus Dn. Parens Maxime Reverendus, Dn. Mag. *REMLINGIUS*, nunc in toto *Ducatu Superintendentis generalis* spartam exornat) similibus medicamentis, feliciter, sic adjuvante Deo, curasse, ea, quam proxime descripsi, methodo, impari licet successu, incedebam:

1. Quatriduo ante *novilunium* utatur ♀e *cathartico*:

℞. *Pulv. Cornach. gr.* xv.
⊖. *cran. hum.* ♁. *nativ. aa. gr.* iiij. *M.*

2. Adsumat per 5. dies duobus ante- uno in- & duobus post *novilunium* bis in die, mane & vesperi, *pulveris specifici* ℈j.

℞. *Spec. diacret.* ♁. *nativ. aa.* ℈j.
cran. hum. phil. ungul. alc. phil. visc. quern. aa. gr. xv.
☉ *fulmin. gr.* xij.
cum conf. alk. s. q. incorpor.
F. ♀. *divid. in 5. p. aequ.*

Vehiculum sit tale, cujus in super 3. cochlearia bibantur.

℞. *Aq. fl. til. epil. Lang. carmin. aa.* ℥j.
cinnam.
☊. *lil. conv. ceras. n. anis. aa.* ℥ß.
⊕ *li philos.* ʒj.
Conf. alk. c. ℈iiij.
sir. fl. tun. brod. nuc. mosch. aa. ʒvj. *M.*

3. Quatriduo ante *plenilunium* accipiat *emeticum* tale:

℞. ♀. *em. gr.* iß.
Conf. fl. tun. q. s. F. bolus.

Pulvis inde *specificus* eodem modo per 5. dies repetatur in mixtura descripta.

4. Singulis matutis *elæosacchari errhini* tantillum intra nareis attrahat:

℞. *Ol. majoran. lavend. rorism. salv. chamom. cort. citr. aurant. lign. rhod. aa. gtt.* iiij.
cinnam. gtt. ij.
mosch. ambr. aa. gr. j.
sacch. albiss. q. s. pro incorpor. D.

5. Paretur etiam *Cucupha*, ex speciebus pileolo insuendis, pro muniendo capite:

℞. *fl. ros. r. lil. convall.*
Stoech. Arab. aa. p. j.
sem. coriandr. ppt.
rad. irid. Flor.
cort. citr. ♀*is. sandarach. aa.* ℥ß.
styr. calam. mastich. succin. aa. ℈j.
rad. pœon. ℈ij.
M. F. ♀. *grossus.*
irror. ol. lign. rhod. s. q.

6. Quoties volupe est, *morsulis cephalicis* roborantibus reficiatur:

℞. *Spec.*

℞. *Spec. diambr. c.* ℨj.
cordial. temp.
de hyacinth.
Pulv. marcb. aa. ℈ij.
☿. *nativ.* ℈j.
Conf. pœon. ℈iiij.
rad. satyr. cond. ʒij.
doron. ♃*is. lign. aloes aa.* ʒß.
cardam. min. cubeb. aa. ℈ß.
conf. alkerm. c. ℈ij.
ol. nucist. expr. ʒß.
sacch. in ▽ *fl. lil. conv. til. & pœon. sol.* ℥iij.
M. F. l. a. Morsuli.

Usus sit per tempus bene longum continuatus. Vitetur ira, terror. Regimen diætæ bonum, &c. Sed, quod ab initio dictum, votis eventus non respondebat.

Consultus postea Collega etiam meus, Dn. *JOH. ULRIC. SCHMID.* varia, pari, id est nullo, cum successu, præscripsit. Pertusæ sæpius ex aliorum suasu variæ venæ. Nil effectum.

E captivis *Turcabus* una ad oras nostras advolarat, quæ Medici Turcæ uxorem e septenis primariam se fuisse adseverabat, & spem curæ magnam faciebat. Accita multa etiam ordinabat, cumprimis pro inunctione *pinguedines* nullius non animalis inter se multo apparatu commixtas, remedia itidem de *Ciconiis* desumta. Sed laterem lavit.

Hactenus per tot annorum decursus a mille-artificibus plus quam sexcenta usurpata ne tantillo cum fructu. Jam enim octodecim annos natus miser adolescens, immanius, quam unquam affligitur, judicio insuper & ratione non parum labascentibus.

Notæ.

(*a*) *Lingua fossiles serpentinæ ex Insula Maltha*, sunt *Glossopetra Melitenses*, quarum aliquæ satis elegantes mihi ante hos aliquot annos visæ ap. *Sereniss. Principem ab HEYDERSHEIM*, *magnum ordinis Melitensis per Germaniam Priorem*, & in aula *Electorali Palatina Majorem Domus*, Dn. meum clementissimum, stipatas testimoniis typis excusis, & subscriptione Archiatrorum *Melitensium* confirmatis.

(*b*) *Ranas palustres virides* me vidisse non recordor. Virides enim alioqui non paludibus innatare, sed arborum frondibus insidere solent.

(*c*) ☉ *ris* ♀*ens vel.* vid. quæ de hoc ☉ *re* in antecedente Consilio Medicus *Ulmensis* sentit.

Cum tot experimenta contra dirum hunc morbum hic allegata videantur & laudata, quorum aliqua superstitiosi quid non tam sapiunt, quam revera exhibent, lubet, tua Lector benevole, cum venia, paullum adhuc isti materiæ immorarier. De *vermiculis cynosbati candicantibus* insolito more discurrit B. D. D. *MAJOR in gen. errant. cap. 9.* nempe vix alia ratione unos aut alteros horum, puerulis caduco actis, mediante jusculo, datos utiliter, quam quod ventriculo vesicatorii, ob caloris æqualitatem indolorifici, loco sint, colligantque inter tenuissimas bullulas (sponte dein ad rupturam sui tendentes) bonam partem miasmatis epileptici, sicut quartanæ, ac febrium aliarum paroxysmos declinari *pulvere pyrio, cum succo allii & portiuncula fermenti* carpis apposito; vel Ischiaticos, aut articulorum doloribus

loribus tentatos, contusa *flammula* planta imposita mitius habere cognovimus. Qua ratione ex his vermiculis fiant *canthari-des*, vid. ib.

Gestus *epilepticorum*, dum corruunt, peculiari modo describit *Apulejus apolog. 1. p. m. 282.* Videtur is morbus antiquis contagiosus existimatus fuisse, ex iis, quæ paullo post sequuntur. Virtutes *Gagatis lapidis*, ad explorandos *epilepticos vid. ib. p. 283.* It. Quo pacto orbis a figulo circumactus non difficile ejusdem valitudinis hominem (id est, *epilepticum*) vertigine sui corripiat, & spectaculum rotationis ejus animum fruentium debilitet, ac multo plus ad caducos consternendos figulus valeat, quam Magus &c. ib. De caussa hujus morbi vid. *eund. p. 286. seq.* mirandum in modum differentem, idque ad mentem *Platonis: vid.* ibid. ex *Theophrasto* ad caducum tollendum *exuvias stellionum* commendatas, & quanam dexteritate eædem colligi debeant. *p. 288.*

Amurathem Turcarum Imperatorem caduco laborasse vid. apud *Thuan. l. 67. p. 191.*

Lingua Τετράονος sive *Urogalli* huic vivo, dum lascivit, evulsa, & regioni cordis intra linteolum, exsiccata alligata; sic ut deorsum apex vergat, mederi dicitur puerorum *epilepsiæ*. Talem possidet, ac vel 100. *epilepticis* opem tulisse affirmat *Gener.* vidua de *Lüchau*. *Linguam* itid. *mustelæ fluviatilis* in aquam *apoplecticam* fortissimam injectam siccescere, ut tosta in ♀em comminui queat; ea puellis *epilepticis* propinata, aut amoliri paroxysmum, aut lethalitatis certe periculum, perhibetur.

Leonicenum Medicum a pueritia, imo a cunabilis ad trigesimum ætatis annum *Comitiali morbo* adeo tentatum, ut, quum ad se rediisset, vitæ pertæsus, pæne sibi manus intulerit; sed post trigesimum annum plane eo malo defunctum, omnibus membrorum & sensuum officiis integrum, nulla morbi suspicione, ad 94. annum pervenisse, imo, si bene *Scaliger* meminit, triduo antequam decederet de vita, operam lectioni dedisse, dictus modo *Scaliger* affirmat *lib. 1. Epist. 19.* *Lignum sambuci salici antiquæ innatum*, de collo, amuleti loco, suspensum, opem summam multoties tulisse, suis mihi experimentis testata est, Matrona nobilis pientissima de *Crailsheim*.

Sic & non tantum Affinis meus D. *MASKOSKYUS* Med. *Göppingensis*, sed & dicta Matrona, ejusque Maritus, *oculo lupino foris ad nucham alligato*, cornea introspiciente, diuturnas & rebelles *epilepsias* protinus sublatas mihi affirmarunt, ultimo adhæc adseverante, se nosse historiam curatæ hoc pacto matronæ; cum autem alii cuidam infanti curata isthæc Matrona, *oculum lupinum*, quem ipsa gestaverat, applicaret, infantem quidem fuisse liberatum, sed malum denuo, idque insuperabile, in matronam priorem recidisse.

Eadem nobilis Matrona mihi narravit, se virtutes *apagroptlorum* cum *Smaragdo* præparat. proficuas expertam.

Mos est alicubi in *Franconia*, quod si primum infans *epilepsia* corripitur, omnia vestimenta, quibus paroxysmi tempore indutus fuerat, lanea juxta & linea in profluentem demergere, & sic *epilepsiam* non

amplius

amplius redituram sibi persuadent. Sed satis de *morbo insputando*.

*
* *

Satyriasis cum gonorrhœa simplici.

Sponsus quidam 24. annorum in cubiculum deductus, & a primo somno evigilans, desponsatam sibi viduam in eodem cubiculo, sed alio lecto cubare dum resciscerit, ac pietate, ceu capistro, coercitus explendo libidinis venereæ ab objecto amabili excitatæ desiderio cum locus non esset, in *Satyriasin* primo, hinc & *pollutionis* quoddam genus, quod *gonorrhœam simplicem* aptius dixeris, per tempus bene longum, in ipso quoque consummato brevi conjugio, perdurantes & pertinacissime affligentes affectus incidit. In *Ducatu VVürtembergico* Medicus quidam celebris eum adortus est purgatione, hinc venæsectione, post vehementer infrigidantibus, utpote *emulsione è semine cannabis*, cum *aq. castir. Mynf.* quin & *acidulis*, ☽ denique *ppr.* cum ▽. *nymphœ* quo remedio pro viris emasculandis *Timæus* utebatur. His per octiduum sumtis, adstringentia substituta. Nihil his profectum. Hinc itum ad *Balneas Bollenses*, quæ renibus adeo infestæ erant, ut parum abesset cruenta mictio. Domum remissus secum adferebat sequentia: 1. *Adstringentem trageam*, cujus descriptio non adest. Capiatur ejus una drachma cum ʒj.iß. ad ij. ▽. *fol. querc. vel plantag.* mane jejuno stomacho, imperato insuper horarum trium jejunio, & 2. vel 3. horis post cœnam. 2. Inungatur totidem vicibus dorsi spina, lumbaris regio & perinæum calide *unguento Comitissæ*. 3. Si ab his medicamentis alvus officio non fungatur, *Clyster* applicetur: ℞. *lact. vaccin.* ℥x. *cui percalfacto injice butyr. rec. mall. ana. cochl.* j. *ol. lil. alb. aut olav. rec. cochl.* vj. *croc.* ℈ß. ⊖. *comm.* ʒj. Repetatur *Clyster*, quoties e re videbitur. 4. In imbecillitate capitis, de qua multum conquerebatur, deglutiat *rotular. imperial. Mynf.* n.j. *vel* ij. 5. Quoties opus est *purgatione* & *V S.* utatur laxantibus in *Syrupi* forma. *Purgatio* singulis annis *quater* vel *sexies*; *V S. ter* iteretur:

℞. *Fol. senn. s. f.* ℥iij.
Crem. ♃. ʒß.
sem. anis. ℈j.
fl. aurant. p.j.
polypod. querc. ʒj.
cum Dec. prun. f. potio brevis ad ℥iij.
in qua dissolv. mann. q. ad ℥ij. ʒiij.

Mane calefactam jejunus una vice hauriat. 6. *Tragea adstringente* consumta, mane & noctu devorentur *pilulæ stipticæ* n. xv. cum vino aut jure, imperato mane trium horarum jejunio:

℞. *Gumm. arab. tragac. succin.*
mum. bol. arm. mandib. luc.
pellic. intern. ventric. gallin.
crist. gall. test. ovor. ana. ʒß.
sem. lactuc. ʒj.
c. sir. de rosf. sicc.
F. pil. ex gr. iij. *n.* ij.
consp. ♀. *liquir.*

7. His devoratis omnibus sorbeatur *strubus* mane & noctu ij. vel iij. horis post cœnam ad ℥ij. imperato mane 3. horarum jejunio;

℞. *Capreol. vit. umbil.* ♀.
summit. rub. ana. mß.
acetosell. sanguinar. ana. mj.
plantag. portulac. ana. mß.
myrtill. sem. Coriandr. ppt. papav. alb. ana. ℥ß.
fol. lactuc. fl. nymph. borrag. bugl. ana. mß.
fol. rut. vitic.
menth. calaminth. ana. sicc. ℥iij.
In s.q. ▽ probe coct. & colat. ℔iij. add.
succ. rof. r. granat.
ceras. acid. ana. ℔ß.
aceti parum. sacch. q. s.
F. l. a. sirubus.

8. Ubi salacitas cum æstu & siti affligit, *emulsiones cannabinæ & violatæ Myns.* mane jejunus, pomeridie quarta, noctuque ante cubitum sumat ℥iiij. bene prius agitando. Vitentur cibi calidi, aromatisati, & potus calefaciens, quin & venus nimia. Caussam hujus *gonorrhœæ* statuebat iste Medicus nimiam vasorum spermaticorum laxitatem, ab appetitu venereo & lascivia pruriente, quin & calidiori & spirituoso semine, spiritibus animalibus plus satis exaltato, ortam, affectumque ægre expugnabilem afferebat.

Hæc medicamenta nil opis adferebant, propterea, quod ea cura atque studio, quo imperata erant, non adhiberentur. Cum autem affectus increseceret, dictus Medicus sequentia pharmaca ordinavit. *Julebum* pro 4. vel 5. dosibus, *Opiatum* & *unguentum*, omnia ex *Riverio* desumta, *Prax. cap. de mict. sangu. p. m. 248. seqq.* sæpius applicetur *clyster*. Interdum *pilulæ*, noctu ad gr. ij. sumendæ, ex *laud. opiat. Finck.* His non juvantibus per syphonem frequenter injiciatur ▽. *plantag. vel veron.* in qua *sacch.* ♄ï solutum. Aut *serum lactis caprilli* per mensem bibatur.

B. noster *Helianthus primus*, illustris D. *VOLKAMERUS* Senior *Noribergensis*, a me de eodem affectu consultus, in hanc sententiam rescripsit:

Wegen der Person mit der Gonorrhœa, welche tempore emissionis urinæ geschicht. (NB. Ne enim L. B. quid celem, quoties urinam reddidisset noster, una cum ea prodibat seminiforme coagulum in matula mox ad fundum delapsum, cum animi fere deliquio redditionem urinæ comitante) Ob solche effluens materia einem semini zu vergleichen? Obs cum voluptate excernirt wird? Obs seminis instar in urina globose subsidirt? Oder aber obs einem puri nervoso gleich unten liegt? Könte ein solches nicht ad lumbaginem oder tabem dorsalem gerechnet werden? Das etwa nahe bey den renibus in die ureteres sich insinuirt / und per vesicam also excernirt wird? Vielleicht hat er in dorso Schmertzen / oder etwa eine Violenz gespürt / daß was zerrissen. Dieser Affect, deucht mich / sey wol unter die exulcerationes renum oder hecticam zu rechnen / und dürfften dabey des *Fel. Plateri de exulcer. ren.* Medicamenta dienen / sonderlich ein Pulver / so das semen gossypii recipirt / aber von recentibus seminibus, wie auch der *pulv. Haly contr. phtis.* sonsten rancesciren solche compositiones, und sind den Krancken zuwider / und verderben mehr / als sie gut machen. Emulsiones

siones ex *semin. frig. papav.* pineolatæ, Marzepan-Zeug / Electuaria confortantia ex *(conf. ros. r. ⊕-lat. balaust. veron. cynosb. flor. tun. nucis. Ind. Scorzon. cond. rob. rib. berb. succ. cherm. conf. al kerm. sir. granat. Juleb. gemmat. c.& inc.* & ejusmodi alia. Balneum ▽ *dulc. cum herb. melil. viol. solan. plantag. prunell. sanic. alchimill. chamom. fl. malv. arbor. nymph. calend. &c.* so lind-warm / daß das Gesicht nicht schwitze / gebraucht / früh und Abends / hernach in ein Bett gelegt. Den Rücken und Lenden warm schmieren lassen mit *ungu. alabastr. popul. resumtiv. de liquir. rosat.* Im essen / was niedlich ist / und Kräfften gibt / absonderlich von weichen Eyern / Milchbrey / wie den Kindern / hordeata, avenacea, ex oryza cum lacte, und was man Kindbetterinnen gibt. Zum Trancke / sonderlich / wann bey Nacht Durst da ist / einen guten Trunck von einer Emulsion. **Nehmt die äusersten Citronen-Schelfen frisch / 3. Quintlein Zimmet / 8. Loth Zucker / werffets in zwey Maaß** *aq. ferventiss.* **zugedeckt / biß es kühl wird / alsdann in einem irdenen Kruge im Keller wol verwahrt aufgehebt. Nachts stosse man von Mandeln abgezogen / Melonen-Kern wol gewaschen / Pineer-Nüßlein** *ana.* **einen Eßlöffel voll / in einem reinen Mörsel / mit Zugiessung obigen Wassers / so kan man eine gute Kernmilch daraus machen / und bey dem Durste offt trincken lassen.** NB. Man mag auch capita vervecum. oder deren Füsse in einem Kessel sieden / und das Wasser in der Wannen mit wärmen / das Fette hinweg gethan / und das Wasser gesaltzen. Hucusque B. *VOLKAMERUS.*

Hæc & alia multa cum usurpasset, successive, sed non nisi longissimo post tempore, malum remisit, nescio an vi remediorum, an ipsius naturæ.

* * *

Dysuria singularis cum tenesmo.

Juvenis viginti & aliquot annorum, gibbosus, vino aliquantum deditus Anno 1684. anno ad interitum vergente corripitur mictu difficili cum tenesmo, paroxysmis primum levioribus & rarioribus, mox diuturnioribus, gravioribus, & frequentioribus. Dolor erat summe excrucians, ardens ante urinæ exitum, hoc autem fluente, nullus: In paroxysmo noctes diesque super cloaca portatili sedere cogebatur, interdum per aliquot septimanas, eo quod identidem urina urgeret, cum tenesmo, ubi per anum materia mucosa simul prodibat. Urina erat glauca, spicea, turbida, sedimentum ferme pultaceum, nunc paucum, nunc largum; circa paroxysmi finem, qui nonnunquam ad aliquot 5. 6. 7. imo 10. septimanas durabat, cum urina exibat pituita lenta, viscida, intertextis quasi fibris. Quo citius paroxysmus sua tempora decurrebat, eo dolor atrocior; quo diutius duraturus erat, eo mitior, sic ut, utrum magis expetendum esset, ipse dubitaret. Cum, qui tunc temporis hic erant Medici, parum suis pharmacis profi-

proficere viderentur, consultus fuit *Roteburgensium ad Tubarim Æsculapius*, Amicus & Patronus noster D. *HOECHSTETTERUS*, qui sequentia ordinavit:

1. *Haustus mannatus* sumatur cum regimine:

℞. *Mann. Calabr. el.* ℥iß.
▽. *fl. acac. malv. ana* ℥iß.
cinnam. ʒß. *M.*

2. Utatur *Destillato* mane octava, & pomeridie quarta, horis; 1. 2. 3. die ad ℥j. 4. 5. 6. diebus ℥ij. 7. 8. 9. 10. 11. 12. diebus ℥iij. 13. 14. 15. rursum descendendo ad ℥ij. 16. 17. 18. ad ℥iß. 19. 20. 21. ℥j. Nauseantem stomachum morsulis pacando. *Destillatum esto tale:*

℞. *Rad. liquir. alth.*
malv. irid. Flor. aa. ℥ij.
pin. pistac. amygd. dulc. ana ℥j. *&c.*

Et quid ingredientia recensere pergam, siquidem medicamentum non est aliud, quam *aqua contra ardorem urinæ Mynsichtii*,

3. Doloribus urgentibus cochleatim sumatur sequens *mixtura*:

℞. *Aq. chamom. malv. alth. aa.* ℥ij.
sir. de alth papav. alb. aa. ℥ß.
alkek. ʒj. *M.*

4. *Cataplasma* pubi & perinæo applicetur e speciebus in lacte coctis admixta insuper *ol. aneth. & lil. alb.* anatica portione:

℞. *Farin. fabar.*
sem. lin. fœnugr. aa. ℥ß.
pulv. sem. aneth.
papav. alb. hyoscyam. aa ʒij.
carv. ʒj.
chamom. melil. aa. ʒß. *M.*

5. Absoluta hac via utatur stomachicis & roborantibus:

℞. *Elixir. prop. Par. sin. acid.* ʒiij.
Tinctura ☉ *ant.* ʒj.
sir. de alth. e succ. aurant. fragor. ana. ℥j.
aq. buglos. menth. ana ℥ß. *M.*

Sumatur cochlear unum, hora una ante pastum: addatur denique *Tinctura* ▽. *Catech.* ʒiß. vel, si hæc desit, ♀. ▽. *Catech.* ʒj. *gumm. arab.* ♀*rs.* ℈ß. *elæosacch. mac.* ʒß.

℞. *Amygd. dulc. rec. excort.* ℥ß.
pin. rec. ʒij.
sem. melon. & cucurb. excort. ʒiß.
nuc. Ind. cond. ʒiij.
carn. citr. cort. citr. aurant. ana cond. ʒiiß.
cinnam. gr. m. incis. ʒj.
mac. ℈j.
spec. diatrag. fr. diarrh. abb.
conf. alkerm. c. aa. ʒj.
sacch. c. ▽. *malv. & ros. sol. q. s.*
F. Morsuli mane, vesperi & noctu sumendi.

℞. *Emplastr. diaphœn. mastichin.*
de crust. pan. ana. ʒij.
bals. peruv. ʒß.
ol. destill. mac. gtt. v.
caryoph. mast. aa gtt. iij. *M.*
applicetur stomacho.

Omnia in deterius, nulla medicamentorum, sed mali, culpa, cum laberentur, & ego heic *Nordlingæ* vix primum appulissem, & me, novum scil. Artistam, consulebant. Ego, rem a me fortunatius gestum iri confisus, ita malum adgredior:

1. *Balneum* ingressurus, hauriat una vice *potionem* istam:

℞. *Sir.*

℞. *Sir. de alth. Fern. portulac. aa.* ℥iij.
ol. amygd. dulc.
caſſ. fiſt. rec. extr. ana. ℥vj.
aq. cherefol. ℥ß. *M.*

2. Hinc ſtatim inſideat *balneo* ſequentem in modum parato, ante meridiano tempore, ad umbilicum uſque, per horam, in mediocri calore:

℞. *Herb. malv. branc. urſin. alth. fol. verbaſc. linar. c. tot. heder.* 🜄*ſtr. ana.* mij.
ſummit. aneth. mj.
fl. cham. ſem. lin. fœnugr. ana. mj.
rad. malv, alth. ana. ℥iij.
Conc. cont. D.

3. Poſt *balneum*, poſtquam regionem lumbarem *linimento* mox ſecuturo inunxit, ſe det quieti:

℞. *Ol. amygd. d. violar. verbaſc. nymph. roſar. aa.* ℥ß.
mucilag. ſem. pſyll. & cydon. cum 🜄. *malv. extr. ana.* ℥iij.
axung. capon. ℥iiß.
croci parum, cera q. ſ.

Sumat etiam *panem ſimilagineum vino Malvatico aut Hiſpanico delibutum.* *Balneum* trinis diebus repetatur, bis autem ſingulis diebus *inunctio* fiat.

4. Altero die, quo *balneare* ceſſat, utatur ſequenti *clyſmate*:

℞. *Rad. malv. alth. aa.* ℥ß.
fol. malv. violar. linar. aa. mj.
fl. nymph. hord. mund. aa. mß.
ſem. pſyll. ℥ß.
coq. in ſ. q. lact. vaccin. in Colat. ℥ix.
diſſolv.
caſſ. rec. extr. ℥j.
tereb. in vitell. ov. ſol. ℥ß.
ol. verbaſc. ℥iß.
M. F. Clyſter.

5. Bibat *emulſionem* bis in die, ante & poſt meridiem, iis puta diebus, quo feriatur a *balneo*:

℞. *Decoct. hord. ſimp.* ℥iiij.
aq. malv. aneth. cheref. verbaſc. ana. ℥j.
ſem. 4. frig. maj. ana. ℥ij.
papav. alb. ℥iij.
amygd. dulc. excort. n. xij.
F. Emulſ. add.
lap. prunell. ocul. ♋ *ppt. ana.* ʒj.
ſir. de papav. ℥ij. *M.*

6. Veſperi, ante quam itur dormitum, ſumantur *pilulæ* n. xij. ex brodio:

℞. *Tereb. ven. in* 🜄 *malv. lot.* ʒj.
extr. glycyrrh.
troch. alkek. c. op. aa. ʒß.
croc. mum. ver. ana. ʒj.
c. ſ. q. ſir. de liquir.
F. pil. e ℈j. *n.* xij.

7. Utatur *Decocto* pro potu ordinario, quod *Sim. Paulli* Auctorem agnoſcit, interpoſita etiam cerviſia.

℞. *Rad. alth.* ℥j.
glycyrrh. farf. ana. ℥ß.
ſiliqu. ℥ij.
jujub. par. vj.
ſem. aniſ. ʒj.
caric. pingu. n. XIV.
cibeb. excin. ℥iiij.
hord. mund. mij.
ſebeſt. n. x.
ſem. 4. frig. maj. aa. ℥ij.
coqu. ſ. a. in 🜄. *pur. col.* ℔vj. *P. C. add ſir. viol. de alth. Fern. aa.* ℥iiij *M.*

8. *Juſcu-*

8. *Jusculis* utatur *rad. alth. liquir. sem. malv. cydon. herb. malv. medicatis* & *pulvere post pastum e flaved. cort. aurant. lign. sassaffr. tun. ventric. gallin. ebor. ppt. sacch. &c.* Abstineat ab acidis, ab assis, aromaticis, salsis. Gelatina & viscidis vescatur; lacte fruatur.

Omnia quam diligentissime usurpavit, nec sine ullo levamine, curatus tamen non fuit, malo licet mitius ferociente.

Elapso semestri huc venit Excell. D. *MASKOSKYUS Medicus Göppingensis.* Ivimus ad Ægrotum. Ipse omnia vel lynceis vestigavit, nulla vel levissima circumstantia intacta relicta. Visum est ei, ut sequentibus uteretur:

℞. *Syr. de alth. Fern.* ℥iij.
papav. err. ℥j.
malv. liquir.
aq. cont. ard. 🜄. *Mynf. aa.* ℥ij. *M.*

Capiat mane & vesperi duabus ante cœnam, vel tribus post cœnam horis cochlearia quatuor, continuando ad 3. 4. imo 5. septimanas. Postea *Decoctum* adhibeatur:

℞. *Rad. alth.* ℥iß.
liquir. ʒiij.
Herb. spinach. endivia. ana. rec. mß.
nasturt. rec. mj.

Coquatur horum concisorum manipulus in quartario brodii carnium aut gallinæ, & hauriatur calide, mane noctuque trihorio post cœnam, per plures hebdomatas.

Applicentur sæpe *enemata* aut specifica, aut domestica dicta ex *lacte, butyro, melle, ol. aneth. chamom. & croco.*

Pulveris, quantum 3. cultri mucrones capiunt, bis in die cum jure capiat:

℞. *Ebor. philos. calcin.* ʒiij.
matr. perl. ppt. ʒij.
rad. alth. ʒiij.
antihect. Pot. ʒiß.
spec. diarrhod. abb. gr. xviij.
sacch. cant. violac. ʒvj. *M.*

Sed nec ista nos voti damnabant. Itum ad *Bollenses balneas.* Hæ videbantur conducere, gaudio non perennante. Cum ita tempus inutiliter per totam hiemem teritur, sexcenties interea a me præscriptis, parco cum juvamine, suspicio denique de calculo & ægroti & adstantium animos invadebat. Suspicionem haut parum promovit Senecio quidam *Hæzelius*, ex *Austria*, & vico *Stockerau*, ut ipse tradebat, exul. Is pulverem atramento contra nigerrimum venditabat pretio satis caro, eoque se calculos renum juxta atque vesicæ in pulverem plus centies comminuisse gloriabatur. Dicebat esse *pulverem lapidis e Neapoli petendi*; sapor erat salsus. Suspicabar esse propemodum nil aliud quam *cineres leporis combusti:* Admittitur in colloquium, me quoque præsente. Offertur petenti urina. Pronunciat adesse calculum, eumque satis grandem. Pulvere suo brevi comminutum iri. Tametsi vero contradicerem, quod calculi nulla usquam signa comparuissent, fides tamen habita seniculo in pulverem suum confidentissimo. Eo cum per triduum circiter usus fuisset æger, accedenti Medico urinam monstrat, si quid in ea notabile adverti posset. Exultans iste, ehem, inquit, video mucronem calculi jam esse attritum. Cum vero florenis aliquot tum nostrum,

noſtrum, tum alios quoque in urbe noſtra *Hölzelius* iſte emunxiſſet, ſolum vertit, ac ubi locorum nunc hæreat, vivusne an mortuus, nondum reſcivi. Certe noſter ægrotus eximia ſpe deſtitutus in antiquos ejulatus revertebatur. Inſederat tamen animo quam firmiſſime de calculo veſicæ opinio. Initum igitur inter eum & conſanguineos de *lithotomia* conſilium. Ego contra rationibus multis, iisque validis, militare, ſed fruſtra. Impetravi tamen, ut negotium tam diu differrent, donec alius cujusdam periti *Medico-Chirurgi* ſententiam per litteras exoraſſem, cui petito denique adnuerunt. Scribo ad Excell. *Medico-Chirurgum Tigurinum, JOH. de MURALTO*, Patronum & Collegam meum; Is humaniſſime in hanc ſententiam reſpondit:

Was antrifft den Herrn Patienten/ſo werde ich verhoffentlich genug gethan/wañ ich auf des Herrn Quæſtiones werde geantwortet haben.

Erſtlich kan ich zum Schnitt gar nicht rathen / dieweil wegen des Bruchs die Gedärme erſchwachet/ und bey dem Blaſen-Halß entweder in ein Geſchwür gangen/ oder in ſinus degenerirt / neben dem / daß der güldene Aderfluß durch den Drang erweckt worden: Jenes bezeuget die eyterichte Materi und abgeſcheidnes Blut: Demnach/ wann die Brüche lang gewährt haben/ machen ſie den Fortſatz des umgeſpannten Fells (proceſſum peritonæi) weit und hart/ auch dick / der ſich alsdann bey den nächſt gelegenen viſceribus anhefftet/ darzu kommt / daß die Hernioſi den Hauptflüſſen / Bläſten und Drang ſehr unterworffen / welche dem parti affectæ bey allen Anlaſſen zuflieſſen. Demnach/wañ ein Menſch einen hohen Rücken hat/ ſo wird das Marck gedruckt / daß nach dem Schnitt der Spaſmus oder Krampff (zum Tod des Patienten) kaum zu verwehren wird. Die viſcera inferiora werden gepreſt/und kommen in eine ſchlechte conformation.

Zweytens: Wann ſchon der Schnitt glücklich ablieffe / würde dennoch der Patient von ſeinem Schmertzen nicht quit ſeyn/ oder ſeinen Geſchäfften abwarten können/ weil viel harte Drüſen und Fleiſchgewächs um die Blaſen in-und außwendig/ ſamt einer dicken Haut/ dieſelbigen præſupponirt werden/ ja ein ulcus gegen dem Maſtdarm/das ſeine cuniculos hat / welche verhüten / daß die excreta urinoſa nicht per ſedes gehen/ mit unterlaufft: Zu dem/ ſo der Patient von Jugend auf mit Sand und Grieß behafftet / wird ſolche Diſpoſition einig als anderſt überbleiben; Ja es iſt zu befürchten/ nach dem Schnitt werden die Zuſchnür-Mäußlein der Blaſe und Maſtdarms verletzt/und die flieſſende Geſchwär daſelbſt überbleiben.

Drittens / ſo kan der Schmertz mit Artzneyen wol gemildert / aber nicht hinweggenommen werden; Solche Linderungen hat mein Hochgeehrter Herr gar wol gebraucht / dann weder die Stein vermalmet/ oder die Sarcomata weggenommen werden

werden können; man muß allein obliniren / den Zufluß mildern / die Harngänge erweitern / und die Schärffe versüssen.

Vierdtens sind folgende Mittel zu gebrauchen: Ante omnia utetur æger hoc *laxativo* in *bolis*:

℞. *Caff. noviter extr.* ℥j.
diaprun. solutiv. ʒij.
pulv. liquir. rec. ʒj.
cum facch. F. bolus, 4. horis ante cibum sumendus.

Die subsequente *balneum* ingrediatur:

℞. *Chamom. senecion. asar.*
hyper. agrimon. origan.
parietar. malv. utriusq. aa. mij.

Coq. in s. q. aq. sub finem add. lactis capitalia duo. Insideat per bihorium mane & post meridiem, ac alternis diebus repetat; continuet per 2. hebdomatas. Post egressum e balneo perinæum, hypogastrium & lumbos inungat cum sequenti *linimento*:

℞. *Ol. scorp.* ʒß.
amygd. amar. ʒij.
sev. ariet. ʒvj.
axung. can. ℥j.

Dissolutis instilla gutt xxx. ♁⊖✳*ci & agita tamdiu in mortario plumbeo, usq. dum proba consistentiæ linimentum factum fuerit:* post inunctionem pannis calentibus affectæ partes tegantur.

Clyster hic alternis vesperis post egressum e recenti *balneo*, & post inunctionem injiciatur:

℞. *Rad. alth. malv. aa.* ℥ß.
fol. malv. violar. linar. aa. mj.
hord. integr. mij.
Coq. in s. q. lact. vaccin. q. s. in Colat. ℥x. *dissolv.*
♁⊖✳*ci gtt.* xxx.
butyr. rec. ℥j.
ol. verbasc. ℥ij.
M. F. Clyst.

Si *ardor urinæ* urgeat, tum oportet *decoctum chinæ vel lac caprillum cum melle & saccharo mixtum, addito oleo amygdalarum dulcium* syringa per urethram injicere.

Idem *oleum amygdalarum dulcium* miscebitur cum *butyro recente*, & *saccharo melino* (*non raffinato aut cum calce cocto*) *atq. cum pane similagineo adsumatur*, postquam cyathus *Decocti Foresti* singulis mane jejuno stomacho haustus est: Narcotica, acria, acida, fortiter pellentia sunt fugienda. Plura habebis e *Colleg. m. anatom. Norimbergæ impresso de calc. vesic.*

Quæ tandem sit mea opinio de hoc affectu, so wisse der Herr / daß der Krancke nicht nur den Blasenstein / sondern schwerende Gulden-Ader im Mastdarm hat / it. einen Bruch und hohen Rücken: Jenes zeuget der Operator mit der Sunden / wie auch mit der materia pultacea, & dysuria cum tenesmo; Dieses das Eyter und Blut zum Hindern. Diese vier Ubel arguiren / daß die viscera interna schlecht conformirt / uñ die Brust gedruckt sey. &c. Womit recommendire ich mich inter negotia, zu E. E. hohen Gunsten und bleibe

Zürich den 24. Febr.
1687.

Meines Hochgeehrtisten Herrn
dienstwilligster
JOH. de MURALTO, D.

Hæ litteræ cum appuliſſent, medicamentis primum uti decretum, quod cum uſu haut adeo ſpernendo factum: palliativa tamen omnia. Vitæ itaque pertæſo ægro ſtatutum erat aut mori aut ſuavius vivere. Accerſitur Operator celebris Dn. *GENTNERUS AHLENSIS*. Is ubi denuo ægrum explorat, jam apparatu ad lithotomiam omni præſente, nil ſe calculi in veſica poſſe deprehendere affirmabat, & inæqualitates iſtas, quas pridem ſenſerat, nil aliud eſſe, quam verrucoſas cervicis veſicæ excreſcentias. Quod igitur jam mitius æger doleret, & paroxyſmi haut raro per aliquot menſes emanerent, ſic ut in publicum prodire poſſet, toleratum per hos annos duodecim fuit malum: In vicinia tamen vixit *Parochus* quidam *Empiricus*, qui *oleum* quoddam, quod *Regium* vocabat, & ex *Italia* petendum, pro inunctione externa dedit, quo ſe levari, dum dolet, affirmat. Jam ubi hæc ſcribo, per integrum ſemeſtre rurſum domi miſer ſedere cogitur, quamvis dolor non ſit adeo effrenis, attamen, quod urina frequentius eum urgeat, foras eidem prodire non licet. d. 21. Febr. 1697. placide obiit.

Pulvere iſto Hölzeliano, cujus ſupra mentio facta eſt, uſus etiam fuit Vir ille, Mercator celebris & dives Auguſtanus, cujus morbum & anatomen in *Ephemeridibus Naturæ Curioſis, Dec. 2. Ann. 7. Obſerv. 232.* expoſui. Qui Erronis iſtius verbis, utpote auditu, ob hoſtem ſic debellatum, jucundis, fidem habens, quibus craſſum in urina ſedimentum calculum reſolutum perſuadere ſuſtinebat, non plurimas tantum ejus doſes deglutierat, ſed ejusdem etiam deſcriptionem pro ampla remuneratione impetraverat. Quamvis autem ab ejus uſu largior urinæ & craſſi ſedimenti copia proflueret, nullum tamen exinde levamen unquam perſenſerat; id quod eò facilius credi poteſt, cum medicamentum hoc ob ſalis acrioris acceſſum urinam ſtimulaſſe, partibus autem debilitatis & arroſis magis nocuiſſe, in propatulo ſit. Pulvis autem ille, ſi deſcriptioni mihi communicatæ fides adhibenda, non alius fuit, quam *pumex* ex regno Neapolitano ad nos adferri ſolitus, quem urina multoties impregnatum, poſt exſiccationem in fictili arctiſſimè clauſo, vehementiori igne exuſſerat: Ubi ſane operioſior illa præparatio plus nocuit, quam profuit, dum ſalſis, corroſivis particulis *pumicem* contaminavit; qui ſibi relictus forte aliquem uſum, acriora nempe morboſi ſalis in ſanguinea maſſa latitantis ſpicula infringendo, præſtitiſſet; prout etiam *pumicem* ad humiditates acidas coagulantes in glandulis imbibendas, ſtrumisque hinc & ſcrophulis abſumendis utilem eſſe poſſe, in ſuo *regno minerali*, Excell. Dn. D. *EMAN. KOENIG* ſtatuit. Quod volente ita Nob. Dn. *Autore*, hic addere placuit *LUCÆ SCHROECKIO D.*

* * *

Oculus artificialis.

Nobiliſſ. Dn. *ROEDERUS*, tunc *Medicinæ Candidatus*, ad me *Jena d. 15. Martii* 1679. ſequentia perſcripſit: In explicatione oculi in *Tabula V. Mœbrianæ* D. D. *WEDELIUS* exhibebat nobis *oculum artificioſiſſime fabricatum, ex*

Italia sibi transmissum, vulgarem oculum humanum æquantem, in quo lamellis quibusdam (de quarum materia mihi non constat, contrectare enim fas non erat) prorsus Dædalee sibi superimpositis, partium oculi naturalem situm, colorem, substantiam &c. exacte referentibus, antice, postice, lateraliter, circumcirca, elegantissimo spectaculo videre erat. Solum, quod humores fluidi, aqueus & vitreus, solis ejusmodi laminis fuerint notati & expressi, cum terminis suis subsistere nesciant, sed alienos requirant.

* * *

Terroris vis in puerpera.

Anno 1675. *Pastoris* cujusdam uxor filiolum est feliciter enixa, quem postquam e sacro fonte lavissent, susceptoribus & amiculis convivium genethliacon instruitur. Tum vero convivarum unus, alterius loci Pastor, curiosulus & nimium festivus, ut scil. risum ab inexpectato moveret, tubulum pyrobolicum, quem Raquetten appellitant, conclavi furtim illatum, nil quidquam tale expectantibus, incendit. Fas erat puerperam ad minimum monuisse; Hæc vero terrore panico cum reliquis convivantibus perculsa syncopen attonita patitur. Postero die *ecchymomate diro* totum sinistrum latus obfuscatum, insequentibus istius lateris mammillæ quinque ulceribus, non nisi tardissima manu persanatis. Ab eo tempore non tantum glandulæ galactophoræ istius mammæ exaruerunt, sed & ipsa mamma, ubi denuo mater fieret, iterum iterumque exulcerata negotium ipsi haut suave facessivit.

* * *

Exulceratio papillæ.

A biennio Matrona 49. annorum gravida laboravit *sinistra papilla* ulcere nil nisi serum plorante. Ordinavi nodulum ex *ras. lign. sassafr. rad. chin. & tartaro*, cervisiario urceo immittendum: pulverem exsiccantem ex *amyl. tut. ppt. Oc. ♋ ppt. & sacch. ♄i.* qui mane & noctu papillæ inspergatur, abluendus iterum, ubi denuo vis adspergere, *aquis agrimoniæ, plantag. equiset. & veron.* æquali mensura permixtis; superimposito *empl. defensivo.* Cum nil proficerem, pulveri adjunxi *pollinem osteocoll. ppt.* & suasi illitum *mucilag. symphyt. maj. cum aq. plantag. extr.* Cum nec ista conducerent, illitum *essentiæ meæ traumaticæ* imperavi, & impositionem emplastr. *dia♀. Rul.* Corripitur interim ægrota hydrope uteri, ex quo post partum subito exspiravit.

* * *

Tussis sicca cum Dyspnœa.

Vidua 45. annorum conqueritur de *appetitu* dejecto, *tussi sicca, Dyspnœa.* Ordinavi mixturam cochleatim sumendam ex *▽. hyssop. farf. asthmat. Oxym. squill. sir. de erysim. & ♌ ♀.* Noctu 6. pilulas ex *M P. de cynogl.* ℈j. *Styr. calam. myrrh. r. aa.* ℈ß. *extr. liquir. gr* xij. *extr. croc. gr.* v. *c. Sir. de papav. F. pil. pond. gr.* j. A pilularum usu quinquies vel sexies semper alvus, sine tamen torminibus, mota, cum anxietatibus; deliquiis & dolore ventriculi vix tolerando, quod mirum. Ordinavi aquam *ex ▽. menth. fœnic.*

fœnic. maſtich. cinnam. ∽. ⊖. *dulc. ol. mac. ſtillat. ſir. cortic. citr. & menth.* cochlearibus hauriendam & *ſacculum* ex *fl. chamom. herb. menth. abſinth. ſem. carv. & bacc. junip.* unde convaluit.

NB. Iſta vidua ſolet ante menſium fluxum diarrhæa critica laborare.

* * *

Phthiſis.

Ruſticus 46. annorum à multo tempore difficulter ſpiravit cum tuſſi ſonora. Cauſſa potus, quod ipſe ſuſpicatur, in æſtu æſtivo frigide hauſtus. Ante ſex hebdomatas morbus eum lecto affixit. Balneator ruralis vocatus malum nauci æſtimavit. Cum nil medicando proficeret, faxo, inquit, ut vel moriatur æger, vel incolumis evadat, idque polline vomitorio. Hic autem prudentior noluit animam periclitari. Accurritur ad ejuſdem farinæ alium, qui propinato cacatorio miſerrime miſerum exhauſit, contabeſcentem, tuſſientem, purulenta ſpuentem, nil appetentem, ſitibundum. Scripſi *Decoctum ex rad. ſymphyt. helen. alth. herb. veron. alchim. heder. terreſtr. vinc. pervinc. piloſell. ſem. aniſ. fœnic. paſſul. min. cum lacte caprillo:* quod eſt decoctum dividatur in 2. part. æqu. alterius partis mane noctuque calide *cyathus* hauriatur, altera pars *inſtillato ſpiritu* 🜍. *præcipitetur*, ejusque *coaguli* ſubinde cochlear unum ſumatur; *ſerum inſerviat ſiti fallendæ.* *Electuarium ex Lohoch de pulm. vulp. ſan. & expert. pulv. Haly rec. Conſ. roſ. r. laud. op. & ſir. de ſymphyt.* Spinæ *linimentum ex mucil. ſem. pſyll. cum aq. nymph. extr. ung. infrig. Gal. ol. viol. axung. canin.* Ab horum uſu brevi in pedes erectus appetere cœpit, noctu ſolum tuſſire, & per omnia melius habere. Juſſi medicamenta eadem adhuc ſemel adhiberent, inde mera valetudo, tuſſis propemodum nulla, ſomnus, appetitus, reſpiratio boni, ſola pedum ad uſque abdomen levis intumeſcentia. Fiat *nodulus e bacc. junip. fol. abſinth. fragar. & rad. helenii*, immittatur urceo cerviſiario, potus horum virtute prægnans bibatur: Subducatur alvus *leniente mixtura ex aq. flor. acac. pulp. caſſ. Sir. de cich. c. rh. diaſcr. Andern. roſ. ſolutiv.* ♀. *Cornach. & Gem.* ♀*i.* Cochleatim pro ratione indigentiæ haurienda. Hinc medianæ ſectio luna creſcente, & *jus medicatum veronica, bellide & ſymphyto:* It. Uſus continuatus pulveris *e radice ſymphyti & althea, cui ſacchari nonnihil commixtum.* Inde convaluit.

* * *

Iſchiaticus dolor in gravida.

Mulier gravida *Iſchiatico dolore* cruciatur. Locus dolens mane & noctu pannis calidis leniter, ſed diu, fricetur; poſt inungatur *linimentum* ſequens:

℞. *Ung. martiat.* ℥j.
∽. *formic.* ℥ß.
lumbric. ʒij.
⊖✳*ci* ʒj.
Tinctura croc. ℈j.
camphor. gr. v. *M.*

Poſt inunctionem imponatur pannus duplicatus, qui gummi *amines* fumum imbibit, conſperſus præterea *ſpermate ceti:* bibat cereviſiam *ſarſapariglia* vir-

 tutibus

tutibus imprægnatam. Hinc bene habuit.

* * *

Mulier ad sensum sana, putridum sanguinem exhibet.

Muliercula primum gravida per 6. menses de sectione venæ me consulit, quam ubi plethoricæ necessariam judicarem, dextri mediana pertusa stillavit sanguinem nulla sui parte cohærentem, nigerrimum, mucosum, fibris plane dissolutis, qualem vix in febribus putridis ita dictis ante observaram. Nec tamen quidquam est caussata mulier, & sibi & aliis visa sanissima, facta posthac etiam filioli sani mater.

* * *

Cardialgia diuturna subito sublata.

Zythopœus quadragenarius à multo tempore conqueritur de appetitu prostrato, singultu, pressione stomachi &c. Dedi *emeticum:*

℞. *Aq. menth.* ℥j.
agrimon. ʒvj.
♀. *em. gr.* iij.
fecul. ar. ℈ß.
sir. menth. ʒß.
M. pro una vice.

Inter *vomendum* subinde *mixturæ* sequentis unum cochleare hauriatur:

℞. *Aq. menth. meliss. aa.* ʒß.
cinnam. ℥iij.
conf. alk. ʒj.
sir. fl. tun. ℥iij. *M.*

Inde mox convaluit.

NB. In iis, qui valde debilitari solent ab *emeticorum* sumtione, roborantia stomachica inter *vomendum* cochleatim sumenda cum levamine suademus.

* * *

Ani procidentia ex hypercatharsi.

A sumto purgante drastico puellus annorum septem *ani procidentiam* ante annum sibi acciverat. Ordinavi *emplastrum* ossi sacro ex *ana gummi sagapen. & opopan.* *Suffumigium* ano excipiendum ex *asphalth. thur. masc. succin. flav. mastich.* & *myrrh. rubr.* *Cervisiam medicatam foliis prunellæ.*

* * *

Dolor umbilicalis ab attritu ad mensæ angulum.

Filiola quinquennis mensæ assidens plorat, a matre objurgata non desistit ploratu, hinc arreptam mater brachio violentius protrahit, sic ut umbilicalis regio mensæ angulo pressius allideretur, inde dolor circa umbilicum intensissimus, abdomen durum & tensum, creber, sine tamen egestione, desidendi conatus, quin & mejendi, inappetentia, sitis, æstus, erecta incedere non potest. Quid si umbilicalia vasa sint attritu læsa? Haustus ex *mann. Calab.* ℥iij. *cass. rec. extr. sir. de cich. c. rh. aa.* ℥ij. *cum aq. cichor. & flor. acac. aa. s. q.* vomitu primo rejectus; insequenti die iteratus alvum quinquies cum euphoria movit; dolor etiam illico remisit. Exhibita cochleatim mixtura ex ▽ *fœnic. chamom. carv.* ♌. *rub. id.* ♁. *diaphor.* *CC. phi-*

CC. philos. laud. op. & sir. de papav. Foris illitus *ungu. anod. dialth. ol. chamom. verbasc. amygd. dulc. philos. & carv. destill.* Jam nil superest, nisi caloris p.n. atque subter umbilicum doloris tantillum. Cochleatim sumatur *mixtura ex ▽. foenic. borrag. ceras. n. Sir. ceras. acid. rub. id. papav. rob. rib.* Iteretur *unguentum.* Sanitas.

* * *

Pleuritis spuria diuturna.

Virgo 22. annorum ab aliquot annis in alterutro latere dolorem punctorium patitur cum tussi ferina, difficultate anhelitus & cardialgia. Parum edit. Urina tinctior sine sedimento. Menses parciores. *Mixtura* cochleatim hauriatur ex *▽. foenic. carv. chaerefol. ol. carv. anis. sir. papav. philon. Rom. & Theriaca. Pulveris* usus ex *sem. coriandr. ppt. carv. cumin. rad. Zedoar. rhabarb. & sacharo. Novilunii* tempore *saphana* larga *missio.* Parti dolenti Cataplasma *ex sem. lin. cum lacte coct.* Convaluit.

* * *

Catarrhus suffocativus.

Puer decennis *asthmate suffocativo* subito correptus profundissime spiritum cum sibilo ducit, loqui non potest, magna palpitatio, pulsus intermittens. Datum *sperma ceti ad* ℈j. *ex jure calidissimo,* bis intra noctem: Cochleatim *mixtura ex aq. hyssop. ∽. anis. ⊖✳ci sir. de nicot. & oxym. squillit. Unguentum de liquirit. axung. capon. ol. amygd. d. croco & sperm. cet.* Restitutus est.

* * *

Retropulsa scabies anasarcam excitat.

Rusticus 22. annorum diu scabiosus utitur aliquorum suasu *linimento ex cineribus, sale & 🜍. butyro exceptis,* inde scabies retropulsa insequente totius corporis tumore. Dedi *pilulas hydragogas e semin. cataput. maj. aloe hepat. extr. cathol. manna, liquirit. & gutta Cambodia:* postea *infusum* sequens, cujus ℥vj. quavis matuta calide hauriantur:

℞. *Cort. samb. ebul. aa.* ℥j.
rad. irid. nostr. helen. squill. ppt. aa. ʒvij.
herb. marrub. a. mjß.
fol. senn. s. s. ʒiij.
agar. crud. ʒiiß.
zinzib. ʒj.
E conc. cont. fiat infusum l. a. ex ana vini & aquae font.

Potus ordinarius *serum lactis caprilli,* in quo *juniperi baccae* coxerunt: Convaluit.

* * *

Dysuria indolens à calculo.

Puellus 9. annorum a mense *dysuria* absque dolore laboravit; intumescebat sensim abdomen infra umbilicum, postea simul & semel, non sine anxietate & levi quasi deliquio, urina confertim effluebat magna copia crassa, arenosa. Ordinavi intus *Decoctum Foresti,* mane & vesperi: Foris *cataplasma ex parietar. & charefol. in aq. font. decoctis, additis scorpionum & bacc. junip. oleis, & linimentum ex unguento altheae composito cum ol. scorpion.*

pion. & succini. Quæ cum per dies paucos usurpasset, lapillus per urethram prodiens pausam symptomati fecit.

* * *

Colica & ventris inflatio ex imaginatione nauseosa.

Caupo 34. annorum ante semestre *Vindelicorum Augustam* profectus in diversorio carne porcina cum delectatione vescitur, calida quidem vesperi, mane vero τοῖς λειψάνοις frigidis. Cum jam satur esset, recordatur, aliquem sibi narrasse deglubitorem vicinum porcos morticinis impinguatos lanionibus Augustanis vendere. Inde tanta corripitur nausea, ut male statim haberet, venter mirum in modum intumesceret, colica torqueret, ore & alvo quælibet ingesta redderentur: Ab illo tempore invalido venter tumet, ac levioribus quidem torminibus vexatur. Ordinavi *pilulas:*

℞. *Extr. panchym. Crol.*
M. Pil. aloephang. aa. gr. xij.
resin. scammon. gr. vj.
ol. anis. gtt. iij.
F. c. elix. propr. pil. n. xxx.

Postea *electuarium* mane noctuque ad quantitatem castaneæ sumendum:

℞. *Elect. diacor.* ℥ij.
Conserv. absinth.
menth. crisp. aa. ℥ß.
miv. cydon. ʒv.
ol. carv. gtt. v.
anis. gtt. vj.
Tinctura aurant. ʒß.
syr. chamom. ℥j. *M.*

Et *pulverem post pastum* unius drachmæ pondere:

℞. *Pulv. stomach. Birkm.* ʒij.
cort. aurant.
sem. coriandr. ppt. aa. ℈ij.
ol. carv. gtt iij.
cumin. gtt. ij.
caryoph. gtt. j.
sacch. ℥j. *M.*

Post quinque septimanas ad me rediens pharmacorum effecta laudavit, nil amplius caussans, nisi lassitudinem superstitem, oris amaritiem & inappetentiam: ordinavi *pulverem* sequentem, mane & pomeridie ad ʒj. sumendum:

℞. *Crem.* ♀*i.* ♀*i* ⊕*-lat. aa.* ℈ij.
sant. rubr. ʒß.
arcan. duplic. ℈j.
⊖ *absinth. gr.* xv.
rhabarb. ℥j.
cret. alb. ppt. ʒiß.
♁ *diaph.* ℈ij. *M.*

Ex his convaluit.

* * *

Motus embryonis à sectione Venæ.

Muliercula 21. annorum nondum mater gravidam se putat per 22. septimanas, & cum nullum fœtus motum sentiret, muliercularum suasu quotidie binis vicibus tres guttas *olei dulcium amygdalarum* e calido jure sorbet, finistrumque hypochondrium cum umbilico *embryonum balsamo* delibuit, illis prognosticum adjicientibus, nisi motus ab his sentiretur, molam adesse: quod cum non fieret, anxii me consultum eunt. Jussi mediana dextri tunde-

tunderetur ad ℥iiij. profluxum: intus *mixturam* cochleatim sumendam ex *aq. meliss. bals. embr.* & *🜄. cydon. Cataplasma ex pane mellito, dimidiatis vini, spiritusque vini partibus emollito*, umbilico applicandum. Altero statim die fœtum sensit, quod in plethoricis ab administrata Venæsectione frequentissime fieri sum expertus.

* * *

Hemicrania periodica.

Mulier 40. annorum ab acceptis a pharmacopœo quodam *purgantibus pilulis* intensissimo capitis, sed periodico, dolore ab oculo dextro, per omnem istam genam laborat, ingruente paroxysmo ante meridiem octava hora, & vespertina secunda remittente. Inter cruciatus infernales miserando more ejulat, mox dolore cessante, ad munia domestica recurrit. Sumat singulis duabus horis *mixturæ* sequentis *diaphoreticæ* bina cochlearia, ex *aq. beton. fumar. card. ben. CC. philos. ♁. diaph. diascord. Frac. theriac. laud. op. sir. fumar.* & *papav.* It. *Pilulas ex M. Pil. de cynogl. styrac. calam. myrrh. succin. cum sir. papav. compactas*, mane & vesperi n. x. Foris *linimentum ex ung. alabr. albo camphorato & theriaca.* Nil profeci. Vesicam in nucha excitare jussi, præscripsi *errhinum elæosaccharum*; omisso isto hoc usurpavit, inde per nareis blenna cum pure & striis sanguineis, & hinc valetudo.

Isto modo *hemicranias* ejusmodi plures feliciter abegi.

* * *

A partu difficili Convulsiones & horrenda symptomata.

Mulier 35. annorum liberorum quatuor haut infelix mater, dum quintum eniti studet, hic brachiolum *Esavitico* more exserit: perterrita inde rusticana obstetrix, aliunde peritiorem accersiri jubet, atque interim, ut partus dolores misella mater supprimeret, mandat. Dum adest altera, constitutus in angusto fœtus suffocatur, quem denique puerpera viribus exhausta edit, lochiis nil omnino fluentibus. Quarto post partum die accersor. At quæ, Deum immortalem? tunc puerperæ facies, qui gestus? *Furiam* dixisses. Caput *Medusæ*, oculi torvi, rictus apertus, convulsiones horrendæ, mugitus, qualis est boum, sic ut fugam adstantes meditarentur, de cœtero humi strata sine ratione, sine sensus ullius externi ministerio, quæ omnia per 24. jam horas duraverant. Infudi per vini guttas aliquot *🜄. ⊖✳ci aromat.* & *tinctura castorei.* Mirum dictu quam illi momento pacata omnia! Proinde ut hac ipsa mixtura uti pergerent, ordinata insuper ex *epilepticis* & *hystericis* cum *confortantibus* mixtis alia cochleatim sumenda: nuchæ, vertici, naribus, temporibus *balsamum cephalicum, mixturæ primæ* intincta linteamina naribus admoveantur. Sic ad se paulatim rediit, suorum tamen intra triduum cognovit ne hominem. Notandum, quod altera post meum adventum die vis urinæ miranda cum virium maxima debilitate profluxerit. Emansere convulsiones. In vado videbamur, sed ecce cum prostratis adhuc

adhuc dum viribus ardor & incontinentia urinæ: proſpectum iſtis cum *gelatina caponis* ex jure conſimili aſſidue haurienda: huic vero ſequentibus medicamentis:

1. Præbitus *hauſtus purgans* ex

℞. *Aq. meliſſ.* ℥j.
Pulv. Cornach. ʒß.
♀*i* ⊖*-lat.* ℈ß.
magiſt. gial. gr. iij.
ſir. de cich c. rh. ℥ß. *M.*

Fecit officium. Cepit poſtea bis in die horis medicis ʒß. *Pulveris* ſequentis ex jure:

℞. *Sem. perfoliat.*
hyper. pœon. aa. ʒj.
Cor. r. ppt.
CC. uſt. aa. ℈iiij.
nuc. moſch. ʒij.
ſang. drac. Diaphor. ♂*l. aa.* ʒß.
♁*. nativ.* ℈j.
ſacch. ℥j. *M.*

Lumbi cum perinæo ter in die calide *inungantur*:

℞. *Ungu. nervin.* ℥j.
comitiſſ. ℥ß.
ol. cydon. maſtich. aa. ʒiij.
caſtor. ℥iij.
ſuccin. ℈j.
majoran. gtt. iij.
alum. uſt. ʒij.

Mordax ob *alumen uſtum linimentum* cum propter ſummum urinæ ardorem tolerare non poſſet (neſcieram enim vaginam uteri ſauciatam eſſe) præſcripſi *Decoctum Foreſti ad* ℥iiij. bis in die, atque ut *unguento* lumbos tantum, libero relicto perinæo, demulceret, imperavi: genitalibus *ungu. infrig. Gal. ol. roſ. lil. alb. mucilag. ſem. pſyll. cum* ▽*. nymph. extr.* Quorum uſu mire urinæ ardor mitigatus perſiſtente ejus incontinentia. Suaſi *balneas VVemdingenſes*, quas cum adire parant, domi prius inſeſſu in aquam dulcem facto, utrum ſufferre balneas poſſet, periculum fecit: Cum autem inde ſemimortua extraheretur, *VVemdingenſibus* uti non eſt auſa. Ordinatum proinde ſequens *electuarium* bis in die quantitate caſtaneæ ſumendum, auxiliante Deo, punctum omne tulit:

℞. *Nuc. cupreſſ. myrtill. toſt. raſ. ebor coriandr. ppt.*
ſang. drac. ver.
coral. r. ppt. ſuccin. a. ppt. aa. ʒj.
ſpod. ex ebor. ʒß.
rad. cyper. galang. aa. ℈j.
ſir. myrtin.
Conſ. fl. ſymphyt. aa. q. ſ. F. Elect.

Sequentis *pulveris* noctu, quum eſt itura cubitum, ſumatur ʒß.

℞. *Caſtor. myrrh. r. calaminth. aa.* ʒiß.
cupul. gland. ʒiiß.
lign. aloes ℈ij.
maſtich. ʒß. *M.*

Diæta medicamentis conformis. Ita convaluit, ſed hactenus in conjugio ſterilis. Factum id Anno 1688. nunc autem ſcribo Anno 1696.

* * *

Apoplexia fortis.

Vir 66. annorum litigioſus, moroſus, bibulus, quum excanduiſſet ira, nil pranſus in pagum exibat ſtomachum ſtomachoſum cerviſia leniturus; cum ejus vix unum quartarium hauſiſſet, *apoplecticus* corruit. In noſodochium portato mox omnes

omnes sensus aboliti, ronchi, stupor, biliosi vomitus. Jussi venam largiter aperiri: infudi naribusque admovi ♈um ⊖✳ci *cum Tinctura castor. bals. cephalicum* nuchæ affricui: cochleatim exhibita sequens *mixtura*:

℞. *Aq. majoran. fl. til. aa.* ℨiß.
apopl. Lang.
hirund. cum castor. aa. ℥ß.
♈. *lil. conv. ceras. nigr. aa.* ℨij.
ther. ℨj.
sir. beton. ℥j. *M.*

His nil proficientibus adhibiti *apophlegmatismi* fortes, frictiones linguæ cum *castoreo, mithridatio, pyrethro, clysteres fortes* &c. Sed laterem lavimus: post quatriduum enim, nunquam ad se rediens, exspiravit.

* * *

Phthisis.

Rusticus 36. annorum asthmate periodico ab annis aliquot laboravit, ante quatriduum horrore corripitur, hinc æstu, comitantur vehemens tussis, asthma, sputum cruentum, sitis, amaror in ore, anorexia, sudores, contabescentia: ordinavi sequentia:

℞. *Cons. flor. consolid.*
ros. rubr. aa. ℥j.
gumm. tragac. arab.
bol. arm. terr sigill. aa. ℨj.
sem. papav. alb. burs. past. aa. ℨiß.
sir. de ros. sicc. q. s. M.

Sumatur mane & noctu quantitas nucis juglandis. Ter in die inungatur spina dorsalis *linimento* sequenti calide:

℞. *Ung. infrig. Gal.*
axung. capon.
mucilag. sem. psyll.
c. aq. nymph. extr.
ol. nymph. aa. ℥j. *M.*

Hauriatur bis in die quartarius dimidius *Decocti*:

℞. *Herb. veron. tussilag. aa.* mj.
alchimil. sanic.
summit. virg. ⊙.
flor. bellid. hyper. aa. mß.
rad. liquir. tussilag. aa. ℨiij.
symphyt. maj. ℥ß.
sem. hyper. burs. pastor. aa. ℨiß.
fic. pingu. n. vj.
dactyl. n. iiij. *M.*
coq. ex mens. ij. *aq. font. ad consumt. quartæ partis, conc. & cont.*

In brodio carnis aut gallinæ assumatur liquefactum caponis gelu: Hæc acta *Julii decimo*: ejusdem *septimo decimo* rediens, ab istis medicamentis optime se habere dixit: Repetatur *Decoctum*, continuetur *inunctio*: hauriat bis in die *jus gallinaceum*, *flor. ac herb. bellid. min. veron. rad. symphyt. & ungul. caballin. medicatum* ad tres septimanas: Horis Medicis utatur ℨß. *pulveris* seq.

℞. *Rad. symphyt alth. liquir. aa.* ℨij.
irid. Flor.
pulv. haly rec. aa. ℨiß.
flor. ♀. ℨj.
bals. ♀. *tereb.* ℈j.
sacch. q. s. M.

Undecimo Augusti, quum actis gratiis se nil incommodi amplius sentire dixisset, *laxativo sequenti* felicem curæ colophonem imposui:

℞. *Aq. hyssop.* ℥j.
pulv. Cornach. ʒß.
fl. ♁. ℈j.
⊖✳*ci* ℈ß.
sir. de cich. c. rh. ℥vj. *M.*

* * *

Paralysis ex aqua gelida lethalis.

Puellus biennis cum semisse, ab ancilla petulantissima tempore hyberno in rivum frigidissimum umbilicotenus, quasi per jocum, immittitur. Hinc paullatim nervorum in pedibus resolutio, ut iis amplius insistere non posset: accesserunt postea atrophia cum stomacace. Post quatuor menses ad me itum: ordinavi sequentia:

℞. *Aq. salv. cochlear. malv. aa.* ℥j.
lact. Florent. alum. ust. aa. ℈j.
⊖. ♄*iat. gr.* xv.
mell. rosat. ℥j. *M.*

Pro oris collutione & gingivarum ter in die.

Cochleatim quater in die hauriatur *mixtura* seq.

℞. *Aq. cochlear.* ℥iß.
carv. ʒvj.
cochl. ʒij.
⊖✳*ci* ℈j.
sir. cochlear. de nicot. aa. ʒiij. *M.*

Utatur *balneo herbis articularibus & calidis medicato*, quod egressus inungi se patiatur *linimento seq.* quod mane item & noctu fiat:

℞. *Ungu. martiat.* ℥ß.
cochl. ʒij.
⊖✳*ci* ℈ij.
ol. castor. formic. aa. ʒj.
♀. *fœtid.* ʒß.
spic. bacc. junip. aa. ℈ß.
🜄. *opt.* ʒvj. *M. pro tota spina.*

Quamvis autem scorbutus remisisset, atrophia tamen contabescens brevi mortuus est.

* * *

Cholera humida.

Mulier 52. annorum bene habita incidit in *choleram humidam* cum vomitibus horrendis & alvo perflua. Virium summa debilitas:

℞. *Aq. plantag. menth. cinnam. cydoniat. aa.* ʒvj.
conf. de hyac. ʒj.
coral. r. ppt. CC. ust. aa. ℈j.
spir. cydon. ʒij.
ol. caryoph. gtt. ij.
laud. op. gr. ij.
miv. cydon. ℥ß. *M.*

Sumatur cochl. j. singulis horis, & noctu sequentis *mixturæ gutt.* x. ex jure calido:

℞. *Balf. Peruv.*
ess. nostr. vulnerar. aa. ʒß. *M.*

Quorum usu mox convaluit.

* * *

Melancholia tristis.

Studiosus quidam annorum viginti, *Jenæ* studiis operam navans, ibi corripitur subito *melancholia tristi*; caussa nec ipsi tunc, nec ulli alii postea, quum convaluisset, cognita. Medicatrices admovit illustris *WEDELIUS* per decem septimanas; aliorum denique suasu domum dela-

delatus, heic *Nordlingæ* B. Dn. Collegæ mei D. *VVELSCHII*, meæque curæ creditur. Exploramus hominem, omni, quam ſuppeditat rhetorica, perſuaſione uſi, ut, ſi quid animum coqueret occulti, nobis tacituris id propalare ne erubeſceret, ſed lapidi loquebamur, ne enim verbum, iteratis etiam iisdem quæſtionibus reſpondebat. Cætera in domo muſſabat, &, ſi forte quid loqueretur, id voce ſubmiſſiſſima fiebat. In uno loco pertinaci ſocraticaque patientia conſiſtebat, defixis in idem objectum oculis continuo intuens, nil quoque poſcebat, ſi nil offerretur, fame fortaſſis & ſiti periturus, parum tamen comedebat. Pertuſa largiter in brachio vena ſanguinem profudit haut adeo temnendum; ſegnior alvus *clyſmate* mota: paratum ex *radicibus aperit. cort. cappar. tamariſc. median. fraxin. rad. polypod. quern. herb. fumar. ſcolop. ceterach, flor. cordial. ſem. aniſ. raſ. lign. guajac. cum aromatibus &c. infuſum*, a cujus uſu indies ad ſe redire cœpit, intercalatis *electuario & tragemate antimelancholicis*: Denique *jure medicato radicibus petroſel. herb. fumar. naſturt. aquat. beccab. acetoſ. Hiſpan. & chærefol.* per menſem uſus adeo convaluit, ut nunc per octennium hilaritate nulli ſecundus commodiſſimum ſodalem præbeat.

* * *

A potu frigidæ in æſtu cardialgia.

Stereometra noſtras 28. circ. annorum cum intereſſet ſpectator comœdiæ, magnum in hominum confluxu æſtum paſſus, eum domi gelidæ potu largiter hauſto compeſcuit quidem, ſubſequente tamen *cardialgia* permoleſta:

℞. *Rad. ar. ppt. irid. Flor. aa.* ʒj.
chalyb. c. ♀. *ppt. raſ. ebor. aa.* ʒß.
cinnam. caryoph.
ſem. coriandr. ppt. aa. ℨj.
ſacch. ℨij.
ol. caryoph. gtt. ij. *M.*

Sum. ʒß. bis in die horis Medicis, applicato foris *ſacculo ex fl. chamom. herb. abſinth. menth. ſem. carv. & bacc. junip.* irroratis gtt. aliquot ☍. *menth. deſtill.* His, cum per dies aliquot uſus fuiſſet convaluit.

* * *

Phantaſmata diabolica.

Parochus quidam 38. annorum, vir eruditiſſimus, *hypochondriacus*, moribus ſeveris & perverſarum morum caſtigator acerrimus, cum in pago ſuo creberrimæ pecudes per incantationem interirent, acriter inde motus de ſuggeſtu in maleficas iſtiusmodi artes invehi cœpit, ringente mali Dæmonis conciliabulo. Haut ita multo poſt obverſari cœpit oculis in transverſo pariete quaſi umbratile phantaſma de die, noctu autem flammæ in morem coruſcans. Primis diebus piſi majoris circulum deſcripſit circuitu, hinc ſenſim in denarii, dimidii floreni, floreni totius, thaleri, orbis feneſtræ, orbis eſcarii &c. magnitudinem aucto, ſubito comparens, ſubito diſparens. Hoc phantaſma diurnum umbratile, nocturnum igneum, ſemper eſt eum de ſubito & nil tale cogitantem comitatum, in Muſæum & omnes cameras, quin templum, ſuggeſtum, altare.

Tunc etiam loquenti vox intercipiebatur & ſpiritalis fiſtula arctabatur, ut altiſſimum reſpiraret; creberrima tunc ſputatio, maxima præcordiorum anxietas, oculi caligine obfuſcati, ut legere non poſſet, ſed tacere cogeretur. Multi phænomenon interpretati ſunt opus imaginationis depravatæ, viro pio conſtantiſſime contradicente, quin & cauſſante, quod ſponda, cui dormiens affigebatur, magno fragore, noctu cumprimis quateretur ab iſta flamma. Motus hinc, ſi forte maleficium eſſet locale (id eſt, certo cuidam loco, domui, pago &c. deſtinatum) ab iſta parochia in vicinam aliam commigravit, adeo non voti damnatus, ut potius umbra infauſta proficiſcentis rhedam perpetuo comitaretur in via, ipſeque nihilo quietius in altera parochia viveret. Quin illuc jam impudentiæ phantaſma pr oceſſerat, ut uxori quoque, familiæ toti, immo peregrinis aliis (quos inter numero Concionatorem quendam Aulicum, Theologiæ Doctorem) ſe conſpiciendum præberet, cum adſpectantium anxietate haut vulgari, ſic ut ab imaginationis ſuſpicione vir optimus vindicaretur. Aliquando, ceu eſt ſcurra Dæmon, cum de hac iſtave re Parochus concionatus eſſet, miris ipſi phantaſmatis objectum concionantis repræſentantibus, illudebat; v. gr. in *Feſto SS. Trinitatis*, ut ſimplicioribus grande myſterium quadamtenus explicaret, trianguli ſimilitudine utebatur; unde umbra per aliquot dies, etiam in ſuggeſtu, trianguli formam referebat. Hæc omnia vir optimus mihi aliquando, cum nephriticis doloribus acerrime torqueretur, narravit, & cum & illic loci quiete vivere non poſſet, in patriam ſuam, celeberrimum Imperii emporium ſe contulit, ibidem æque ac ullibi divexatus, ſic ut peſſimus myriotechnites uxoris ſermonem & vocem mentiretur, maritum ridentis & ei peſſima quæque imprecantis. Oborta hinc in fidem uxoris antea lectiſſimæ ſuſpicio, tanto magis gravata & irroborata, quod cacodæmon aliquando ſub voce uxoris quam imitabatur, in culina cogitaret & de veneno Parocho in jure propinando: quod cum auditu percepiſſet Parochus, nil amplius ex manu uxoris comedebat, quin ejus aſpectum formidabat. Larvam denique excuſſit humani generis hoſtis, & cum Parocho de rebus fidei frequenter diſputare cœpit, parocho acerrime reſiſtente: qui denique ex inedia & mœrore, cum pharmaca quam plurima nil opis ferrent, contabeſcens, in JESU pie defunctus eſt.

* * *

Menſes immodici.

Hos in muliere 36. annorum, quum antea per 6. hebdomatas ſuppreſſi, nunc per integrum menſem continuo fluerent, auſpicato compeſcui *infuſo ex vino & aq. chalybeata cum rad. biſtort. torment. acor. ver. ſymphyt. fol. polygon. millefol. plantag. burſ. paſtor. fl. roſ. r. balauſt. ſant. flav. &c.* cochleatim ſumta ſeq. *mixtura*:

℞. *Aq. plantag. nuper deſtillat.* ℥iiß.
cinnam. cydoniat. ℥j.
conf. de hyacinth. inc. ʒj.
laud. op. gr. ij.
Coral. r. ppt. ʒj.
ſir. myrtin. cydon. aa. ℥ß. *M.*

Saccu-

Sacculus capiti ex *pane secalino cum ruta & camphora*; lumbis *cataplasma ex vino, aceto & rubrica fabrili.*

* * *

Dysenteria.

Parochus quidam 30. circ. annorum epidemica *dysenteria* per 3. septimanas laboravit. Medicus, quo utebatur, mera calida *antidysenterica*, eaque in sicca forma præscripsit, quorum vim adstrictoriam æger ad hecticam inclinans sentiebat quidem, sed instar sceleti contabescens, sitiens, sudans, & facie parum ab *Hippocratica* differente me consuluit. Pensitatis omnibus, exsiccantium vi, parcum istud, quod superesset, humidi, ni humectantia præscriberentur, brevi exhaustum iri, dixi. Ordinavi *Emulsionem ex aq. chalybeata, in qua CC. ustum & radix tormentillæ bulliverant, cum sem. frigidis, amygdalis dulcibus & sem. papav. parandam & pro lubitu bibendam.* Dedi *malvaticum juniperinum cum conf. alk. cochleatim hauriendum.* De die in diem melius habuit. Cum tormina superessent, ea propulsa *enemate ex lacte chalybeato, terebinthina & bals. peruv.* Solemus ista methodo frequentius & feliciter incedere, dum nobis offeruntur *dysenterici* calidi, exsucci, macilenti, qui à *pulveribus adstringentibus* sæpissime læduntur magis, quam juvantur. Tunc enim & compactor *dysentericus*, vir 45. annorum nobis offerebatur, cui ab initio dedimus *haustum purgantem ex rhab. tosto &c.* postea *mixturam ex Tinctura bezoard. Mich. opobals. & ess. nostra traumat. guttatim* ter in die sumendam, aliamque cochleatim ex *aquis & pulveribus adstringentibus juxta ac roborantibus.* Cum intra nycthemeron plus octogies assellasset (venia sit barbariei) ter in die sextam *pulveris* seq. partem assumsit:

℞. *Rad. bistort. torment. contrajerv.*
sangu. drac. lap. hamat. ppt.
Coral. r. ppt.
bol. arm. ppt. aa. ʒß.
gumm. arab. pulv. bezoard. Senn. aa. ʒj.
nucist. ℈ij.
laud. op. gr. vj. *M.*

Emulsio sequens pro lubitu hausta:

℞. *Aq. comm. in qua septies chalybs candens extinctus,* ℔j.
ebulliant in ea
rad. torment. suber.
CC. ust. aa. ʒij. *post.*
℞. *Sem. lapath. acut. plantag. bursæ past. aa.* ℥iij.
papav. alb. ʒß.
amygd. dulc. ʒj.
F. cum 🜄. *Colata l. a. Emulsio, add.*
🜃. *sigill. Coral. r. ppt. aa.* ʒj.
Juleb. rosat. parum D.

Extra ordinatus *fotus seu sacculus ex furfur. tritic. fol. querc. chamomill. & fol. verbasc. in* 🜍 *coctus & expressus. Pulvis sympatheticus* excrementis adspersus: ex quorum usu brevi, & brevius omnium opinione convaluit. Eodem modo salvum præstitimus puerum 12. annorum, ab exsiccantium *antidysentericorum* usu nimio totum arescentem, sitientem, torminosum.

A lacte

* * *

A lacte materno nimis calido pueri atrophia.

Sex hebdomatarum puellus totus contabuit, fitivit vehementer, ubique exanthemata *essere* dicta: quod matri lac esse calidius, quin & paucum, scirem, pusionem ablactandum censui, ejusque spinam frequentius inungi volui *linimento ex ungu. rosat. axung. capon. & mucilag. sem. cydon. cum aq. rof. extract.* quin & *balneum parare ex Dec. malv. alth. cap. pedibusque vervecis, affuso multo lacte bubulo*, quod cum fecissent, infans convaluit.

* * *

Barycocia senilis.

Vir 60. annorum aere frigido & ventis borealibus flantibus dum eques proficiscitur, sentit in aure sinistra pene auditum omnem aboleri. Nil juvit *spiritus acovisticus*, quem a pharmacopola nostrate acceperat. Ordinavi *nodulum masticatorium* jejuno stomacho mane usurpandum:

℞. *Rad. imperat.*
cort. samb. inter. aa. ℥iij.
fol. laur. ℥ij.
sem. sinap. staphid. agr. aa. ℥j.
caryophyll. ℈iiß.
mastich. ʒß.
M. F. ♀. *grossus.*

Olei sequ. gutt. v. vel vj. noctu cum bombace auri intrudantur.

℞. *Ol. amygd. amar.* ℥j.
anis. aneth. aa. destill. gtt. iiij.
majoran. salv. aa. gtt. vj. *M.*

Imponatur *sacculus* calefactus seq.

℞. *Herb. beton. rorism. salv. aa.* mß.
serpill. puleg. chamom. aa. p. ij.
sem. carv. ℥iij.
conc. gr. m. M.

Vitet *sternutatoria*. Sic brevi convaluit.

* * *

A Dysenteria maturius repressa, vomitus & varia symptomata.

Mulier annorum 40. corripitur *dysenteria*, quam accitus balneator maturius repressit, ea rursum in publicum prodeunte. Elapsis diebus vix binis corripitur horrore, insequente æstu, continuis inde vomitibus, cum pressione circa præcordia, anxietate, vicissitudine horroris & phlogosium, siti, deliquiis, pulsu intermittente, virium summa debilitate. *Mixturam* seq. capiat cochleatim:

℞. *Aq. meliss. menth. aa.* ℥j.
plantag. ℥ß.
cinnam. cydoniat. ℥v.
ol. caryoph. gutt. iij.
Conf. de hyacinth. inc. ℥j.
laud. op. gr. ij.
miv. cydon. ℥ß.
sir. de papav. ℥iij. *M.*

Sequentes *pulveres* mane & pomeridie ex jure capiat:

℞. *Spec. diacret. Mynf.* ℈j.
♁. *nativ.* ℈j.
laud. op. gr. ij.
F. ♃*es n.* ij.

Cataplasma scrobiculo cordis applicandum ex *fermento, theriaca & nuce moschata* (quocum alioqui pertinaces vomitus

mitus feliciter compescere solemus) Ab horum usu non nisi bis adhuc vomuit, mire tamen debilis. Capiat ter in die quantit. nucis myristicæ de seq. *Electuario*:

℞. *Conf. ros. antiq.* ℥j.
miv. cydon. ℥ß.
Conf. hyacinth. inc. ʒj.
Coral. r. ppt. 🜄. *sigill. opt. aa.* ℈ij.
ol. nuc. mosch. expr. ℈ß.
laud. op. gr. ij.
sir. menth. ℥ß. *M.*

Applicetur *Clyster domesticus*. Ex his, cum optime haberet, pressionis circa præcordia reliquias, *electuarii* usu continuato sustulimus, applicato insuper *sacculo ex menth. absinth. chamom. carv. & bacc. junip.*

* * *

Abortus impeditus.

Mulier 24. annorum à 12. septimanis gravida præcordiis angitur, dolor lumborum lacerans summus, versus inguina & matricem protentus, cum æstu, siti & cephalæa minabantur *abortum*. Capiat frequenter unum cochlear *mixturæ* seq.

℞. *Aq. naph.* ℥ß.
meliss. ℥j.
bals. embryon. ʒx.
ebor. philos. ppt.
Coral. r. ppt. aa. ℈j.
laud. op. gr. ij.
sir. Coral. ʒv. *M.*

Panni vino rubro calido imbuti crebro lumbis applicentur: syncipiti unguentum alabastrinum. Ea nocte lumborum dolor multum remisit. Pergat in usu mixturæ. Syncipiti emulsio externa, quæ dolorem capitis sedavit. Pro fallenda siti cusp. 1. *pulveris* ex *aa.* ☽ ♁ *iat. & matr. perl. ppt. cum sacch.* Singulis cervisiæ haustibus addatur. Sic malum omne sublatum.

* * *

Partus difficilis. Dolores post partum.

Mulier 32. annorum jam per 24. horas *difficultate partus* laborat. Aquarum præmatura eruptio. Dolor hypogastrii dextri insignis, de quo tamen etiam ante partum per tempus bene longum conquesta fuerat. Dolores cæteroqui ad partum fere nulli. Fetus bene locatus; jussi ut *pulveres* iij. sequentes ex cochleari *mixturæ* seq. sumeret, *mixturæque* subinde cochlear unum, intercalata semper, inter pulveres hora una:

℞. *Borac. ven.*
cinnam. acut.
aloes Socot. aa. ℈ij.
F. ♀*es n.* iij.

℞. *Aq. lil. alb.* ℥ij.
cinnam. ℥ß.
puleg. ℥j.
ol. succin. ℈ß.
sabin. gtt. iij.
sir. artemis. r. ℥j. *M.*

Primum *pulverem* statim vomitu reddidit, secundum retinuit quidem doloribus tamen, qui ad partum sufficerent, non succedentibus; tertius puellum sanum expulit. *Dolores post partum* acerbissimi sequenti *mixtura* cochleatim sumenda sedati, applicatis insuper *sacculis anodynis cum lacte coctis*:

℞. *Aq. meliss. puleg. aa.* ℥j.
cinnam. ʒiij.
diaph. ♂ *al.* ℈ij.
matr. perl. ppt. ℈j.
laud. op. gr. ij.
sir. de papav. ℥j. *M.*

Pulveribus & *mixtura* supra dictis in *partu difficili* optimo plerumque cum successu uti solemus.

* * *

Hæmoptysis ab oneris gestatione.

Vir 36. annorum ante octiduum *Augustam* pedester profectus, onus magnum bajulavit. Domum rediens horrore corripitur, sequitur dolor lateris dextri punctorius, spirandi difficultas, sputum cruentum & purulentum. Secat venam. Dolor & æstus intenduntur. Cessat exspuitio cum tussi. Dies jam sexta. Sumat *mixturæ* sequentis per singulas horas unum cochlear:

℞. *Aq. charefol. hyssop. aa.* ℥iß.
card. Mar. ℥ß.
Ocul. ♋ *ppt. mandib. luc. pisc. ppt.*
cruor. hirc. ppt.
♁ *diaphor. aa.* ʒß.
sir. capill. ♀.
oxym. squillit. aa. ʒvj. *M.*

Inunctio frequens *linimenti* sequentis:

℞. *Ungu. alth. anod. aa.* ʒß.
pingued. mur. mont. ʒiij.
ol. lil. alb. ʒß. *M.*

Cataplasma ex chamom. malv. & sem. lin. in lacte coct. Unde præter opinionem pauperculus evasit. Ob metum tamen phthiseos insecuturæ *Decoctum traumaticum* ad quartar. ß. mane & pomeridie hauriendum cum successu ordinavi:

℞. *Rad. symphyt.* ℥j.
helen. ʒß.
irid. flor. ʒiij.
summit. virg. aur.
herb. veron. alchim. sanic. aa. mj.
flor. hyper. p. ij.
sem. anis. ʒß.
Conc. cont. coq. in s. q. aq. simp. font.
Colat. ℔iij. *add.*
sir. de sarsar. liquir. aa. ℥j. *M.*

Notandum *omnes pleuriticos & hæmoptoicos sub finem curæ istiusmodi Decocta bibere debere, nisi elapso nonnunquam anno integro phthisici demum perire velint.*

* * *

Ulcus auris à rheumate retropulso.

Vir annorum 45. vinosus jam ante 3. septimanas de tussi & coryza conqueri cœpit. Nares gutturnium. In publicum tamen aëre frigidissimo, quum prodiret, coryza substitit; successit capitis & aurium, dextræ cumprimis, dolor; Denique sonitus instar explosæ bombardæ in dicta aure vicibus aliquot repetitus, postea in toto capite quasi tympani reboantis: postremo ruptus in aure abscessus multam saniem profudit, appetitu dejecto, sensibus obtusis, tabe. Potum ordinavi ex *rad. chin. sarsaparill. lign. sassafr. sem. fœnic. & passul.* It. *Unguentum* tale:

℞. *Ung. nutrit.* ℥j.
sacch. ♄ *tut. ppt. aa.* ℈j.
ol. ovor. q. s.

Mane & vesperi cotoni tantillum calide allitum auri intrudatur. Lintea quadruplicata *suffumigio* sequenti medicata crebro in die auri foris alligentur:

℞. *Ma-*

℞. *Mastich. thur. aa.* ʒiß.
succin. flav. ʒj.
rasur. lign. junip. ℈iiij.
styr. calamit. gr. iiij. *M.*

Melius pedetentim habuit, superstite tinnitu & obsurdescentia: quod per biennium fere nec purgasset, nec venam pertudisset, haustum ordinavi:

℞. *Aq. beton.* ℥j. *salv.* ℥ß.
pulv. Cornach. ʒß.
succin. a. ppt. ℈j.
magist. scammon. gr. vj.
♀. ⊕-*lat. gr.* xv.
sir. ros. solut. ℥ß. *M.*

Fonticulus non arrisit. *Haustus* tantummodo quater alvum movit. Pro fluxu auris penitus sistendo *pastillis pro fumo* mane & noctu; aure prius *hydromelle* elota utatur, fumo per tritorium admisso:

℞. *Thur. masc. myrrh. r. aa.* ʒj.
sandarach. ʒß.
sarcocoll. ladan. aa. ℈j.
F. ♀. *terebinthina excipiendus pro formandis pastillis.*

Ex quorum usu sensim est sibi restitutus.

* * *

Pedum Dolor à frigore.

Miles annorum 17. cui dulce bellum inexperto, ex *Hungaria* redux ab itinere hyberno per multas nives pedes refrigeravit, hinc intumescentes cum dolore, cætera sanus. Inuncti ter in die pedes calidissime, optimo cum successu, linimento sequenti:

℞. *Ungu. nervin. dialth. aa.* ℥ß.
axung. anserin. ʒvj.
ol. chamom. laur. vulpin. aa. ʒiij.
tereb. cypr. ʒij.
🜄. *opt.* ℥ß. *M.*

* * *

Anasarca curata.

Mulier 40. annorum primo pedes tumet, mox totum corpus, inappetentia, sitis, respiratio tamen libera. Urina crassa, turbida. Hauriatur potio hydragoga:

℞. *Aq. petrosel.* ℥j.
gial. n. resinos.
Crem ♀*i. aa.* ℈j.
gumm gutt. gr. iiij.
sir. ros. solutiv. ℥ß. *M.*

Bibat *Decoctum bacc. junip. & cynosb. cum arillis in sero lactis caprilli vel vaccini.* Pedibus intra nycthemeron *cataplasma novum ex fermento pistorum* ✠*to &* ⊖ *culinario.* Singulis cervisiæ haustibus cuspis cultri ♀*is ex aa. lap. prunell. &* ⊖. *absinth.* Inde convaluit.

* * *

A frigido potu Colica.

Coriarius 50. annorum ex potu nimium frigido in Itinere hausto corripitur Colica cum alvi adstrictione ad 5. dies durante: ordinavi sequentem *haustum* una vice sumendum:

℞. *Cass. rec. extr.*
ol. amygd. d.
sir. de alth. Fern. aa. ℥vj.
pulv. gial. n. resinos ℈j.
aq. chamom. ℥j. *M.*

Ex quo cum alvus flueret dolore tamen persistente præscripsi *pilulas* pro 2. dosibus.

℞. *M. Pil. de cynogl.* ℈ß.
♄. *nativ. gr.* v.
laud. opiat. gr. ij.
ol. carv. gtt. ij.
cum sir. de papav. F. pil. x.

Abdomini *sacculus ex carvo, absinth. & bacc. junip. Vinum Hispanicum buccella e simila captum.* Unde dolor evanuit.

* * *

Odontalgia.

Quinquagenarius vix tolerando *dentium dolore* versus noctem, cum antea ebrius per aëra frigidissimum profectus esset, cruciatur. *Oleum amygdalarum dulcium* cochleatim, idque calidissime, adsumtum, in ore aliquandiu detentum rursus exspuat, imposito foris frequenter *cataplasmate ex speciebus emollientibus in lacte coctis.* Elegantissimo euporisto & hunc, & *dolores dentium* in aliis multos auspicato compescui. Quo vero acri sero pateret alicubi exitus *apophlegmatismum* exhibui seq.

℞. *Ras. lign. sanct. sassafr. aa.* ℥ß.
rad. pyrethr. ʒij.
imperator. ʒiij.
sem. staphid. agr. ʒiß.
caryoph. aromat. ʒj.

Coq. in dimid. aqua & ✠ti. Colatura calide teneatur in ore. *Fumus* etiam *succini* pulvillis exceptus foris applicetur, quod consilium ipsi optime cessit.

* * *

Nephritis.

Virgo 28. annorum de summo lumborum dolore, horrore interpolato, siti inappetentia, Ischuria conqueritur. Bibat mane & pomerid. quart. ß. *Dec.* seq.

℞. *Rad. alth. petrosel. liquir. ras. aa.* ʒiij.
sem. 4. fr. maj. aa. ʒij.
papav. a. ʒiij.
cicer. r. ʒiß.
fic. pingu. n. vij.
dactyl. n. iij.
fruct. alkek. n. vj.

Coq. ex mens. iß. *aquæ.* Utatur insuper *cataplasmate ex herb. malv. chamom. rad. alth. & sem. lin. cum lacte coct.* Quorum usus fuit multum proficuus. Cum superessent nocturni sudores, lassitudo, urinæ ardor, crassities &c. noctu cubitum itura capiat *electuarii* seq. quantitatem juglandis nucis:

℞. *Cons. ros. r.* ℥j.
miv. cydon ʒvj.
gumm. arab. tragac. aa. ʒij.
♀. *rad. alth.* ʒiij.
c. sir. de alth. Fern. q. s.
F. Elect. crassum.

Mane ʒß. ♀*is* seq. ex jure.

℞. *Rad. alth. tost. & ♀is lat.* ℥j.
gumm. arab. ʒij.
sacch. ʒx. *M.*

* * *

Melancholia ad laqueum.

Vir annorum circ. 45. *melancholia hypochondriaca* affectus quum Anno 1688. invasiones gallicas evasurus e rure in urbem nostram se conferret, & aliquot septimanas heic vivendo consumere cogeretur, non sine familiaris rei magna jactura, mœrori se totum & adeo dedit, ut suspendio sibi gulam fracturus ab ancilla tempore opportuno laquei resectione liberare-

beraretur. Me tunc domi non existente pharmacopœus cum balneatore sectionem venæ ministrabant, syncoptico sensus motusque experti primum, hinc vehementius convulso *spiritum ⊖✱ci aromaticum cum essentia succini* remixtum odorandum præbent, infusis insuper *aquæ apoplecticæ* quibusdam cochlearibus. Hinc ad se rediens, actorum se quidquam esse conscium dejeravit. Eum post accedens, inveni totum attonitum & extra se positum, mœstum, anxium, timidum, vertiginosum, sinistrum latus dolentem. Capiat mane quartar ß. *Infusi* sequentis:

℞. *Rad. 5. aperient. aa.* ℥ij.
cort. tamarisc. cappar.
median. fraxin. aa. ℥ß.
cal. aromat. ʒij.
herb. fumar. scolopendr.
ceterach. schœnant. aa. mß.
sem. anis. ap. aa. ʒiij.
fol. Senn. Alex ℥ij.
limat. ♂. *fin.* ℥j.
cryst all. ♀i. ʒß.
ras. lign. guajac.
Superfunde vini fervent. mens. iij. *stent per noctem tecta loco calido, mane usus.*

Adsumat pro lubitu sequentes *rotulas:*

℞. *Spec. diambr. diamosch. diatr. sant. aa.* ℈j.
conf. alk. ʒj.
sacch. opt. in aq. borrag. sol. ℥ij.
F. l. a. rotulæ.

Ab horum usu egregie habere cœpit, secta post rursum vena & sanguine crusta alba obducto. Suasi, ut per 3. septimanas *jus nasturtio aqu. beccab. fl. hepat. nob. & rad. petrosel. medicatum* cum regimine sorberet, hinc venam sibi denuo tundi pateretur; quod cum fecisset, pæne totus convaluit, usus præcipue præservationis caussa per singulos menses *pilulis* seqq.

℞. *Extr. fumar. melanag. aa.* ʒj.
helleb. n. ʒß.
magist. gial. scammon. aa. ℈j.
gumm gutt. gr. xv.
croc. ♂. *aper.* ℈ij.
cum sir. fumar.
F. pil. pond. gr. j.
sum. n. xxv. *pro dosi.*

* * *

Pleuritis.

Mulier 30. annorum jam septimum diem *pleuritica,* cum symptomatis pessimi moris, dato prognostico tamen a DEO per me fuit sequentibus curata: sumatur cochleatim seq. *mixtura:*

℞. *Aq. charefol. card. Mar. aa.* ℥iß.
borrag. ℥j.
♀ *diaphor. Oc.* ♋. *ppt.*
sangu. hirc. ppt. ♃. *nativ. aa.* ℈ß.
lap. prunell. ʒß.
sir. viol. heder. ▽*str. aa.* ʒvj. *M.*

Pro potu *Decoctum pectorale officinarum. Lambile* pro lubitu cum *baculo liquiritiæ* usurpandum:

℞. *Ol. amygd. d.* ℥j.
sir. viol. capill. ♀. *aa.* ℥ß.
sacch. cant. a. ʒß.

Inunctio de die terna cum *linimento* seq. Superimposita *vesica bubula, decocto sem. lin. ex lacte semiplena:*

℞. *Ol. lil. alb.*
amygd. dulc.
Ungu. dialth. aa. ℥j. *M.*

* * *

Hemicrania periodica.

Molitor 42. annorum ante septennium dolore *periodico capitis* atrocissimo laboravit; sedes doloris erat latus dextrum circa frontem & per universam maxillam dextram protensus. Mane hora 7. incipiebat, & durabat ad primam vel secundam pomeridianam, desperatissime crucians, periodo rite observata. Remisit ante triennium, nunc a 3. septimanis sævius incrudescens. Inuratur nuchæ vesicatorium per octiduum apertum servandum. Sumantur noctu *pilularum* sequentium numero quinque, cum vehiculo ad libitum:

℞. *M. Pil. de cynogl.* ʒß.
succin. a. ppt.
styr. calam. aa ℈ß.
cum syr. de papav.
F. pil. n. XXV.

Imponatur *emplastrum* sequens:

℞. *Empl. de ran. Vig. cum* ☿. ℥j.
diaphoret. Mynf. ℥ß.
malax. c. ♂♀. *hyosc. expr. M.*

Naribus frequenter attrahat *elæosaccharum errhinum*:

℞. *Ol. succin.* ℈ß.
majoran gtt. v.
rut. salv. anth. aa. omn. destill. gtt. iij.
sacch. q. s. pro incorpor.

Hinc longe pejus, quam unquam habuit. *Pilulæ e theriaca cæl.* ab alio datæ nil profuerunt. Cum interna nollet, ordinavi *linimentum*:

℞. *Ungu. popul.* ℥j.
ol. hyoscyam. papav. aa. expr. ʒiij.
ol. nymph. coct. ʒij.
axung. castor. ʒiß.
op. theb. 🜄. *sol.* ℈j.
album ov. n. j. *M.*

Cataplasma ex rut. & semperviv. aa. recc. cum 🜊 *rosac. conquassat. Pediluvium ex fol. salic. verben. semperviv. cap. papav. solan. & cineribus.* Ex quorum applicatione dolor remisit.

* * *

Vulnus palpebræ superiori inflictum cum ecchymomate.

Puellus fere biennis ante quinque dies a matre ulnis gestatur amiculo non infibulato indutus. Casu factum, ut fibularum una dextram puelli palpebram versus interiorem oculi canthum prehenderet, vulnerata hinc pauxillum palpebra. Re susque deque habita corneæ supervenit *ecchymosis*, & *suppuratio*, palpebra læsa tumente & livente, oculo penitus connivente, puello nihilominus hilari, edente, dormiente, oculi tamen attactum non tolerante. Eluatur oculus *Collyrio* sequenti calide, quater in die:

℞. *Aq. plantag. euphras. verben. aa.* ℥ß.
🜔 *li alb. myrrh. r.*
succin. a. aa. ℈ß.
sacch. ♄. *gr.* v. *M.*

Postea splenium madefactum in sequenti *Decocto* calefacto applicetur:

℞. *Fl. cham. melil. fol. beton. aa. p.* j.
aloes socot. Myrrh. r. aa. ʒj.
croc. ℈j.
bulliant. in aq. font. quartar. j.
add. mell. rosat. ℥ß. *M.*

Ab

Ab his optime habere visus inconsideratius aëri frigido exponitur, unde symptomata recrudescunt: Hinc sequentia medicamenta parum mutata, eodem quo priora modo, exhiberi jussi insequente sanatione:

℞. *Aq. plantag.* ℥vj.
euphras. fœnic. aa. ℥iij.
tut. ppt. ℈j.
margar. ppt. succin. a. ppt. aa. ℈ß.
sacch. ♄ *gr.* vj.
camph. gr. ij. *M.*

℞. *Fol. plantag.*
chamom. sanic. aa. p. j.
myrrh. r. aloes socot. aa. ʒj.
croc. ℈j. *coq.*
add. mell. rosat. ℥ß. *M.*

* * *

Hydrops Cerebri.

Vir egregius 25. annorum jam ab anno integro laboravit certa quadam *vertiginis* specie, qua haut equidem subjecta circumrotabantur, sed ipse ceu temulentus, titubans, & ni alicubi se fulciret, lapsurus incedere cogebatur. In lecto cubans sibi optime valere videbatur; cæterum caput & facies cumprimis subtumida, lingua gravis, stupor mentis, velut ebrii, cephalæa. Variis usus medicamentis cum à Medicis, tum horum simiis, nullo aut parvo cum effectu, meum implorat auxilium *d. 6. Maji* 1689. Judicavi adesse *hydropem cerebri*, & affectum illi plane similem, quem describit *Platerus Obs. lib. 1. p. 96.* & difficillimum fore curam prædixi, nec nisi longo tempore, si DEUS adnuere velit, perficiendam. Ordinavi seq. Mane jejuno stomacho ℈j. *pulveris masticatoris* linteo obvolutus & ori inditus tam diu masticetur, donec pituitam amplius nullam attraxerit:

℞. *Rad. imperat.*
cort. samb. inter. aa. ℥ß.
fol. laur. ʒiß.
sem. sinap. staphid. agr. aa. ʒj.
caryophyll. aromat. ℈iiij.
mastich. ʒvj.
F. 🜔. *grossus.*

Ore post absolutam masticationem colluto assumat sequentis *pulveris* sextam decimam partem in cochleari *Decocti* mox describendi, cujus insuper post assumtum pulverem ℥iiij. hauriantur:

℞. *Sterc. pavon.* ʒiß.
rad. Doron. ver. ʒij.
♁. *nativ.* ʒj.
☉. *fulmin.* ʒß.
M. F. 🜔. *Divid. in 16. p. aqu.*

℞. *Ras. lign. Guajac. lentisc. aa.* ℥ij.
sassafr. ℥j.
rad. chin. in tal. concis. ʒvj.
bacc. Coffe ppt. ℥iiß.
herb. salv. rorism. aa. mij.
passul. min. ℥iiij.
Diger. per 24. horas cum mens. iiij.
aq. font. coq. vas. claus. ad remun. mens. iij.

Cum nares jam diu sint obstructæ *errhini* sequentis portionem tepidam e manu cava subinde attrahat (quod *errhinum* in omni narium, etiam contumacissima obstructione est nobile, a me frequentissime usurpatum, additis interdum in pertinaci blennæ viscriditate *elateris* granis duobus.)

℞. *Aq.*

℞. *Aq. beton. majoran. aa.* ℥j.
mann. calabr. ʒj.
🜖*li alb.* ʒß. *M.*

Quoties vult erectus incedere, *nodulum* sequentem in *vertigine* proficuum odoretur:

℞. *Rad. Doron. ver. irid. flor. aa.* ℥ß.
cubeb. coriandr. ppt.
cardam. maj. aa. ʒij.
fœnugr. sem. angelic. aa. ʒj.
M. F. ♀. *grossus syndoni insuendus.*

Noctu, ante quam itur cubitum *pediluvio* sequenti utatur:

℞. *Fl. chamom.*
herb. beton. puleg. aa. mij.

Coq. ex aqua fluviali, in qua sæpe querni titiones extincti. Alternis triduis *lotionem capitis* adhibeat ex *lixivio querno*, cui sequentia incocta:

℞. *Herb. salv. beton.*
majoran. rorism. aa. mj.
fol. laur. flor. lavend. aa. mß.
bacc. laur. junip. aa. ℥ß.

Post lotionem *suffitus* capiti, eaque vespera intermittatur *pediluvium*: nonnunquam *CCtulæ quà siccæ, quà scarificatæ*, etiam in nucha. Cibi condiantur *chærefolio*, masticet frequenter *confectionem Cubebarum*; sit exsiccantis Diætæ studiosus. His medicamentis cum ad *vicesimum Junii* diligenter usus fuisset, quid profecerim, propemodum ipse ignoro: Alia igitur via rem tentaturus, ordinavi sequentia. *Pilulas* primo *purgantes hydragogas*:

℞. *Extr. cathol.*
☿*ii dulc. rit. par. aa. gr.* xxiiij.
magist. gumm. gutt. gr. iiij.
M. F. pil. xxx.

Post *purgationem* in *decocto diuretico* sequenti mane, pomeridie autem ex jure sumat *mixturæ* talis triginta guttas:

℞. ♏⊖✳*ci aromat.* ʒiij.
Ess. succin. ♀*sat.* ʒj. *M.*

Decoctum est tale, ordinatum à me, quod urina parum procederet:

℞. *Hord. mund. cicer. rubr. aa.* ℥ij.
sem. alth. malv. aa. ℥ß.
mil. ☉ *petr. maced. aa.* ʒiij.
fic. pingu. n. x.
sebest. n. viij.
glycyrrh. ras. ℥ß.
Coq. in s. q. aq. font. Colat. ℔iiij. *add.*
sir. 5. radic. papav. errat. aa. ℥ij.

Sumatur mane cum antecedente *mixtura*, & noctu per se *quartar. sem.* Pro stomacho roborando subinde nucis myristicæ quantitas de *electuario*:

℞. *Carn. nuc. Ind. cond.* ℥ß.
Conf. ros. r. beton. fl. tun. aa. ʒvj.
Conf. alk. ʒj.
rob. rib. ʒv.
ol. caryoph. gtt. iiij.
sir. Coral. q. s. M.

Masticetur mane stomacho jejuno *pastillorum* sequentium unus:

℞. *Fol. nicot. laur. aa.* ʒij.
rad. imperat. ʒiß.
pyrethr. ʒß.
sem. sinap.
⊖✳*ci depur. aa.* ℈ij.

Excipiantur pulverisata mastiche in mortario calido pistillo calente, fiantque globuli ʒß. *ponderantes.*

Die 29. Junii cum de insignissimo capitis dolore conquereretur, ordinavi *unguentum* fronti crebro applicandum super linteo:

℞. *Ungu. popul.* ℥j.
pingu. castor. ʒiij.
ol. hyosc. expr. ʒij. *croc.* ℈j.
op. in 🜄. *sol. gr.* vj. *M.*

Quinque vesicatoria una vice eidem applicare jussi in nucha, duobus brachiis & duabus suris, e quibus flavescentis seri vis incredibilis prolecta. Urgenti tunc siti occursum *emulsione* tribus dosibus adsumenda:

℞. *Sem. cucurb. melon. aa.* ʒiij.
papav. alb. ʒß.
aqu. flor. paralys. endiv.
nymph. borrag. aa. ℥ijß.
F. l. a. Emuls. add.
pulv. bez. Senn. ʒj.
Jul. rosat. q. s.

Pro alteranda cervisia jussi, ut singulis haustibus adderet *pulvisculi ex aa.* ⊕ ♁ *iat & sacch. cant. a. momentum.*

D. 6. Julii cum difficulter purgaretur præscripsi *pilulas* virtute auctiores:

℞. *Extr. panchym. Croc.* ☿*ii dulc. aa. gr.* XXV.
magist. gumm. gutt. gr. v.
scammon. gr. iiij.
cum Tinctura ♀*i F. pil. n.* XXX.

Hæ *d. 9. Julii* una vice assumtæ ne semel quidem alvum moverunt: hausto vero pomeride *Decocto ex* ℥iß. *fol. Senn. cum prunis dulcibus* facto, sedes vix ternas extorsi. Cum adhuc ex capite doleret, *emulsionem pro epithemate capitis* fronti applicari jussi.

Dum hæc aguntur, & lymphæ confluxus istis medicamentis extra calvariam derivari non posset; cogitavi de *ptyelismo mercuriali*, ante vero, quam generosum istud auxilium applicare sustinerem, Beato nunc celeberrimo *WEPFERO*, Fautori meo, rem omnem exposui, qui pro ea, qua pollebat humanitate, sequentem in modum mihi respondit:

Salve plurimum Nobilissime & Excellentissime DOMINE, Collega honoratissime!

LItteras tuas, *Excel. Domine*, nuper hic accepi. Juvenis ægri, symptomatum syndromen, vertigini junctam, non ab occlusione levi pororum & ductulorum spirituum animalium, illorum motum præpediente pendere, sed ab aqua intra cranium stagnante Tecum sentio: a pure aut sanguine extravasato hæc non exspectanda sunt: utcumque enim similia pariant, at breviorem apostrophen faciunt, cum symptomatibus quoque atrocioribus. Aqua hærere, & cumulata fuisse videtur in ventriculis cerebri, & spatio inter utramque meningem, non circa cerebellum, quia viribus ultra annum valuit, & nimium potius, quam minus appetiit. Aqua hæc symptomata excitare videtur, non intima cerebri madefaciendo, sed potius ejus medullosam substantiam, thalamos opticos, nervosque acusticos & linguæ dicatos premendo, nam, si quietus jacet, vertiginem non percipit, sed si stet, aut caput erigat, tunc enim, præter vertiginem titubantem instar temulenti vacillat, & capiti ferendo impar sibi videtur: si intima irrorasset, pridem apoplexiæ succubuisset: *Universalia, scilicet purgantia, pulveres cephalici, Decocta lignorum: particulares evacuationes per masticatoria & errhinorum beneficio facta* non rejiciendæ,

ciendæ; utcumque via ex ventriculis cerebri & interstitio meningum in fauces & nares nondum satis cognita sit; Sec. *SCHNEIDER. de Catarrh. Dissert. Generi mei D. D. BRUNNERI de Glandula pituitaria*: Nec improbandi sunt *fonticuli*, illisque similia *setacea* nec *scarificationes* siccæ vel humidæ: semper enim aliquid caussæ antecedenti subtrahunt. Quoniam vero hæc hactenus nihil effecerunt, an aliquid boni a *Salivatione per* ☿ *ium commota* expectari possit? vehementer dubito: notum enim est ☿ *ium* generi nervoso valde inimicum esse, atque aurifabros ab illo tremulos reddi. Non possum non hoc etiam addere, *Mercurium* foris artubus illitum intra cranium repertum fuisse a *PETRO CASTELLO* & aliquando casu a me: Cum aliquando sepulchrum *Comitis* cujusdam, ultimi Illustrissimæ suæ familiæ, aperiretur, famulus quidam Calvariam arripuit, ac sceptra ligonibus æquari attollendo dixit, vix illa levicule mota ex ostio magno, per quod spinalis medulla descendit, elabitur pulvis niger cum *Mercurio vivo currente* in magna copia: hunc ex *lue venerea Venetiis* ante plures annos decessisse protinus comperi. *Potius ego suaderem Vesicatorium totius capitis capillatæ parti imponendum.* Paradoxum hoc videbitur. Attamen & tutum & proficuum hoc remedium expertus sum. Si non attingat partem cutis calvam aut depilem, nullam vesicam excitat, nihilominus incredibilem aquæ copiam ex poris proliciet. In simili casu in viro rustico 40. annorum, in alio 30. annorum felicissimo cum successu; immo, alio in casu apud illustrissimum quendam *Comitem*, & ante biennium hic quoque ob vertiginem in quinquagenario quoque Viro illustri id ausus sum. Rationem agendi, & quomodo juvet, nolo multis nunc explicare: Si Deus vitam concesserit, publici Juris hoc faciam. Sufficiat nunc modum applicandi indicasse. *Universalibus* præmissis, nec *cephalicis* neglectis, capilli cultro rasorio detondeantur: *Emplastrum vesicatorium Augustan.* inducatur, vel linteo, vel pelli, ad crassitiem pennæ anserinæ, imponatur toti cuti capillatæ, sinatur, instar *cucuphæ*, probe firmatum, ne loco cedat, ad hor. 8. vel 10. Postea auferatur: Caput detergatur linteis teneris, postea tegatur *folio brassicæ capitatæ butyro perlito*: id bis vel ter quotidie, donec nulla amplius aqua emanet: sinatur cuticula siccesci; videbitur multis poris prædita, seu poro, licet nullas vel saltim minutulas vesiculas *emplastrum* excitarit. Repeto hujus *emplastri* impositionem ter quaterve, immo, donec symptoma remiserit. Plura non addo. Vale Excell. Domine cum tota familia, viveque feliciter.

Stutgardiæ inter negotiorum tumultus d. 8. Octobr.
1689.

Excell. T.

ad officia paratissimus
JOH. JACOB WEPFER,
M. D.

Ubi tamdiu litteræ meæ delituerint, nescio. Dum autem responsionem exspecto *d. 18. Julii*, noster cum ab usu novissimorum medicamentorum melius expecta-

pectatione habuisset, plus etiam, quam ubi sanissimus esset, comedisset, abolito prorsus capitis dolore, vesperi subito corripitur *aphonia*, cum insultus *apoplectici* non levibus indiciis. Cito vocatus, quum ad se jam parum redisset, *mixturam* per cochlearia præbeo:

℞. *Aq. ceras. n. fl. til. aa.* ℥j.
hirund. cum castor. ep. Lang. aa. ℥ß.
♒. *lil. convall.* ʒij.
⊖✳*ci gutt.* xxx.
theriac. opt. ʒj.
♁. *nativ.* ℈j.
sir. fl. paralys. ℥j. *M.*

Vertici, nuchæ, temporibus *inunctio balsami*:

℞. *Ol. nuc. mosch. expr.* ʒj.
rut. lavend. aa. gtt. iiij.
succin. ℈j.
⊖✳*ci depurat.* ʒß. *M.*

Ea nocte statim melius habuit, usque ad *6. Augusti*, qua denuo sub vesperam *apoplecticus* corruit, sine sensu, sine motu aut ullis vitæ indiciis: accersitus venæsectionem ad ℥iiij. imperavi, qui sanguis, cum vix per horæ quadram in scutella quievisset, in meram gelatinam densabatur. Ori patientis infudi *mixturæ* sequentis viginti guttas ex cochleari vini:

℞. *Ess. castor. succin.*
♒. ⊖✳*ci aromat. aa.* ʒß. *M.*

Quibus adsumtis ad se paullatim rediit. Iterata quoque *mixtura* cum inunctorio *balsamo d. 18. Julii* ordinata. Ea nocte quater vomuit, de reliquo mitius habens, nisi quod difficillime loqueretur. *D. 7. Augusti* cum cephalæa immani affligeretur, ordinavi *cataplasma* sequens in cephalæis expertissimum, & olim in *Curlandia* mihi communicatum:

℞. *Rad. cyclam. rec.* mj.
fol. majoran. rosmar.
Fl. stoech. arab. cham. lav. aa. mß.
fol. matrisylv. mij.

F. omnium pulvis, additaq. mica simılaginis ex lacte in pultem coct. inter lintea sæpe calidißime toti capiti imponatur.

D. 9. Aug. Virium summa debilitas, quibus reficiendis ordinavi *mixturam* seq. cochleatim sumendam:

℞. *Aq. fl. 4. cordial. aa.* ℥vj.
cinnam. cydoniat. naph. aa. ℥iij.
♒. *lil. convall.* ʒij.
⊖. *dulc.* ʒß.
sacch. perl. ʒiij.
sir. flor. tun. ℥ß. *M.*

Deliquia jam creberrima cum abolitis motu & sensu, sudoribusque frigidis convulsionum prænunciis.

D. 13. Aug. Dolor tensivus ligamentorum subter genua. Jussi, ut ter indie *pannis fumigatis* locum fricarent, & sequens *linimentum* inungerent:

℞. *Ungu. martiat.* ʒij.
Ol. vulpin. ʒiij.
philosoph. ʒij.
♒. *lumbric.* ʒß. *M.*

Interea fugitivus quidam Linitextor, Erro, nomine *Jacob Stern*, *Zommershausensis* haut procul *Ulma VVürtenbergica* ditionis hic appulit, qui surdos & mutos, etiam a nativitate, gibbosos & podagricos, quin omnes morbos longe desperatissimos venæsectione sola curare sustinebat. Et erant adeo stulti, qui pannosissimo scurræ fiderent. Hic adiens

nostrum operam quoque suam est illi liberaliter pollicitus. *Cataplasma* proletarium fronti applicat, se altera die mane rediturum dicens, & si fronti digitus adhæserit, se certo ægrum curaturum pollicebatur: qui vero quum adhæsisset, obtemperantes illico reperit ægrum cum adstantibus. Raninæ tunduntur, post aliquot dies vena in dextra parte frontis, ramus venæ frontalis non ad tempora, sed magis versus frontem: parum sanguinis emanavit: jussit postea radi capillos, & venam quærere in sutura coronali. Sed cum æger indies viribus mage deficeret, prout equidem divinaram, hominem statim, me rursum accito, exesse jusserunt, postquam ipsius mandato *cinerũ nicotianæ* vim notabilem *errhini* loco attraxisset. Veniens itaque ægrum meum ab illo nimium quantum mutatum reperio, nec satis ad haurienda pharmaca valentem. Neque, ut verum fatear, animum ad medicamenta præscribenda satis promtum afferebam, non quod invidia medicastri tenerer, sed quod omnia fore frustranea præviderem. Jussi, ut mane noctuque *Confect. alk. compl.* ℈j. ex *aqua ceras. nigr.* sorberet, idque factum *d. 1. Octobr.*

D. 4. Octobr. Quasi syncopticus jacuit cum pulsu debili. Denunciato mortis periculo ordinavi *mixturam* cochleatim sumendam:

℞. *Aq. borrag. ros. r. aa.* ℥j.
apoplect. ʒvj.
cinnam. ʒiij.
conf. alk. compl. ℈j.
sacch. perlat. ℈ij.
sir. fl. tun. acetos. citr. aa. ʒiij. *M.*

Carpis & naribus admota sequens *mixtura*, quibus imbuta lintea:

℞. *Aq. ros. naph. aa.* ℥j.
🜍. *rosac.* ℥iß.
lil. conv. ʒiij. *M.*

Pomeridie, cum viribus plusculum valeret, alvumque a quatriduo non exonerasset, revulsionis quoque fine *clysterem* ordinavi:

℞. *Rad. alth. lil. alb. aa.* ʒiij.
irid. nostr. ℥ß.
imperat. ʒij.
herb. malv. alth.
chærefol. petrosel. aa. mß.
sem. lin. fœnugr. aa. ℥ß.
carv. ʒiij.
Coq. in s. q. 🜄 *simp. font. Colat.* ℥ix. *add.*
elect. cathol. bened. laxat. aa. ʒvj.
ung. clysmat. ℥j.
ol. rut. ℥ß.
🜿. ʒj.
vitell. ov. n. j. M.

Quem vix ad momentum retinuit, alvo tamen post horæ decursum soluta. Ea nocte parum dormivit.

D. 5. Octobr. Valde debilis. Nil cibi vel medicamenti vult intromittere. Dato prognostico, ut *cordiali mixtura* uti pergerent, jussi. Paullo autem post, & ante quidem, quam *VVEPFERIANA* responsio ad manus meos venisset, in DEO placide exspiravit.

Pro certo narrabatur, hominem fuisse ludendi avidissimum, & pecuniæ vim multam ludendo prodegisse. Socrum inde consilium dedisse, ut uxor, quocumque modo posset, *lac suillum* ei propinaret; quod ubi fecisset, eum ab illo tempore male habere cœpisse. Cui commento,

mento, si quis fidem adhibere velit, ei quidem per me liberrimum esto.

* * *

Abortus à neglecta Venæsectione.

Rustica mulier 31. annorum bis est abortum passa: gravida venam sibi tundi nunquam est passa, tametsi plethorica esset. Scabie sicca totam cutim obsita. Ordinavi *infusum*, cujus mane & vesperi haustum calide bibat:

℞. *Rad. bryon.* ℥j.
Zedoar. angel. aa. ʒij.
herb. puleg. meliss. charef. aa. mj.
cass. lign. ʒiij.
fl. cheir. p. j.
mac. ʒj.
pro mens. iß. vini.

Post hujus usum basilicam brachii dextri secandam volui, hinc per mensem uti *jure medicato ex charefol. fumar. beccab. meliss.* Ex quorum usu melius habuit.

Recordor etiam Rusticæ plethoricæ, quæ aliquot abhinc annis tertiâ vice justo gestationis tempore emenso, fœtus bene formatos & torosos in ipso pariendi actu defunctos ediderat; cui cum venæsectionem medio & circa finem graviditatis tempore celebrandam consuluissem, dehinc felicius vivos fœtus in lucem edidit. *Lucas Schröckius D.*

* * *

Lapsus de equo.

Caupo plus quam sexagenarius, vino repletus, de equo labitur, & in latus dextrum impingit. Dolor inde punctorius summus cum asthmate, tussique, nil tamen sputi cruenti. Sumat mane & pomerid. quartar. ß. *Decocti* sequentis calide:

℞. *Spec. pro Decoct. vulnerar.* mvj.
Coq. in aq. mens. iß. ad consumt. quart. j.
Colat. add.
syr. heder. ▽str. fl. hyper. aa. ℥iß. *M.*

Huic *Decocto* semper prius instillentur gutt. xv. *mixt.* seq.

℞. *Ess. m. vulner.* ʒij.
bals. peruv. ℈ij. *M.*

Noctu ante somnum *pulvis* ex jure calido:

℞. *Pulv. ad cas. officin.* ʒij.
sperm. cet. ʒj.
♁. *nativ.* ℈j. *M.*
Divid. in 6. part. aqu.

Latus dolens inungatur *unguento nervino, anodyno & dialthea*, proportione anatica mixtis. Vitetur vinum & acida quæque. Sanatus est.

* * *

Empyema.

Vir 30. circiter annorum, à potu nimio spirituosorum, affatim cumprimis mane hausto, aliisque diætæ erroribus, in tussim, asthma, dolorem dextri lateris sub ista papilla punctorium, tabem &c. incidit, frustra diu consilio Medici cujusdam non incelebris usus. Sexta post septimana, quam esset medicatus, *d. fer. Maji 12. Anno 1689.* quum dolori amplius ferundo se minus parem sentiret, ad me misit; cum autem ad statum morbi plenius cognoscendum aliquæ adhuc circumstantiæ me laterent,

dum melius informarer, jussi, ut loco dolenti *cataplasma ex rad. malv. alth. & sem. lin. in lacte caprillo coctis* applicaretur, unde mox ruptum intus *empyema* puris fetidissimi vim satis magnam per tussim ferocissimam exantlavit, summo cum adstantium & ferme intolerabili tædio, viribus multum fatiscentibus, ut perpetim decumbere cogeretur. Cum parum fausta possem ominari, sequentia nihilominus ordinavi: Mane & pomeridie haustum calidum *Decocti*:

℞. *Spec. pro Decoct. pectoral. & vulnerar.* miiij.
ras. lign. sassafr. ℥j. *M.*
Coq. ex mens. ij. *aq. font. ad reman. mens.* iß. *Colat. add.*
sir. heder. 🜄 *str.*
Diacod. Mont. aa. ℥iß.
... cochlear. ℥ß.
(ob pus viscidum) *M.*

Noctu somni tempore *Opobals. ver. gtt.* vj. ex jure calido sumat. Hora una post assumtum *Decoctum pulveris* seq. ʒß. per se deglutiat:

℞. *Rad. irid. flor. helen. liquir. aa.* ʒij.
Oc. ♋. ppt. ʒj.
antib. Pot. sem. fœnic. aa. ʒj.
sacch. rosat. tab. ℥j. *M.*

Pro inunctione spinæ dorsalis mane & vesperi:

℞. *Ungu. infrig. Gal. axung. capon. mucil. sem. cyd. cum aq. plantag. extr. aa* ℥j. *M.*

D. 18. Maji Cum se ab usu medicamentorum belle habere nunciaret, appetitumque cumprimis vigere, repetitum *Decoctum*, & omisso *bals. peruv. Essentia mea traumatica gtt.* xx. singulis dosibus instillari jussum. Ordinavi *gelu symphyti*, vel *mucilaginem* potius, cum *aq. veron. & rosar. extr. & cum sacchari s. q. edulcat.* Cujus duo cochleariabis in die sorberet.

D. 23. Maji Vires indies accrescere, spiritum leviter duci, tussim remittere nunciavit, ordinavi:

℞. *Elect. resumt. Gerb.* ℥ij.
Conf. alk. c. ʒiß.
sir. fl. tun. ℥j *M.*

Capiat, quoties libet, cusp. 1. cultri, pergendo cum reliquis medicamentis.

Die 24 Maji Decoctum repetitum ea differentia, ut *spec. pro Decoct. pector.* mij. *pro Dec. vulnerar.* miiij. acciperentur, it. loco *Diacodii* adderetur *portulacæ sirubus*, ea fini, ut tussi semper decrescente, major respectus conglutinationis partium thoracis læsarum haberetur. Mutatus quoque *pulvis*, ut loco *rad. helen.* substitueretur *rad. alth. it. Oc. ♋.* ℈ij. & *antib.* ℈iiij.

D. 28. Maji. Ex qua nescio caussa tussis iterum augetur cum sputo purulento: alvo etiam adstricta. Continuatus *essentiæ traumaticæ* usus & inunctio spinæ. Alvus *potione* sequenti soluta:

℞. *Ol. amygd. d. cass. rec. extr. sir. de alth. Fern. mann. Calabr. aa.* ʒvj.
aq. scabios. parum. F. haustus.

Die 31. Maj. Iteratum *Dec.* ultimum, cum *opobalsamo.*

D. 17. Junii rheda vectus æger ad me *Nordlingam* venit. Qui motus violentus ipsi parum feliciter cessit. Aucta enim hinc tussis, sudor multus quasi hecticus, exscreatio quasi adustionem olens:

℞. *Conf.*

℞. *Conf. ros. r.* ℥iß.
muc. cydon. ʒvj.
Conf. de hyac. ʒß.
Coral. r, ppt. ʒj.
antih. Pot. ℈ij.
lap. prun. ʒß.
sir. viol. parum.

Capiat interdum castaneæ nucis quantitatem: cum reliquis diligenter pergat. Optime successive habuit.

D. 19. Julii. Cum esset minus Diætæ observans, de pressione stomachi, & iterata purulentæ materiæ cum tussi exscreatione conqueritur:

℞. *Cass. rec. extr.* ʒvj.
mann. Calabr. sir. ros. solut. ā ℥v.
pulv. Cornach. ℈j.
aq. farf. q. s.

F. *haustus* una vice sumendus.

D. 29. Julii Denuo sputum cruentum & purulentum cum tussi: Capiat mane & noctu quantit. juglandis de *elect.*

℞. *Sem. hyosc. alb. papav. alb. aa.* ʒij,
Conf. ros. r. ʒj. *M.*

Loco *pulveris* consueti sumat *pilulas n.* viij.

℞. *Tereb. cypr.*
Ocul. ♋. *ppt.*
spec. diatr. fr. aa. q. s.
F. pil. pond. gr. ij.

Hauriat per 4. dies pomerid. hora 5. quart. ß. vini, in quo ʒj. *Oc* ♋. ebullierunt, *Decoctum* ultimum, quod per totum morbi decursum indesinenter hauserat, porro bibat.

Denique *20. Aug.* sepositis omnibus usum *balf.* 🜍. *crassi Boylei* ad gutt. 20. mane & pomerid. cum *Conf. ros. p.* j. & *cons. heder.* ▽ *str. parr.* ß. mixti, ac noctu cochl. iij. *Sirubi* ejusdem *Boylei traumatici è succo fol. plantag. & rad. symphyt. cum sacch. decoct.* suasi: quorum usu diuturno is, qui jam ab omnibus, & me ipso pro conclamato habitus fuerat, ex orci faucibus feliciter ereptus, adhucdum pancratice vivit. Soli DEO Gloria.

* * *

Tympanites cum Ascite.

Mulier 60. annorum à semestri *ascitico tympanitica* decumbit, nunc demum medicamentis usura.

℞. *Extr. esul. gr.* xv.
elater. gr. ij.
magist. gumm. gutt. gr. iiij.
cum ol. bacc. junip. F. pil. n. xx.
pro una dos.

NB. His pilulis familiariter in *hydropicis* utor cum successu. It. post purg.

℞. *Summit. virg.* ⊙. ♀*is.* ʒß.
♀. ⊕*-lat.* ʒj.
⊖. *succin. vol.* ℈j.
F. sex pulveres.

Mane semper unus ex jure sumatur. Potus sit *Dec. seri lactis cum bacc. junip.* Pedum plantis applicetur *catapl. ex fermento cum* ✠ & ⊖*e.* Præter omnium opinionem ex his solis convaluit.

NB. *Summit. virg.* ⊙. in quavis *dysuria* nobiles, experim. *BOYLEI.*

* * *

Epilepsia puerilis.

Filiolus 3. septimanarum multis torminibus & excretione viridi affligitur. Detur cochleatim sequens *mixtura d. 29. Maji.*

℞. *Aq.*

℞. *Aq. ceras. n.* ʒß.
carv. simp. ℥iij.
Tinct. ☉ ant. ℈j.
sir. fl. pæon.
papav. a. aa. ʒij. *M.*

Abdomen inungatur crebro calide seq. *linimento*, ad infantum tormina mihi usitato:

℞. *Ung. alth. malv. cancror. aa.* ʒvj.
ol. amygd. d. ʒij.
nuc. mosch. expr. ℈j.
carv. menth. aneth. chamom. aa. cort. ʒiß. *M.*

Hinc melius habuit usque *ad 31. Maji*, ubi per totam noctem iterum vociferabatur:

℞. *☉ fulmin. gr. j.*
☽. ☿ iat. gr. iij. *M.*

Præbeatur quocumque modo. Excrevit fetidissima. Pomeridie tamen *epilepsia* levis. Propinanda cochleatim seq. *mixtura:*

℞. *Aq. flor. til. lil. convall. aa.* ʒiij.
naph. rosar. aa. ʒij.
Smaragd. ppt. ℈ß.
lap. bez. or. gr. iij.
sacch. perl. ʒiß.
sir. fl. tun. parum. M.

Quietus fuit, usque ad horam 10. nocturnam, postea per totam noctem iterum plorans: mane *pulvisculum* crebro una vice, præbendum ordinavi:

℞. *Smaragd. ppt.*
cryſtall. fossil. aa. gr. iiij.
lap. bez. or. gr. j.
margar. or. ppt. gr. iij. *M.*

Injectus *clyster è mucilag. hord. cum ol. rut.* Ab horum usu aliquandiu continuato, exhibito cumprimis etiam *pulvisculo* ex

℞. *Lap. bez. or. gr.* ij.
unicorn. ver. gr. iiij.
margar. or. ppt. gr. v. *M.*

per DEI gratiam ad statum sanitatis haut contemnendum evectus fuit.

* * *

Alvi obstructio.

Mulier 36. annorum à 4. septimanis alvi pertinacissima duritie laborat, eamque reddere cogitur tanto cum labore, ut sanguinem simul per anum exprimat, scybalis nimium siccis. Bibat mane *jus carnium fol. & flor. verbasc. fol. malv. lactuc. ſpec. ach. & charefol. medicatum.* It. *Tinctur. ♀ gutt. 20.* antemer. hor. 9. & pomer. 2. hor. 3. Prandium & cœnam auspicetur *pane butyro rec. oblito*, noctu cubitum itura sumat ʒß. *pulveris:*

℞. *Rhabarb.* ʒß.
Crem. ♀. ℈ij.
cinnam. mastich. aa. ℈j.
sacch. rosſ. tabulat. ʒiß. *M.*

Quæ multum ipsi proficua fuerunt.

* * *

Congressus maritalis absque ulla voluptate.

Neogami per annos ultra tres, nî fallor, sine ulla voluptate, immo cum fastidio coibant. Maritus asseverabat, se olim cum prostibulis summa cum voluptate rem habuisse, nunc autem molestum sibi esse cum uxore congressum. Uxorcula forma haut aspernanda, nil quidquam etiam se voluptatis in coitu sentire querebatur, quin elapsa vix post amplexus venereos hora dimidia in vagina sensum ardoris permolesti, qualis esse solet urinæ ardor,

dor, percipere. Cujus rei caussa balneas *VVemdinganas* adibat. Re probe pensitata conjectavi, semen mariti ab impuris congressibus forte corruptum & acre redditum gonorrhoeæ quid simile exhibere, hinc voluptatem in coitu nullam, semen autem intra vaginam uxoris detentum, glandulas vaginales rodere, quin lympham ibi hospitantem, vitioso quodam fermento inficere, unde ipsa demum sit facta cachectica: nullibi tamen aut fascinum aut impotentiam incusanda, quum adsit actus congressus perfectus, extensio virgæ & ejaculatio. Maritus utatur sequentibus *pilulis* pro una dosi:

℞. *Extr. cathol.*
☿ *ii dulc. aa. gr.* xxv.
F. pil. n. xxx.

Mane & pomerid. hora tertia ʒß. *pulveris* seq. adsumat:

℞. *Rad. alth.* ♀*ris.* ʒß. *liquir.* ʒij.
gumm. arab. tragac. aa. ʒiß.
sacch. rosat. tab. ℥j. *M.*

Noctu cubitum iturus sorbeat gutt. x. *bals. de Copaiba* cum jure. Uxor ante balnei insessum ʒß. *pulveris* seq. adsumat:

℞. *Pulv. cachect.* ʒß.
spec. diacurc. ʒij.
croc. ♂ *. aperit.*
tereb. cypr. coct. aa. ʒj.
sacch. ros. tabul. ℥j. *M.*

Noctu sumatur pars quarta seq. *Emulsionis*:

℞. *Sem. Cannab.* ℥j.
4. frig. maj. aa. ʒj.
aq. nymph. lactuc. portul.
endiv. aa q. s. F. Emuls. cui add.
spec. diatrag. fr. ʒj.
sir. de alth. Fern. parum.

Quid ista medicamenta effecerint, hactenus nondum rescivi.

* * *

Mammæ sine papillis.

Anno 1689 heic *Nordlingæ* vidi mulierem 42. annorum, mammillis satis turgentibus præditam, sed absque ullo papillarum vestigio, idque à prima nativitate.

* * *

Gründlich-kurtze Beschreibung Einer/ so lang die Welt stehet/ unerhört/ (a) und entsetzlichen Begebenheit/ die sich eräuget mit JOH. THEODORO, mein/ ZACHARIÆ Döderleins/ Hoch-Fürstl. Brandenb. Pfarrers zu Beroltzheim zwölff-jährigem Söhnlein/

Welchem durch Zulassung GOttes etwas widriges begegnet ist/ daß aus seinem hochaufgeblähten-gewesenen Leibe/ nach außgestandenen unbeschreiblichen Leyd und Schmertzen/ iñerhalb 24. Wochen drittehalbhundert Stück entsetzlichen Ungeziefers/ und dann 26. andere leblose seltsame Dinge/ zum Munde heraus kommen/

Welches alles so wol hohe Stands- als ungemein viel gemeine Personen mit Vergiessung heisser Thränen gesehen/ und auf Sr. Hoch-Fürstl. Durchl. gnädigsten Befehl/ theils in Dero berühmte Kunst-Kamer nach Onoldsbach geliefert worden.

Anno 1695. d. 18. Decembr.

A. Ω

JCH kan zwar ohne hefftiges Entsetzen nicht gedencken/ an die

grausame und unerhörte Begebenheit / so sich durch Zulassung GOttes mit meinem Kinde / leider / zugetragen; jedoch/weilen **Se. Hoch-Fürstl. Durchl.** mein gnädigster Fürst und Herr / gnädigst befohlen / folget anbey eine zwar kurtze / doch außführliche Consignation alles dessen / was sich / laut meines Diarii, von Tag zu Tag mit meinem Sohne begeben.

Anno 1694. den 29. Novemb. erlaubte ich JOHANN THEODORO, meinem zwölff-jährigen Söhnlein bey lieblichem Sonnenschein / mit seinen andern Brüdern / im Garten zu spielen. Den 30. Nachmittag gegen Abend klagte er den Kopff und Magen / und wegert sich zu essen / unerachtet man ihm etwas bessers / als sonsten / gereichet; worauf meine Liebste ihm einen Löffel voll **Gifft-Brandtewein** eingabe / der Hoffnung lebende / ihren Sohn bald wieder gesund zu sehen.

Den 1. December aber fieng der Knabe an sich hefftig zu erbrechen / und bekam s. h. fluxum ventris, womit viel kleine Würmlein von ihm giengen / weßwegen die bekümmerte Mutter ihr angelegen seyn liesse / diesem ihrem unvermutheten Patienten mit allerhand Hertz- und Magen-Stärckungen zu helffen; als aber ihre Haußmittel nicht wolten anschlagen / consulirten wir hierauf

Den 3. December Herrn **Langen** in **Weissenburg** / einen aus der Stadt **Bern** gebürtig / in der Artzney-Kunst wol erfahrnen und berühmten Mann / (*b*) welcher dann nicht ermangelt einige wider das Brechen dienliche Mittel 6. Tage lang zu verordnen / es wolte aber die vertröstete Genesung nicht erfolgen / noch das Erbrechen aufhören.

Mulier 44. annorum *hystericis passionibus* à juventute obnoxia, nuper peregre tempore pluvioso profecta, cum domum reverteretur, in leipothymiam hystericam, tormina insignia & summas anxietates incidit, sic, ut ejus vitæ metuerent. Vocatus ordinavi sequentia medicamenta:

℞. *Aq. chamom. carv. aa.* ℥j.
elix. uterin. Croll. ℈j.
aq. hirund. cum cast. ℥ß.
laud. op. gr. ij.
sir. papav. alb. ℥ß. *M.*

Detur subinde cochlear. It.

℞. *Tinct. castor. succin. ♀i sat.*
⊖✳ci aromat. aa. ℈ß. *M.*

Dentur bis in die gutt. xv. cum *mixtura* superiori. Interdum quoque madefactum his *tincturis* linteolum naribus admoveatur. Abdomini calide sæpius applicetur *sacculus carvo* repletus. Postero die, cum parum adhuc dolores remisissent, scripsi *pilulas*, quarum ʃ. pro una dosi bis in die pro lubitu adsumeret:

℞. *Maſſ. pil. de cynogl. gr.* xij.
extr. caſtor. gr. vj.
laud. op. gr. ij.
c. ſir. de papav. F. pil. n. x.

Abdomen totum frequenter calidiſſime inungatur:

℞. *Ungu. anod. popul. aa.* ℥ß.
ol. hyoſc. expr. ʒiij.
chamom. ʒij.
pingu. capon. ʒiij.
croc. ℈ß. *M.*

Hac methodo in *paroxyſmis hyſtericis* plerumque feliciter incedo, quod & hic factum: nonnunquam applicato inſuper *emplaſtro umbilicali vel ex ſolo galbano; l. ex theriaca, caſtoreo & ol. ſuccin. cum aſ. fœtid. & galbano.*

* * *

Febris catarrhalis.

Puella 7. annorum *d. 2. Febr.* 1690. veſperi magno æſtu ac dolore capitis, etiam uſque ad ſuccedens delirium ſubito invaditur. Tuſſicula continuo durans, interdum cum pituitæ viſcidæ excretione, thoracisque ſtrepitu. Chirurgus præbuit ſudorificam potionem parum ſuccedentem. Variolarum tunc epidemicarum metus compulit parentes, ut me accerſerent *d. 5. Febr.* Per cochlearia detur ſeq. mixtura:

℞. *Aq. fumar. fl. acac. aa.* ℥j.
ſir. jujub. papav. a. rub. id. aa. ʒij.
CC. philoſ. ʒß. *M.*

CC. uſtum cerviſiæ miſceatur. Foris *emulſio pro epithem. capiti & epicarpia.* *D. 6.* mane navium inſignis hæmorrhagia, quæ pomeridie rediit exeunte notabili ſanguinis quantitate: æſtus nondum remiſit. Data per aliquot vices *Emulſio:*

℞. *Sem. 4. fr. maj. aa.* ℈j.
papav. alb. ℈ij.
aq. roſar. acac. endiv. acetoſ. aa. ℥ß.
F. Emulſ. add.
pulv. bez. Senn. ℈j.
ſacch. perl. parum.

Bis in die præbeantur horis medicis *pulviſculi:*

℞. *Ebor. philoſ. ppt.* ℈j.
bez. miner. ♁. *nativ. aa. gr.* iij.
Divid. in 3. p. aqu.

Ea nocte multum deliravit. *D. 7. Febr.* iterata *emulſio* cum ♀e uno, unde calor plurimum remiſit, & omnia ſymptomata mitiora facta. Pomeridie cum permoleſta tuſſicula continuo affligeret, propinavi *ſperm. cet.* ℈ß. cum *aq. acac. ſir. viol. & jujub.* Ea nocte placide dormivit etiam remittente tuſſi. Hinc *8. Febr.* iteratum *ſperma ceti*, quod, cum adhuc ſemel ſumſiſſet, omnino convaluit:

* * *

Eadem cum tuſſi ferina.

Infans puella 9. menſium, rheumatiſmo, puſionibus tunc epidemico, cum *tuſſi ferina d. 6. Febr.* 1690. corripitur, comite æſtu ac ſiti:

℞. *Ebor. ſ.* ▽. ℈j.
bez. miner. ♁. *nativ. aa. gr.* v. *M.*

pro 4. doſibus bis in die horis Medicis ex quovis liquore propinand.

Data inſuper pro aliquot hauſtibus *emulſio.*

℞. *Sem.*

℞. *Sem. 4. fr. maj. aa.* ℈ß.
papav. alb. ℈j.
aq. rof. fl. til. acac. ceraf. n. aa. q. f.
F. Emulf. edulc. facch. perl.

Foris *Emulf. pro epith. cap. & pulsuum*, *cum ungu. pectorali.* Visa equidem puella tunc melius habere, siq. *8. Febr.* Parens ad me perscripserat, nil propemodum æstus superesse, sed insigne cum sibilo thoracis asthma. Repetendam volui internam *Emulsionem*, & semel in die dari cum pulticula *spermatis ceti gr.* viij. quod ultimum, cum pupula fastidiret, intermissum. *D. 10. Febr.* in pejorem omnia statum redacta, asthma, respiratio creberrima, æstus quasi flammeus, convulsionum metus, imminente cumprimis plenilunio. Dentitionem simul adesse suspicabar. Mutata *Emulsio*:

℞. *Sem. 4. fr. maj. aa.* ʒß.
papav. a. ʒiß.
aq. endiv. acetof. ceraf. n.
fl. til. aa. q. f.
F. Emulf. add.
smaragd. ppt. gr. vj.
man. chr. perl. q. f. M.

Bis in die ℈ß. de *polline* præbeatur:

℞. *Pulv. march.* ʒß.
cryftall. fossil. ℈j.
smar. ppt. ℈ß.
♁. *nativ. gr.* viij. *M.*

Pergant cum externa *emulsione.* Muniatur imminente *plenilunio* fontanella capitis *emplastro theriacali*, pedumque soleolæ *ruta viridi conquassata.* Ab eo die ad *15. Febr.* successive remiserunt symptomata: *Emulsionem* ultimam in dupla dosi transmisi. Tussi vero, quam horribilem vocabant, ut mederer, quæ tunc erat infantibus epidemia, *rotulas tragacanthi* in potu solvendas dedi, & mixturam cochleatim infundendam:

℞. *Aq. hyssop.* ℥ß.
fir. de nicotian. ʒiij.
∿ ⊖✱*ci* ℈ß. *M.*

Pectusculo sæpe applicentur *tapa in oleo lini frixa.* Unde convaluit. In *tussi ferina & epidemia infantum*, quæ in *Rhætia* nostra fere singulis annis eos invadit, pluresque, qui medicinis non utuntur, jugulat, remedia tussibus alias opponi solita, nil omnino juvare deprehendi. Sola mixtura hic ultimo loco posita, quantumvis insuavis à me saluberrima in hisce tussibus multoties experta, præter quam nil nisi *liquorem CC. succinatum* ad præcavendas convulsiones pro ratione ætatis bis in die propino. *Sunt enim hæ tusses verius pulmonum caducus, & tusses convulsivæ.* Supervenientibus quippe convulsionibus plerique infantes interierunt.

* * *

Ophthalmia à mensibus.

Puella 18. annorum tempore menstruo in aqua frigida per totum diem morata ophthalmiam insignem sibi contraxit. Oculorum bulbi tumentes, sanguine suffusi, horridi aspectu, de die quidem non dolentes, noctu autem acerbe. Ordinavi venæsectionem in dextro pede largam. Hinc seq. *pilulas* una vice deglutiendas:

℞. *Extr. panchym. Cr.*
M Pil. de succin. Cr. aa. gr. xij.
resin. scamm. gial. aa. gr. vj.
F. pil. n. xxx.

Postea

Postea *Collyrium*, quocum mane & noctu oculi inungantur:

℞. *Mucilag. è sem. psyl. & cydon. aa. cum aq.*
fl. cyan. calcatr. & fœnic. extr. ℥ iß.
album. ov. n. j.
conquassentur invicem.

Unde mox ophthalmia sublata.

* * *

Gangræna à topico nimium fervente umbilico applicato.

Filiolus octiduanus torminibus noctu corripitur, hinc epilepticis convulsionibus. Vocatus reperio maxillas convulsas, & borborygmos.

℞. *Aur. fulmin. gr.* iß.
arcan. duplic. gr. ij. *M.*

Detur in *sir. violar.* capiti sive fontanellæ *emplastrum theriacale.* Cochleatim seq. *mixt.*

℞. *Aq. hirund. cum cast.* ℥ß.
sir. fl. pæon. ʒij.
sacch. perlat. ʒß. *M.*

Clyster è mucilag. vel Crem. hordei cum ol. rutac. Vesperi rediens inveni pusionem summe debilem. Fasciis autem relaxatis, proh DEUM! video *frixum ovum* Chirurgi suasu, ejus umbilico, sed nimis adhuc fervens, impositum. Hoc aliquot vesicas, & inter eas unam grandem excitarat, aqua limpida plenissimam, & instar nucis juglandis turgentem, cum signis jam præsentis gangrænæ: quarum majorem forficula aperui, illita post *mucilag. sem. cydon.* postea *ungu.* ex *ceruss. cum ol. oliv. & album. ov. conquassata. Clysterem* ipsemet applicavi, quem statim reddidit, prodeunte simul materia nigerrima: & cum occupatus essem in amoliendo sphacelo, puellus fato subito defungitur.

NB. Ad sedanda infantum tormina *ova* ejusmodi *frixa* inter linteamina umbilico applicata sunt euporiston non contemnendum, modo quadantenus refrixerint. Ejuscemodi autem frixa fervorem diu retinere solent, hinc in applicandis opus est cauto, & propriis prius manibus, quin oculis etiam, experiundum, utrum fervor satis remiserit. *Crailshemii* cum versarer, idem cum infante sororis meæ contigit: vesicæ tamen nondum aderant, at macula lata, livida quasi suggillata. *Linimento è mucilaginibus cum album. ovi applicato* brevi fuit restitutus.

* * *

Febris Petechialis.

Pastor quidam 47. annorum ad *Danubium* vivens ex febre petechiali jam ad undecimam diem decubuerat, angina, delirium grave, petechiæ consertissimæ, singultus, metus mortis. Cum rescivisset me *Hochstadii* morari, ut se visitarem rogavit. Hypocaustum ingressus ab eoque visus amplexus haut suaves sum passus. Me enim nil tale opinante, ipse delirus è lecto se proripit, & gaudium super Adventu meo conceptum declaraturus me totum amplectitur, premit & osculatur, sudore insuper diffluens. DEI autem gratia, & animus, qui divinitus mihi concessus est, imperterritus, omne contagium à me clementer averterunt. A *succo sempervivi saccharato* meo suasu bibito fauces multum refectæ.

℞. Lap.

℞. *Lap. prunell.* ℈iiij.
camph. ℈ß.
M. F. 2. ♀es.

Sumantur per aliquot dies, bis, horis Medicis, ex jure. *Aqua confortat. officin.* pro lubitu cochleatim sorbeatur. *Emulsio externa* fronti applicetur. Pectori *linimentum Aëtii ex ol. amygd. dulc. cum vino vel ▽. & ⓓ. paratum. suppedalia & epicarpia ex ferment. pan. cum ✠. subact.* Quorum usu fracta febri, auspicato, & mirantibus omnibus, convaluit. Ante vero, quam in publicum prodiret, cum caussaretur tenacissimam pituitam in exscreando sibi multum negotii facessere, pro ea incidenda ordinavi cochleatim:

℞. *Aq. scabios. borrag. aa.* ℥j.
fl. acac. ʒß.
Oxym. squillit. ʒvj.
∽. cochlear. ʒij. *M.*

Quin & *laxativum* pro Colophone:

℞. *Sir. de cich. c. rh.* ʒß.
ros. solut. ʒvj.
pulv. Cornach. ʒß.
aq. cichor. ℥j. *M.*

* * *

Mensium obstructio.

Virgo 25. annorum de asthmate à mensium paucitate conqueritur, quam sibi contraxerat, cum fluxus tempore comedisset nimium secalinæ panis à furno calentis. Capiat mane ʒß. *pulveris* sequentis ex *jure carnium nasturt. aquat. armorac. & rad. petroselini medicato:*

℞. *Ras. ebor.* ʒß.
cryst all. fossil. ʒiij.
Oc. ♋. crud. ʒj.
cinnam. ℈ij.
croc. ℈j.
myrrh. r. ʒß. *M.*

Jure medicato per integrum mensem utatur, mane cum *pulvere*, pomeridio per se. Sic menses in ordinem coacti, ea convalescente.

* * *

De privata remediorum dispensatione & querela contra Pharmacopæum, alia Epistola.

Wol-Edler rc.

Was ferner die Intriguen mit Hn. Apotheker betrifft/ weßwegen mein Hochgeehrter Herr Nachbar meines weiteren guten Rahts verlanget/ ist mir nochmalen leid/ daß sie in so weit verfallen/ und hätte man/ meines wenigen Ermessens/ die Sache nicht so weit sollen kommen lassen/ oder man solte/ wo möglich/ solche noch abzugraben suchen/ **weil mehrentheils des** Medici caussa, sie sey so favorable, **als sie wolle**/ **am wenigsten** attendiret **wird.** Daß aber um mir überschriebener Ursachen willen/ und bloß wegen Außspendung einiger arcanorum, meinem Hochgeehrten Herrn Nachbar von seiner Bestallung 30. fl. decurtiret/ und dem Apotheker/ als ein Wartgeld/ gereichet werden solten/ kan

ich keines weges absehen/ wie es mit Fug geschehen könne/ es wäre dann/ über diese/ noch eine andere Ursache obhanden/ um welcher willen meinen Hochgeehrten Herrn Nachbarn seine Obrigkeit strafwürdig zu seyn erkennete/ die mir verborgen. Dann/ ich geschweige/ daß dieses ein Exemplum sine exemplo, und der Ehre und Respect eines Medici, (**welchen man doch/ auch in solchen Fällen/ da er/ der Medicus, nicht allerdings recht hat/ jederzeit wider den Apotheker mehr manuteniren/ als denselben prostituiren solte**) höchst nachtheilig/ auch vielleicht unerhöret. So wird eben deßwegen denen Physicis in den kleinen Städtlein fast durchgehends eine bessere Bestallung/ als in grossen/ gereichet/ weil gemeiniglich in kleinen Orten die Praxis viel geringer ist/ als in grossen Städten. Wann nun einem die Besoldung noch dazu solte geschmälert werden/ wie könte ein ehrlicher Mann seinem Stande und Gradu gemäß subsistiren? Zu dem/ so wäre dieses eben/ als wann man dem Pfarrer etwas von der Bestallung nehmen und dem Meßner geben wolte. Was rechte/ und also zu nennen würdige arcana betrifft/ kan der Herr Nachbar/ ohne Nachtheil seines/ und aller Medicorum, Respects, davon keines weges abstrahiren/ noch sich abweisen lassen. Gleichwie auch ich an meinem Orte/ unerachtet die Hn. Apotheker auch dawider protestiret/ dannoch nicht gewichen/ sondern die Licenz solche außzugeben/ von allhiesig Hoch-Löblichem Magistrat per Decretum außgewürcket. Wolte auch wol hundert berühmte Medicos für einen erzehlen/ die dergleichen aller Orten/ ohne jedermans Einrede/ zu thun gewohnet. Daferne man auch rechte Nachfrage und Forschung thun solte/ würde sich sonder Zweiffel finden/ daß Hr. Apotheker viel mehr wider seine Pflicht und Instruction handle/ in Außgebung nicht allein der Purgantien/ sondern auch anderer innerlichen Artzeneyen/ welches ihnen/ weil sie dazu genugsamen Verstand/ aus Mangel der Theoria, nicht haben/ gäntzlich unzuläßig; da sie aber dannoch solches thun/ und einem Medico verboten seyn solle/ einige arcana selbsten außzugeben/ hätte ja der Knecht mehr Freyheit/ als der Herr/ welches absurd lautet. (a) Daß aber der Apotheker klaget/ es werden nicht alle von meinem Hochgeehrten Herrn Nachbarn præscribirte Recepte in seiner Officin gemacht; So solle zwar mein Hochgeehrter Herr Nachbar gegen niemand seine Officin verachten/ oder jemanden von selbiger in eine andere weisen; Er kan aber auch niemanden obtorto collo dahin zu gehen zwingen/ sondern muß hierinnen den Leuten ihren freyen Willen lassen. Wie viel meiner Recepten werden jährlich in **Käysersheim/ Donauwörth/ Oettingen/ Höchstädt/ Dillingen** &c. ja in **W.**

selbsten

selbsten gemacht? Kein hiesiger Apotheker hat sich darüber jemalen beschweret: Eben so wenig/ als sie andere und fremde Recepten abweisen/ oder ich solches von ihnen verlange/ die von anderer Medicorum Händen in ihre Officinen kommen. Gleichwie endlich einem Apotheker freylich viel daran gelegen/ daß er einen rechtschaffenen Medicum habe; also ist gewiß/ daß auch mancher Medicus, um seines liederlichen Apothekers willen/ um Renommé und Wolfahrt kommet/ worinnen ich doch niemanden zu nahe geredet haben wil. Fehlet es in W. an meinem Hochgeehrten Herrn Nachbar/ wie ich keines weges hoffe/ so wird derselbe an seinem Orte/ und zu seinem eigenen Besten beflissen seyn/ den Fehler zu verbessern: Fehlet es an dem Apotheker/ wird ein Löblicher Magistrat ein gleiches zu effectuiren nicht abgeneigt seyn: Fehlet es an beyden Orten/ muß man mit einander Gedult haben. Schließlich rathe meinem Hochgeehrten Herrn Nachbarn/ daß er aus dieser Materie etwan mit anderen Medicis, auch correspondire/ oder doch seine Obrigkeit ersuche/ an ein oder andern Ort schreiben zu lassen. Womit &c.

Nördlingen den 9. Julii 1692.

LENTILIUS.

Nota.

(*a*) Pharmacopœus in dispensatione privata variorum medicamentorum, contra jus fasque & juramenta sua ubique locorum nefarie peccare, tam est notum, quam quod notissimum. Et tamen hi, cum Medicum aliquot selectiora suis ægris impertiri resciscunt, illico querelas suas ad Magistratus deferre non tantum non erubescunt, *sed plerumque à Magistratibus contra Medicum defenduntur.* Absurdissimum profecto facinus! Nam, audite, & attendite, o boni Magistratus! quale damnum vos prius amoliri decet, publicum an privatum? Opinor vos esse de illo responsuros. Jam, si hoc, nonne à pharmacopœorum clandestina, immo etiam publica, inartificiali tamen, inconcinna, & periculosa praxi, damnum in totam Rempublicam redundat, idque eo majus, quo pretiosior est auro sanguis humanus, cum à privata Medici dispensatione quorundam arcanorum, damnum in solam pharmacopœi, privati hominis crumenam redundet: Immo, qui vos estis prudentes, qui à proletariis officinarum medicamentis contingenter, quam à secretioribus Medici pharmacis certo curari mavultis? idque in gratiam pharmacopœorum? *Surdis autem narratur fabula.*

* * *

Insultus epileptici à dentitione.

Puellus 23. septimanarum insultibus epilepticis à dentitione infestatur.

℞. *Aur. fulmin. gr.* ij.
arcan. duplic. gr. iij. *M.*

Bene expurgatus est. Noctu clamitanti clyster applicatus ex *Dec. chamom.* cum *ol. rut. coct. & anis. destillat.* add. *melle rosat.* Die sequenti pulvis cum pulte subinde præbendus:

℞. *CC. philos.* ℈j.
succin. a. ppt. cryst all. ppt.
smaragd. ppt. aa. ℈ß.
lap. bez. or. gr. vj. *M.*

Emulsio successive propinetur:

℞. *Sem. 4. fr. maj. aa.* ʒß.
papav. a. ʒj.
aq. rut. capon. Myns. aa. ℥j.
hirund. cum cast. naph. aa. ℥ß.
F. l. a. Emuls. add.
pulv. march. ℈j.
sacch. perl. parum.

Spina dorsalis inungatur *axung. castor. & ol. rut. coct.* Fontanellæ capitis empl. theriacale; temporibus, nuchæ & vertici balsam. cephal. meæ descript. Unde ad se rediit.

* * *

Marasmus.

Marasmo senili Pastoris in anno magno climacterico constituti, medicamentis sequentibus contraivi, eo adhuc per quinquennium fere satis commode vivente. Sumat 2. cuspi. cultr. ex *jure de pulvere* sequenti:

℞. *Gelatin. CC. sicc.* ʒß.
amyl. gumm. arab. tragac. aa. ʒij.
antihect. Pot. (a) *rad. ar. ppt. aa.* ʒj.
troch. alkerm. ʒiij. *M.*

Noctu haustus bonus *emulsionis* hauriatur:

℞. *Amygd. dulc. ambros.* ʒß.
sem. melon. ʒij.
aq. Decoct. capon. cum passul. q. s.
F. Emuls. edulc. sacch. cant. a.

Electuarium nostrum resumtivum pro lubitu sumat, quin & pro humectando *cons. ros. Ital. genuensium.* Diæta sit roborans & humectans. Successive appetitus & vires redierunt.

Nota.

(a) Hoc in majori dosi præscriptum oportuit, siq. pro tot. præbiis cum ʒj. parum proficiemus.

* * *

Febris maligna periculosissima.

Juvenis 19. annorum Chirurgi Nosodochialis Filius *d. 8. Jan.* 1691. è Nosodochio domum rediens, horrore primum, post æstu, dolore capitis &c. corripitur. Pater ei bis dedit sudorificos haustus. Malo nil remittente *10. Jan.* venam in brachio tundi curavi. Levamen tunc equidem è vestigio sensit, calor autem, appetente nocte, increscere, sitis urgere, cervisia vomitu rejecta. *D. 11. Jan.*

℞. *Spec. diacret. Myns. gr.* xxiiij.
bez. miner. ⦶ ♁ *iat. aa. gr.* xvj. *M.*

F. 2. doses ante- & pomeridie horis Medicis ex *jure* sumendæ. Sitim compescat *Julebo* (NB. hic unus, è plurimis, quos tunc eodem morbo decumbentes, curavi, cervisiam non tantum non appetivit, sed horruit etiam, cum alii plerique, rejectis aliis potibus, hanc avidius, quam optaveram, sitiissent.)

℞. *Sir. rub. id. ceras. acid.*
Oxys. simp. Juleb. rosat. aa. ℥vj.
♁. ⚴. ℈ß. *M.*

Fiat

Fiat cum aqua fontana Julebus, quin & interdum cochl. j. per se sumatur. Capiti *emulsio pro epithemat.* Faucibus *gargarismus ex aq. fontana cum aceto permixta.* Ea nocte delirium grave. *D. 12. Jan.* accessit tussicula, dolorque punctorius in regione splenis:

℞. *Aq. scorzon. borrag. aa.* ℥j.
è typh. cerv. ℥ß.
CC. philos. ♁ *. diaphor. aa.* ʒß.
⊖ *. vol. CC. gr.* vj.
sir. fl. tun. ʒiij. *M.*

Sum. binis haustibus mane & pomerid. horis Medicis. In reliquis pergat, additis *epicarpiis* & *suppedalibus*. Parenti faucium cura. Noctu *emulsionis haustus è sem. 4. fr. maj. papav. a. cum aq. acetos. borrag. card. Mar. & è typh. C. edulc. cum Jul. rosat.* *D. 13 Jan.* iterata hæc omnia. Vesperi raninæ pertusæ. *D. 14. Jan.* repetiti haustus. *D. 15. Jan.* Deteriora omnia. Petechiæ raræ. Potum detrectat. Jectigationes, delirium, res plena periculi:

℞. *Aq. confort. offic.* ℥ß.
scorzon. è typh. cerv. aa. ʒvj.
ebor. philos. bez. miner. aa. ℈j.
camph. gr. vj.
conf. de hyac. ʒß.
sir. rub. id. ʒiij. *M.*

Detur pro binis vicibus. Jam cervisiam datam, fortasse quod mens non constaret, hausit, hinc eam ut magis refrigerantem redderent, admixtione seq. *pulvisculi* linteolo excepti & in urceum immissi, volui:

℞. ☽. *ppt. CC. ust.*
cryst all. ppt. ♁ *. diaph. aa.* ʒj. *M.*

Thoraci *linimentum Aëtii*. Cum reliquis externis pergatur. *D. 16. Jan.* virium summa debilitas:

℞. *Spec. cord. temp.*
pulv. anal. fr. Mind. aa. ℈j.
♁ *. nat. gr.* vj. *M.*

Pro 2. dosibus, more consueto usurpandis. Reliquorum continuus usus. Per hanc totam diem vehementer vociferatus, quod per noctem etiam duravit. Mane *d. 17. Jan.* quietiori facto *potiones* nudius tertius præscriptas præbui. Quod & *18. Jan.* factum. *D. 19. Jan.* virium extreme debilis. Pulsus naturalis. Urina sanorum simillima. Vox exilis &c. cum spiritus nimium vi morbi suppressos judicarem, sanguis autem adeo non ferveret, *jussi, ut vini generosi potiunculam ei præberent*, (a) meque de effectu certiorem redderent. Quod cum fecissent, obrepente somno placido, & insequente sudatiuncula blanda, notabiliter melius habuit, dolorem tamen in ventre caussans. Rediit sermo, nec is quidem inconcinnus, pulsus robustior & concitatior. Applicatus *clyster ex emollientibus cum oleo papav. & ungu. clysmatico*: vesperi *haustus*:

℞. *Aq. ros. naph. aa.* ℥ß.
cinnam. ʒij.
CC ust. cryst all. ppt. aa. ℈ß.
sir. papav. a. ʒiij. *M.*

Noctu vini aliquot cochlearia rursum concessi. Ea nocte perbelle dormivit, sine ullo clamore. *D. 20. Jan.* pulsus ad sensum melior, *clysma* applicatum nil operatum est. Hodie mane vinum iterum præbitum, quocum, ut jam desinerent, suasi. Jussi repeterent vesperi *haustum* hesternum,

num, loco tamen *fir. papaveris albi*, eum, qui paratur ex *erratico* sumerent. Repetitus *clyster*. Sensim ad se, DEO sint laudes, opinante nemine, rediit.

Nota.

(*a*) Multi Practicorum in febribus malignis usum *vini* adeo non temnunt, ut potius eundem, ceu refectivum quovis alio melius, suadeant. Cauto hic opus est: nec Practico cuivis, cumprimis novitio, est obvium, quando potissimum in hisce morbis vinum propinare conducat. Est aliquando ubi moriuntur ægroti inter media deliria, vel paullo post illa, æstu & siti febrili perpetuo durante: quisquis in hoc casu, sanguine adhuc & spiritibus multum fervidis, vinum suis concedit, eos in maniam aut phrenitidem potius adactos jugulat. Est, ubi in morbi statu sanguis defervescit, spiritus aut consumti sunt, aut suppressi & sepulti, vires collabascunt, ægri vix digitum movere possunt; heic nulla sitis, pulsus aut omnino debilis, aut ad naturalem accedens, urina sanorum similis, oculi caligantes, corpus ad sensum frigidius. Heic in vini generosi haustulo summum remedium. Inde somnus & udor suavis cum pulsu concitatiore, colore vividiusculo. Heic spiritus refocillantur, novus vigor sanguini additur, & æger convalescit. Qui, si Medicus refrigerantia propinare perexisset, absque dubio exspirassent. Consulti fuimus aliquando, ut mederemur cauponi pagano, viro 34. circ. annorum, ex febre petechiali decumbenti: Urina summum sanguinis incendium prodidit, adfuere deliria, inquietudines & alia. Ordinata, una cum *fixioribus bezoardicis potenter refrigerantia in- & externa*, per dies aliquot. Cum elapsis hisce diebus forte fortuna per istum pagum iter facerem, cauponem meum, DEO absque dubio ita dirigente, invisi. At bone DEUS, quæ virium debilitas? continuus mador. Spiritum ægerrime trahebat. Parum loquebatur. Corpus frigebat potius, quam calebat, pulsus debilis; nulla sitis &c. Ego statim, ut *refrigerantia* ei præberent interdixi; *epithemata* externa abjeci: *Epicarpium* ordinavi ex intinctis in *vini spiritum* panniculis: Intus præbui *vini aliquot generosissimi*, quod tunc haberi poterat, *cochlearia: mixturam* ibidem intus ex temperate *calfacientibus & roborantibus*, non tamen plane omissis *alexipharmacis*, cochleatim præbendam. Et ecce restitutus fuit, qui, ni mature advenissem, certissime mortuus fuisset.

Sed cautus hic, quod supra monui, sit Medicus, &, ubi signa à me notata occurrunt, vinum generosum & aromaticum tantum per 4. cochlearia ab initio præbeat, &, ubi ex his nulla noxa, aut intemperies, pergat intra 4. vel 5. horas tantundem propinare. Sed, ne quid nimis! vidimus enim ex his febribus convalescentes, cum, in declinatione morbi jam multa, vinum intemperantius potassent, recidivam lethalem passos. Hinc, ubi convalescentes ex ejusmodi febribus, à me vinum sollicitant, potum ejus vix concedo, sed tantum, ut *simila in vini haustulum intincta* se reficerent, sic enim fore, ut vinum, quasi compedibus vinctum, in stomacho diutius moretur, nec inde sanguis tam facile

inca-

incalescat. Quod si ejusmodi intinctus intemperies calida sequitur, illico rursum vino interdico.

Quod etiam in nostris regionibus inauditum sit in febribus continuis cuiquam vinum propinare, dici non potest, quam me aliqui diffamare, ut ignorantem ausi sint, quum Chirurgi Filio me vinum præbuisse resciviffent. Immo, non defuerunt, qui me tunc ebrium fuisse aliis persuadere conarentur. *Me vero quis unquam hominum per multos jam annos ebrium conspexit?*

* * *

Diarrhœa diuturna.

Miles nostras è castris redux *diarrhœa diuturna* cum articulari dolore laboravit. Capiat 2. cusp. cultri *pulveris* seq. pro lubitu:

℞. *Amyl.* ʒij.
gumm. arab. tragac.
sang. Drac. rad. liquir. ʒj. *M.*

Articuli inungantur *linimento*:

℞. *Ungu. nervin.* ℥ß.
ol. lumbric. ʒij.
succin. ℈ß. *M.*

Ex his bene habuit, ac repetito adhuc semel *pulvere*, convaluit.

* * *

Anasarca.

Vir annorum 50. ante plusculos annos laboravit *anasarca. D. 15. Jan.* 1691. me accersit, de asthmate, tussi & nova intumescentia conquerens. Hauriat mane & pomerid. quartar. ß. *Decocti seq.*

℞. *Rad. armorac. rec. ras.* mj.
helen. liquir. ari aa. ʒiij.
squill. ppt. ʒv.
fol. marrub. charefol. aa. mj.
Senn. s. s. ʒx.
♀. *crud. agar. troch. aa.* ʒiij.
zinzib. ʒj. *M.*

Conc. cont. coq. ex aq. mens. ij. *ad reman. mens.* iß. Instillentur singuli haustui gtt. 25. *mixt.* seqq.

℞. ♎. *cochl.* ʒj. ⊖✳*ci.*
Tinct. croc. aa. ʒß. *M.*

Cum haut adeo multum profecissemus *d. 2. Febr.* Tussi vehementissimæ, asthmati summo, & tumori pectoris occurri *pulvere* ad 2. cultri cusp. bis in die capiendo:

℞. *Rad. ar. irid. flor. aa.* ʒij.
fulig. camin. splend.
♁. *diaph. sperm. cet. aa.* ʒj.
⊖✳*ci depur.* ʒß.
fl. ♤. ℈ij.
sacch. ℥ß. *M.*

Lambat cum *baculo liquiritiæ* pro lubitu:

℞. *Diacod. Mont. sir. liquir.*
Oxym. squillit. aa. ℥ß.
♎ ♤. ℈ß. *M.*

Ter in die pectus calide inungatur:

℞. *Ungu. pectoral.* ʒvj.
ol. viol. ʒiij. *M.*

Asthma & tussis remiserunt. Tumor in pectore increvit. Virium debilitas. *D. 7. Febr.* Ordinavi *mixturam* cochleatim sumendam:

℞. *Aq. hyssop. veron.*
confortat. offic. aa. ℥j.
asthmat. ℥ß.
oxym. squillit. ℥j. *M.*

Pergat

Pergat uti *unguento* & *pulvere*. Quid porrò sit factum nescio. Quantum tamen recordari valeo, sensim tunc equidem ad se rediit.

* * *

Aphonia hysterica periodica.

Puella 18. annorum olim de doloribus arthriticis conquesta, à DEO per me curata *d. 15. Jan.* 1691. nunciat se *aphonia* quadam periodica affligi, cum dolore capitis & pressione circa præcordia, spasmodicis scil. hystericisque accidentibus. Detur cochleatim:

℞. *Aq. ceras. n.* ℥ij.
epil. Lang. ♁*. ceras. aa.* ℥ß.
Tinct. castor. succin. ♃*sat. aa.* ʒj.
♁*. fulig.* ʒß.
sir. fl. pæon. ʒij. *M.*

Mane & pomeridie horis Medicis cusp. 2. cultr. *pulveris* seqq.

℞. *Ras. C. alc.* ʒij.
succin. a. ppt.
Coral. r. ppt.
matr. perl. ppt. aa. ʒj.
♁*. nativ.* ℈j.
sacch. perlat. ʒiij. *M.*

Vesicatorium nuchæ. Spinæ dorsi inunctio:

℞. *Ungu. nervin.* ℥j.
ol. castor. vulpin. aa. ʒiij.
petr. ʒj. *M.*

Remiserunt omnia symptomata. *D. 25. Jan.* ordinavi *Decoctum*.

℞. *Fol. rorism. beton. salv. aa.* mß.
fumar. mj.
card. ben. mß.
fl. paralys. anth.
lil. conv. aa. p. ij.
ras. lign. sassaffr. ℥j.
sem. anis. ʒij.

Conc. comt. coq. in aq. font. s. q. Sumatur sexta pars mane in lecto, componatur ad sudorem:

℞. ♁ ⊖✳*ci fulig. aa.* ʒj.
Tinct. croc. ℈j. *M.*

Sum. noctu gtt. xx. ex *brodio*. Repetatur *unguentum*. *D. 19. Febr.* ad me ipsa venit, offerens urinam quasi lacteam, & menses à semestri obstructos esse. Mitescere quidem symptomata, attamen non omnino feriari, pressionem cumprimis & palmum. Adhibita menses promoventia, *pilulæ* mane sumendæ:

℞. *Aloes. lucid.* ʒj.
pilul. fœtid. maj. gumm ✳*ci.*
myrrh. r. limat. ♂*. aa.* ʒij.
castor. scammon.
ol. succin. aa. ℈ß.
ol. sabin. gtt. v.
F. l. a. cum aq. sabin.
pil. è ʒß. *n.* xv.

A *pilulis* motus. Noctu:

℞. *Tinct. succin.* ʒj.
castor. croc. aa. ʒß. *M.*

Dos. gtt. xv. ex *brodio*. *D. 28. Febr.* Sumatur *pulvis purgans*:

℞. *Pulv. Carnach.* ℈j.
myrrh. r. ⊖*. artemis. aa. gr.* v.
magist. gial. gr. vj. *M.*

Post purgationem pergat uti *pilulis*. *D. 16. Martii* tundatur saphæna. Postea bibat per aliquot tempus *infusum herbar. artemis. puleg. meliss. ex aq. fervida cum sacchare, ad modum Theæ*, mane addita simul *scobe eboris*. De successu, cum pere-

peregrina sit, illique raro ad Medicum, moniti licet, redire soleant, hactenus non rescivi.

* * *

Febris quotidiana intermittens cum Ictero.

Mulier 22. annorum, ab 11. diebus puerpera, febris quotidianæ intermittentis cum ictero præludia sentit; ⊡a. rubra, obscura, fere icterica, alvus adstricta, pomeridie horripilatio levis, cum æstu, siti & inappetentia. *D. 15. Jan.* vesperi ordinavi:

℞. *Spec. diacr. Mynf.* ℈j.
♁. nativ. ebor. phil.
cryftall. ppt. aa. ℈ß. *M.*

F. 2. *♀es*, sumatur unus hac vespera, alter cras mane, ex cochl. *mixturæ*, cujus etiam extra *pulverum* usum nonnunquam cochleare sorbeatur:

℞. *Aq. cichor. tarax. meliff. aa.* ℥j.
fir. rub. id. ℥iij. *M.*

Alvo *suppositorium.* Fronti *Emulsio.* Æstus ea vespera mitior, nox quieta. *Die 16. Jan.* tussicula & dolor capitis. *Pulveres* mutati:

℞. *Spec. diacret. Mynf.* ℈j.
cryftall. ppt. CC. philof.
ebor. philof. ♁. nativ. aa. gr. vj. *M.*

E. 2. *♀es.* Usus, qui priorum, ex *aq.* seq.

℞. *Aq. fcabiof. farfar. aa.* ℥j.
cichor. ℥ß.
fir. viol. ℥iij. *M.*

Clyster. ex spec. emoll. & carminat. cum Elect. cathol. ungu. clysmat. ol. chamom. sall. gemm. & vitell. ov. D. 17. Jan. cum mitius per omnia haberet, ordinata *mixtura purgans* cochleatim haurienda:

℞. *Aq. cichor.* ℥j.
charefol. ℥ß.
pulv. Cornach. ʒß.
magift. ♃ ♄. gr. vj.
fir. de cich. c. rh.
rof. folut. aa. ℥vj. *M.*

Tria cochlearia eam ter ἄνω & quater κάτω cum euphoria purgarunt. Hinc plura non assumsit. *D. 18. Jan.* urina clarior multis modis. Omnia symptomata mitiora: sumat mane & pomeridie gtt. xx. ex *jure:*

℞. ♒ ⊖. *dulc.* ʒß.
Tinct. ♀. ℈j.
ol. caryoph. gtt. iiij. *M.*

Tussi leniendæ *lambile cum baculo liquiritiæ:*

℞. *Sir. jujub. farfar.*
liquir. papav. a.
Oxym. fquillit. aa. ℥ß. *M.*

Sensim convaluit.

* * *

Hysterica passio.

Virgo 29. annorum texturæ tenerioris *affectibus hystericis* internecinis, cum deliquiis & summo capitis dolore obnoxia. Capiat mane cusp. 2. cultri de *pulvere* seq. ex *aq. ceraf. nigr.*

℞. *CC. philof. conch. ppt.*
Oc. ♋. ppt.
bezoard. ♃al. aa. ℈j.
♁. nativ. ℈ß. *M.*

Pomeridie & noctu capiatur *confect. alkerm. hysterica Velfchii.* quart. nuc. myrist. Scrobiculo cordis pro sedanda palpitatione

tatione *cataplasma Beutelii ex ana Cerat. santalin. ungu. promat. & succ. gran. cherm. extensum super aluta.* Vertex, nucha, tempora *balsamo hysterico* inungantur:

℞. *Bals. de Copaib.* ℈j.
rut. succin. aa. gr. v.
pingu. castor. ℈ß.
ol. meliss. gtt. vij. *M.*

Quæ medicamenta multum levaminis tulerunt. Corpus nihilominus purgatione lustrandum censens, ordinavi *mixturam* more meo cochleatim usurpandam, *d. 3. Febr.*

℞. *Aq. meliss.* ℥j.
naph. ℥ß.
pulv. Cornach. ʒß.
magist. gial. gr. viij.
sir. de cich. c. rh.
ros. solut. aa. ʒvj.
cinnam. ʒij. *M.*

Gestet *pileolum è speciebus pro cucuph. officin. incompl.* Bibat aliquandiu *infusum betoni. & meliss. ex aq. ferventi cum saccharo instar Theæ.*

* * *

Raucedo diuturna.

Cum exscreatione pituitæ viscidæ in viro 49. annorum sequentibus curata:

℞. *Rad. ari ppt.*
♀ *i* ⊕ *-lat.*
fl. ♃. ♂. *diaphor.*
Coral. r. ppt. ⊖. *absinth. aa.* ʒß.

F. 6. ♀*es digestivi* mane & noctu ex jure sumendi, subsequente post *haustu laxativo:*

℞. *Pulv. Cornach.* ℈ij.
♀ *i* ⊕ *-lat.* ℈j.
☿ *ii dulc. gr.* xv.
fl. ♃. *gr.* xij.
sir. de cich. c. rh. ʒvj.
aq. farfar. q. s.
F. haustus.

Postea *tabulas* pro lubitu sumendas ex *pulp. rad. alth. liquirit. rad. ar. ppt. fl.* ♃. *& benz. cum sacch. & mucilag. tragac. compactas.* It. mane & noctu ⟿ ⊖✳*ci gtt.* xv. in quolibet vehiculo.

* * *

Erysipelas repulsum.

Mulier 50. annorum ante quatuordecim dies *erysipelate* laboravit, per repellentia abacto, inde pectus intumuit cum pressione & spiratu molesto, ventris itidem & artuum dolor. Sumat quolibet mane *pulverem ex jure,* composito ad sudorem corpore:

℞. *Lumbric.* ▽*str. ppt.* ♂. *diaph.*
succin. ppt. CC. philos. aa. ʒß.
⊖. *vol. CC. gr.* xij.
F. 4. pulvisculi.

Noctu cubitum itura sumat 5. *pilulas* ex vehiculo convenienti:

℞. *M. Pil. de styrac. de cynogl. aa.* ℈j.
M. F. pil. n. xx.

Foris *inunctio:*

℞. *Ol. lumbric.* ℥j.
pingued. mur. mont. ℥ß. *M.*

* * *

Dolor pedis arthriticus.

Vir 35. annorum dolore dextri pedis & suræ potissimum, lancinante corripitur.

tur. Sumat mane ℈j. *theriacæ ex vino calente*, sudet. Locus affectus ter in die fricetur *pannis calidis pulvere sequenti suffitis*:

℞. *Thur. mastich.*
succin. gumm. anim. aa. ʒß.
caryoph. arom. ℈j.
ros. r. p. j.
F. ♀. *grossus.*

Post adapertis sic poris inungatur *balsam.* seq.

℞. ∽. *bacc. junip.* ʒß.
lumbric. formic. aa. ʒij.
⊖✳ci ʒß.
sapon ven. ʒj.
mithridat. gr. viij.
croc. gr. vj.
M. F. balsamus.

Unde dolor brevi sublatus. Sexto post die exhibitæ *pilulæ*:

℞. *M. Pil.* ☿ear. *Qu.* ℈j.
☿ii d gr. xv.
mag. gial gr. vj.
gumm. gtt. gr. iij.
cum Ess. lign. sassaffr.
F. pil. 30.

* * *

Colica flatulenta.

In viro 32. annorum sopita, *electuario* quantit. nucis myristicæ frequenter sumendo:

℞. *Ocul.* ♋. *ppt.*
pulv. cort. aurant. aa. ʒj.
ol. carv. gtt. ij.
laud. opiat. gr. ij.
philon. Rom. ʒiij.
Cons. flor. papav. ʒß. *M.*

Foris inunctio calida:

℞. *Ungu. anod. alth.* aa. ʒj.
ol. hyosc. expr. ʒiij.
carv. ℈ß. *M.*

Consopito dolore purgetur *pulvere* ex *jure* sumendo cum regimine:

℞. *Pulv. gial. Crem.* ☿i aa. ℈j.
dacryd. gr. iiij.
ol. anis. carv. aa. *gtt.* j. *M.*

* * *

Febris maligna.

In viro 49. annorum sequentibus curata: Capiat singulis diebus duos *pulveres* horis Medicis ex jure calido:

℞. *Spec. diacret. Mynf.* ʒiß.
♁. *diaph. lap. prun.* aa. ℈ij.
F. 5. ♀es.

Cochleatim, vel aquæ fontanæ *Julebi* in formam remixtum, exhibeatur:

℞. *Sir. acetosell. ceras. acid. rib.*
Oxysacch. simp. aa. ʒiij.
∽ ♀. ℈ß. *M.*

Fronti:

℞. *Ungu. alabastrin.* ʒvj.
ol. nuc. mosch. expr. ʒj. *M.*

Epicarpia & *suppedalia ex ferm.* & ✠*to.* Collutio oris, *cum aq. & aceto.* Ita mihi plurimi curantur.

* * *

Hypercatharseos noxæ.

Balneator 40. annorum conqueritur de vomitibus crebris & dolore lumborum vehementissimo. Nephritidem suspicatus *die 6. Febr.* 1691. ordinavi *pilulas* mane & noctu 5. sumendas:

℞. *Troch. alkek. c. op.* ʒj.
Ocul. ♋. ppt. ʒß.
terebinth. q. s.
F. pil. pond. gr. ij.

Cochleatim sequens *mixtura* praebeatur:

℞. *Aq. malv.* ℥ij.
petrosel. ℥j.
sir. de alth. ʒvj.
liquir. ʒiij.
Essent. anod. ʒß. *M.*

Regioni lumbari sequens *linimentum*:

℞. *Ungu. alth. anodyn. aa.* ℥ß.
ol. hyosc. expr. ʒiij. *M.*

D. 8. Febr. Comperio, eum ante dolorem istum à pharmacopœo nostrate purgans accepisse, quod *hypercatharsin* etiam usque ad sedes cruentas excitavit. Unde heri vesperi, nempe *6. Febr.* convulsiones horrendissimae, cum delirio summaque virium debilitate. Cochleatim:

℞. *Aq. fl. til. ceras. n. aa.* ℥j.
naph ℥ß.
♒. lil. conv. ʒij.
pulv. marchion. ℈j.
♁. nativ. ℈ß.
sacch. perlat. ʒij.
sir. fl. tun. ʒiij.

It. Bis in die sumantur gtt. xv. ad xx. *mixtura* sequentis:

℞. *♒ ⊖✳ci.*
Tinct. castor. aa. ʒj. *M.*

Naribus etiam isthaec *mixtura* frequentius admoveatur. Substitere convulsiones. *D. 9. Febr.* Aestus adhuc dum magnus, & *d. 10. Febr. Luna quadrans.* Ordinavi per cochlearia:

℞. *Aq. confortat.* ℥iij.
pulv. marchion. ʒß.
bez. miner. ℈j.
♁. nativ. ℈ß.
Conf. alk. compl. ʒß.
sir. fl. tun. ʒiij. *M.*

Mane & pomeridie sumatur *pulvisculus* è sequentibus, ex *jure*:

℞. *C. C. philos. C. alc. phil.*
bez. miner. lap. prun.
(ob summum febrilem aestum)
♁. nativ. aa. ℈j.
F. 4. pulveres.

Non omittantur *suppedalia, sphygmica* &c. sed redeuntibus vesperi convulsionibus horrendis succubuit.

* * *

Scabies fera pertinacissima.

Juvenis 22. annorum scabie fera, manante, per longum tempus laboravit: ordinavi sequentia: Pro sudore

℞. *Diasc. Fracast.* ʒj.
♁ . diaph. fl. ♀.
gumm. guajac. aa. ℈ß.
lap. prunell. gr. xv.
M. F. bolus.

Postea *Decocti hamocathartici* mane & pomeridie quartarium semis calide bibat:

℞. *Ras. lign. junip.* ℥iiij.
sassafr. ℥ij.
cort. fraxin. ℥j.
rad. bardan. lapath. acut. aa. ℥j.
helen. ℥ß.
fol. fumar. tarax. cum tot. aa. mіß.
♀i crud. ℥j.
♁ . in pet. lig. ℥iiij.

Conc. cont. superfund. aq. font. mens. iiij. *Stent in digest. per noctem, mane coq. in diplom. ad consumt. part. dimid.* Postquam per quatriduum fuit isto *Decocto* usus, die sequenti capiat *pilulas*:

℞. *Extr. cathol.* ℈j.
☿*rii dulc. gr.* xv.
mag. gumm. gtt. gr. iij.
F. pil. 20. pro Dosi una.

Post purgationem *Decoctum* bibere pergat. Hæc acta *d. 11 Febr.* 1691. *D. 23. ejusd.* repetitum, sed sine ♁ *io Decoctum*, repetitæ quoque *pilulæ*, & foris inunctio facta:

℞. *Ungu. alb. camphorat.* ℥iß.
sapon. ven. ℥ß.
fl. ♀. *litharg. aur. aa.* ʒij.
☿*i crud.* ʒiß.
♀. *fol. tabac.* ʒiß.
ol. laur. q. s.
F. unguentum.

Videbatur ex his omnino sanatus; at propullulabat brevi scabies ista priori longe fœdior. Duro itaque nodo durum cuneum adhibendum esse ratus, *Mercurialem salivationem* excitavi, cujus ope in integrum restitutus lætus è nosodochio nostro abiit, hucusque, quod sciam, incolumis.

* * *

Pleuritis.

Linitextor 45. annorum *pleuriticus* ab octiduo alius Medici opera utitur. Pauperculus autem in nosodochium à Magistratu receptus, meas manus incurrit. Cum symptomatis pleuritidi propriis, virium summa debilitas, delirium &c. cochleatim propinetur:

℞. *Aq. card. Mar. card. ben. scabios. meliss. aa.* ℥j.
pulv. pleurit. offic. ℈ij.
♁. *nat. gr.* xij.
laud. op. gr. ij.
sir. papav. errat. ℥ß. *M.*

Lambatur cum *baculo liquiritia*:

℞. *Diacod. Mont.*
ol. amygd. d. aa. ℥j. *M.*

Latus dolens diligenter & calide inungatur:

℞. *Ung. anod. alth. aa.* ℥ß.
pingu. mur. mont. ʒiij.
ol. chamom. ʒij.
petr. ℈j. *M.*

Hæc scripta *d. 18. Febr.* 1691. *D. 20. ejusd.* omnia pejora. Asthma cum tussi, sputum spumosum, alvus perflua. *Emulsio* pro aliquot dosibus:

℞. *Sem. 4. fr. maj. aa.* ʒj.
papav. a. ʒij.
aq. card. mar. scabios. ceras. n. aa. q. s.
F. Emuls. add.
pulv. ad cas. offic. ℥ß.
Sul. rosat. parum.

Ex *jure calidissimo* sumatur seq. *pulvis* pro 2. dosibus:

℞. *Sperm. cet.* ʒj.
Oc. ♋. ʒß. *M.*

Cum reliquis pergant. Horum successus felix & affulgens quotidie salutis opimior spes. *D. 6. Martii*, cum tussis & asthma adhuc perseverarent, hominem *purgavi*, *haustu* in unam dosin dato:

℞. *Mann. calabr. cass. rec. extr.*
sir. de cich. c. rh. aa. ℥v.
fl. ♆. *pulv. Cornach. aa.* ℈j.
aq. farf. q. s. F. haustus.

Postea bis in die *pulvis* ad 2. cultri cuspides:

℞. *Rad. irid. flor.*
helen. liquir. aa. ʒj.
diaph. ♂*al.*
sperm. cet. aa. ʒß.
fl. ♆. ℈ij.
sacch. ʒß. *M.*

* * *

Casus ab alto.

Rusticus ultra 60. annos natus de lignorum strue præceps factus impegit in palum ad regionem hepatis versus costas dextras. Tussis adest, illiusque lateris dolor punctorius: cruenta non spuit. Mediana brachii sinistri ad ℥v. tundatur. Postea detur cochleatim:

℞. *Aq. charefol. card. Mar. aa.* ℥iß.
pulv. ad cas. offic.
sperm. cet. aa. ʒj.
Tinct. anod. ʒß.
sir. de symph. Fern. ℥vj. *M.*

Decocti traumatici matutinus & pomeridianus, isque calens, *haustus*:

℞. *Rad. plantag.*
Consol. maj. aa. ℥ß.
fol. sanic. heder. terrestr. alchimill. aa. mj.
summit. virg. aur. mj.
fl. hyper. p. ij.
fic. pingu. n. vj.
dactyl. jujub. aa. n. iiij. *M.*
Conc. coq. in s. q. aqua font. Col. bibatur.

* * *

Diarrhœa.

Juvenis 19. annorum ab aliquot diebus *diarrhœa* laborans, cum virium insigni debilitate defertur in nosodochium. Sumat qualibet nocte *gr.* xij. *pilul. de cynogl.* & sexta qualibet hora cusp. 2. cultr. ♀*is* seq. ex jure:

℞. *Gumm. arab. amyl. bol. arm. ppt. aa.* ʒj.
trag. gran. act. ʒij. *M.*

Abdomini *unguentum anodynum.* Sanatus est.

* * *

Colica periculosa, cum metu passionis Iliacæ.

Mulier 50. circ. annorum *colicos dolores* exquisitissimos patitur, cum alvi pertinaci adstrictione, ructibus, nausea, urina nigra, cum sedimento quasi cruento. Metus Iliacæ passionis.

℞. *Ol. nuc. moscb. expr. gr.* xvj.
⊖. *abs.* ℈ij.
croc. gr. xij.
laud. op. gr. ij.
F. 2. pulveres.

Horis Medicis ex jure sumendi. Cochleatim præbeatur seq.

℞. *Aq. carv. menth.*
chamom. aa. ℥j.
Tinct. aurant. ʒij.
Ess. anod. ℈ij.
sir. papav. errat. ℥iij. *M.*

Applicetur *clyster. ex Crem. hord. c. aa. ol. lini & tereb. in ov. vitell. sol.* ℥ß. Abdomen inungatur:

℞. *Ungu.*

℞. *Ungu. alth. anodyn. aa.* ℥ß.
pingu. castor. ʒij.
ol. hyosc. expr. ʒiij. *M.*

Id factum *d. 27. Febr.* & cum ab internis medicamentis illa die, quoad dolorem, satis commode haberet, *clysterem* non admisit. *D. 28. Febr.* dolores recruduerunt cum vomitu. Vesperi vocatus, ut *clysmate* sine ullo vel tantilli temporis dispendio uterentur, imperavi: summe enim necessarium esse, ut alvus aperiatur, nî velint Iliacam passionem. Scrobiculo cordis applicatum *cataplasma* in vomitibus nobile & mihi perquam familiare, ex *fermento panis cum theriaca & nuce moschata.* Ea nocte parum quievit. *Clyster* maxima sui parte retentus. *D. 1. Martii,* doloribus immanissimis occurri:

℞. *Op. ♥. sol. & inspiss.* ʒß.
nuc. mosch. ℈ß.
ol. caryoph. gtt. ij.
menth. gtt. vj.
M. F. pil. pond. gr. j.

Sumantur pro una dosi quatuor, singulis 8. horis: alternando quaternis horis cum *mixtura* seq. ad gutt. xxv. ex *jure* sumenda:

℞. *Tinct. castor.* ʒj.
ess. anod. ʒß. *M.*

Pergant cum *unguento.* Mitius habuit. *D. 2. Martii,* cum alvus denuo constiparetur, ordinatus & applicatus *clyster* domesticus, ex *Dec. hord. chamom. & sem. lin.* add. *ol. oliv. mell. butyr. vitell. ov. & sale comm.* Ventri *emplastrum de crust. pan. cum ol. cydon. & mastich. malaxat.* Enim vero, *clystere* rursum sui magna parte retento vomitus rediere, lumbricusque longus per vomitum rejectus. *D. 3. Martii cataplasma ex emollientibus cum lacte coctis* toti abdomini impositum. Vesperi sequens *enema:*

℞. *Fol. rut.* miß.
absinth. chamom. aa. mj.
rad. alth. ℥j.
castor. opt.
colocynth. in pet. lig. aa. ℈j.
Coq. in s. q. aq. Colat. ℥viij. add.
Elect. hier. pier. cum agar.
ol. chamom. aa. ℥j.
coloc. in pet. lig. ʒij.
⊕. *resin.* ℈ij. *M.*

Intus horis Medicis duo *boli,* vesperi nempe alter, alter post noctis meridiem:

℞. *Philon. Rom.* ℈ij.
ol. nuc. mosch. expr. ℈j.
pulv. stomach. Birkm. ʒß.
♁. *nativ. gr.* xij.
F. 2. bols.

Ita semper fiebat, ut, alvo per *clysteres* subducta, quum per narcotica summum dolorem sedare conabamur, alvus denuo clauderetur, quod post secundum *philonii* usum hic rursum factum: Ausus igitur sum *d. 4. Martii lenitivum* præbere:

℞. *Cass. rec. extr. mann. Calabr.*
sir. de cich. c. rh. aa. ℥v.
Crem. ♀is ʒß.
aq. malv. q. s.
F. haustus.

Abdomini *Decoctum caparum.* Cum inde multum levaretur, per aliquot dies, me licet contradicente, pharmacorum usum respuit. *D. 10. Martii* recidivam patitur, dolores summi, quales vix unquam

quam antea, vomitusque continui. *Phitonio* uti recusavit. Sumantur *pilulæ* seq.

℞. *Theriac. cœl. gr.* iij.
extr. papav. errat. gr. ij.
F s. pilulæ.

Convulsionum minas elusimus *mixtura* cochleatim propinanda:

℞. *Aq fl. til. ceras. n. aa.* ℥iß.
Tinct. succin. castor. aa. ℈j.
♁. *nativ.* ℈ß.
philon. Rom. ʒij.
sir. papav. a. ℥iij. *M.*

Parum hinc opis. Vomitus adhuc continuati. *D. 11. Martii,* ordinati *pulveres* primi. Data *aqua confortans officin.* vesperi *clyster.* Sensim convaluit ab omnibus pro conclamata habita.

* * *

Symptomata hysterica cum fluore albo.

Mulier 36. annorum jam diu questa de symptomatis hystericis, pressione circa præcordia, fluore albo post mensium fluxum acri & excoriante, dolore capitis, lumborum tensionibus &c. Quod per quadriennium non purgasset, ordinavi *pilulas* una vice sumendas *d. 28. Febr.* 1691.

℞. *M. Pil. de succin.*
aloephang. aa. ℈j.
magist. scamm. gr. viij.
ol. anis. gtt. ij. *M.*
F. pil. n. xxx.

Post purgationem sequentium *pilularum* n. x. mane & noctu sumat in quolibet vehiculo:

℞. *Tereb. ven.* ℥ß.
troch. alkek. c. op. sperm. cet.
Oe ♋. *ppt.* ♁. *diaph. aa.* ʒj.
sang. Drac. ℈ij.
bals. peruv. q. s.
F. pil. pond. gr. iß.
consp. pulv. liquir.

Stomachi regio cottidie bis inungatur *linimento*:

℞. *Ol. absinth. chamom. mastich. aa. coct.* ʒiij.
lumbric. ʒij.
carv. anis aa. ℈j.
ceræ parum. M.

D. 17. Martii mihi retulit, quod *pilulæ* purgantes nimium se exercuerint, se non ausam *terebinthinatas* illas adsumere, metuisse enim, ne forte & istæ purgarent. (*a*) Hinc solo *linimento* externo se usam: adhuc autem durare inflationem abdominis, asthma, capitisque dolorem. Hinc jussi, ut usum *pilularum* sine mora admitteret, sumtis tantum mane decem *pilulis*, noctu autem gutt. xij. ad xv. mixt. seq. ex *jure*:

℞. ♎. *CC. Tinct. castor. aa.* ʒj.
Ess. croc. ʒß.
ol. carv. ℈j. *M.*

Nota.

(*a*) *Lector* ne miretur, quod *pilulas* istas purgantes largo satis pondere præscripserim. Paratæ enim sunt in officina *Hœchstadiensi,* quod est *Palatinum* propter *Danubium* oppidulum. Nam, id mihi sæpe usu venit, quoties in ejusmodi officinis medicamenta parantur, ea minus operari, quam si parantur in officinis *Nordlingensibus.* Eo quod isti Pharma-

copœoli

copœoli plerumq; obſoletas merces tum coëmant, tum coëmtas, quod eorum officinæ non frequententur diu retineant, adhuc indies magis effetas futuras.

* * *

Stomacace ſcorbutica, à male judicata febri.

Puella 23. annorum præterito autumno febre intermittente laboravit, à qua præpoſtere & male judicata *ſtomacace* & exulceratio oris ſcorbutica fœda, deficiente quoque abhinc menſium fluxu. *D. 1. Martii* 1691. Ordinavi *pulverem* purgantem:

℞. *Pulv. Cornach.* ℨß.
☿ *ii dulc.* ℈j.
magiſt. gumm. gtt. gr. iiij. *M.*

Poſtea mane & pomeridie horis Medicis hauriatur quartarii dimidius *Decocti* ſequentis calefacti prius:

℞. *Rad. bardan, lapath. acut. aa.* ℥j.
fol. fumar. cochlear. aa. mij.
raſur. lign. junip. miiij.
cort. fraxin. ℥ij.
bacc. junip. ℥j.
♂ *crud. in pet. lig.* ℥iiij.

Conc. cont. coq ex aq. pur. menſ. iiij. *ad dimid. poſtquam per 24. horas in digeſtione ſteterint.* *Collutio oris* ter in die calide inſtituatur:

℞. *Herb. prunell. cochlear. aa.* mj.
fol. querc. mß.
rad. angel. pyrethr. aa. ℨij.
myrrh. r. ℨj.
alum. crud. ℨiij.

Coq. in ſ. q. vin. & acet. & pro ſingulis uſibus tantillum *mell. roſat. & ungu. Ægyptiac.* in eo diſſolve: poſt *collutionem* gingivas inungendo:

℞. *Ungu. Ægyptiac.* ℥j.
mell. roſat. rob. diamor. aa. ℨij.
ceraſſ. ℨj. *M.*

* * *

Colica nephritica.

Vir 47. annorum colicis doloribus ſubito corripitur: applicati *d. 1. Martii* 1691. *ſacculi ex carvo*: intus cochleatim:

℞. *Aq. menth. carv. aa.* ℥ß.
cinnam. ℨij.
Tinct. ☉ *antior.* ℨj. *anod.* ℨß.
♒ ⊖ *dulc.* ℈j.
ſir papav a. ℨij. *M.*

Inſecuti multi vomitus ſub veſperam. Nulla adhuc de *nephritide* ſuſpicio, cum antea nunquam ea impetitum ſe recordaretur: noctu:

℞. *Extr. bezoard. Camer.*
papav. errat. aa. gr. iij.
♂. *nativ. gr.* j.
ol. carv. gtt. j. *M. F. 4. pil.*

Dolor hinc permulſus. Nox ſatis quieta, ut & *2. Martii* totum tempus antemeridianum. Pomeridie dolor circa lumbos urgere cum dyſuria & mictione arenularum, quæ hoſtem nephritidem prodiderunt. Præbitus pulvis ad ℨß. frequenter ſumendus:

℞. *Farin. alth.* ℨij.
gumm. arab. ocul. ♋ *ppt. aa.* ℨj.
ſacch. ℥ß. *M.*

Noctu *pilulæ* decem:

℞. *Tereb. ven.* ℨj.
troch. alk. cum op. oc. ♋. *ppt. aa.* ℈j.
laud. op. gr. ij.
cum ol. ſuccin. F. pil. pond. gr. iß.

D.8 Martii noctu dolor internecinus, vomitus multi: mane calculus tophaceus lentis magnitudine excretus, unde halcyonia. Jussi tamen ut præservationis fine isto pulvere nephritico ad everrendas vias urinarias diligenter uteretur. Et *d.7. Martii* præscripsi *mixturam purgantem* nostro more per cochlearia sumendam:

℞. *Aq. saxifrag. petrosel. aa.* ℥ß.
pulv. Cornach. gr. xv.
∽. bacc. junip. ʒj.
⊖✳︎ci ℈ß.
Tinct. ♀*i.* ℈j.
rob. junip. ʒiß.
syr. de cich. c. rh.
ros. solut. aa. ʒiij. *M.*

* * *

Scabies.

Fœdissimam & manantem scabiem, quæ jam diu duraverat in Rustico pauperrimo leviculis euporistis feliciter persanavi:

℞. *Pulv. gialap. Crem.* ♀*i. aa.* ℈j.
dacryd. gr. iiij.
F. ♀. *pro 1. dosi.*

Bibat mane, pomeridie & noctu haustum *Dec.* seq.

℞. *Rad. lapath. acut. bardan. aa.* ℥j.
add. *nasturt. aquat. rec. & scob. junip. manip. aliquot. coq. ex aq.*

Hoc *decocto* absoluto *berulæ succum* bibat, quam diu haberi potest: artus inungat *unguento* tali parabili:

℞. *Ol. oliv.* ℥ij.
butyr. in sulf. ℥j.
♎ *citr.* ℥ß.
bacc. laur. ʒij. *M.*

* * *

Inflatio stomachi.

Mulier 54. annorum inde ab anno hora una, nonnunquam duabus, post pastum tentatur subitaneis ventriculi ad umbilicum usque inflationibus, cum asthmate & suffocationis metu, per dimidiam, immo unam & amplius horam durantibus. Vestes tunc laxandæ. Ructus intervenientes malum solvunt. Capiat 2. cusp. cultri de *pulvere* seq. bis in die horis Medicis:

℞. *Ras. ebor. CC. aa.* ʒij.
Oc. ♋. *ppt. diaphor.* ♂*al.*
cryst all. ppt. aa. ʒj.
sacch. ʒiij.
ol. carv. ℈ß. *M.*

In paroxysmo autem guttas octo *mixturæ* sequentis ex *vino*:

℞. *Ol. anis.* ℈j.
cumin. carv. aa. ℈ß.
Tinct. castor. ʒß. *M.*

Sacculus stomachalis ex chamom. absinth. menth. bacc. junip. & sem. carv. unde summum levamen.

* * *

Febris Tertiana intermittens.

In Rustico 32. annorum sequentibus abacta:

℞. *Summit. chamom. p.* iij.
absinth. p. p. ij.

Coq. in ℔iij. *aq. font. ad dimid.* Bibat ante paroxysmum bonum haustum; Declinante ad finem paroxysmo *pulveris* seq. cusp. 3. cultr. ex *jure* sumat:

℞. *Herb.*

℞. *Herb. card. ben. millefol.*
rad. tormentill. aa. ʒj.
⊕. *ppt.* ℈iiij.
camph. ℈j. *M.*

Carpis manuum applicetur *emplastrum ex vitell. ov. rad. zinzib.* ⊖. *comm. & fuligine,* singulis 24. horis iterandum. Inde pulsa febris. Reliquiæ eliminatæ *haustu* tali:

℞. *Aq. cichor.* ℥j.
pulv. Cornach. ℈ij.
sir. de cich. c. rh. ℥ß. *M.*

* * *

Colica nephritica.

Qua corripiebatur vir annorum 64. cum tenesmo, sequentibus oppugnata:

℞. *Caff. rec. extr.*
ol. amygd. d.
sir. de alth. Fern. aa. ʒvj.
aq. carv. q. s. F. haustus.

Cochleatim detur *mixtura:*

℞. *Aq. menth. carv. aa.* ℥j.
Tinct. aurant. ʒij.
♁. ⊕. *dulc.* ℈j.
ess. anod. ʒß.
sir. cortic. citr. ʒiij. *M.*

Foris *sacculi ex carvo & chamomilla sicci.* Eaque gesta 20. *Martii* 1691. Cum dolor nil remitteret, sub vesperam *clyster* ordinatus:

℞. *Herb. malv. aneth. petrosel.*
fl. chamom. aa. mj.
rad. onon. alth. lil. alb. aa. ʒiij.
sem. carv. ʒij.
hord. mund. mj.
Coq. in s. q. aq. font. Colat. ℥xj.

add. *ol. aneth. lil. alb.*
bened. laxativ.
tereb. in ov. vitell. sol. aa. ℥j.
♉. ʒj. *M.*

Qui aliquot sedes movit, sed cum levamine haut adeo magno. Hinc noctu ordinavi:

Isto laxante præmisso bis in die sumantur bini cuspides cultri ex *jure:*

℞. *Antih. Pot.* ʒj.
matr. perl. ppt.
ebor. philos. ppt. aa. ʒiß.
thur. mast. tragac. el.
sem. papav. a. rad. irid. fl. aa. ℈j.
sperm. cet. gr. XIV.
sacch. cant. violac. ʒij. *M.*

Noctu, quum itur cubitum, quantitate juglandis deglutiatur *Electuarium:*

℞. *Cons. ros. r.*
papav. errat. aa. ℥iß.
bol. arm. ppt. ʒj.
Diacord. Mont. parum. M.

Spina dorsi bis in die inungatur *Unguenti resumtivi & refriger. Gal. ana* mixtorum.

Ad lymphæ acrioris & viscidioris, atque hinc ad stagnationem in pulmonibus pronioris, ac tusses contumaces excitantis contemperationem, præscripta hic, absorbentia dicta, multum sæpe efficiunt, qua ratione Pulvis Augustanis usitatissimus, anonymus dictus, vel ad ejus modum pro diversa circumstantia concinnatus alius, egregium usum præstat, multosque à gravissima tussi, quæ jam imminentem phthisin præsagiebat, continuato similis pulveris usu me restituisse, memini. *Lucas Schröckius, D.*

* * *

Icterus.

In virgine 40. circ. annorum obesa hoc solo *infuso*, cujus mane & pomeridie quartarium dimidium calide hauriebat, sublatus:

℞. *Rad.*

℞. *Rad. 5. aperient. aa.* ℨiij.
armorac. cich. silv.
curcum. aa. ℥ij.
herb. cuscut. absinth.
lupul. marrub. aa. mß.
flor. hepat. nob. p. ij.
rad. rhabarb. turpeth.
helleb. n. ppt. aa. ℥ß.
fol. Senn. s. s. ℥j.
passul. min. ℨx.
troch. de cappar. ℥ij.
zedoar. sem. anis. aa. ℨj.
crem. ♀*i.* ℨiij. *M.*
E concis. & contus. F. Infusio cum 1½. *mens. vini*, addita *aquæ cichor.* ℔ß.

* * *

Aphonia cum asthmate sicco.

Mulier 38. annorum ex nimio frigidorum usu primo in aphoniam, postea siccum asthma, cum suffocationis periculo, incidit, cui sequentem in modum feliciter medicati sumus:

℞. *Aq. hyssop. ceras. nigr. scabios.*
hepat. nob. aa. ℥j.
asthmat. ℨiij.
☿. cochlear. ℨij.
Tinct. croc. succin. aa. ℈j.
sir. de nicot. ℥ß. *M.*

D. cochleatim; it. mane & noctu gutt. xx. mixturæ sequentis ex *jure*:

℞. *Spir. fulig.* ℨij.
ess. croc. ℨj. *M.*

Pectus frequenter & calide inungatur:

℞. *Ungu. pectoral.* ℥j.
sperm. cet. ℨij.
ol. violar. ℥ß. *M.*

* * *

Tympanitidis principium.

Vir annorum quadraginta, ex febre tertiana intermittente diuturna tympanitidem sibi contraxerat. Capiat mane & pomeridie medicis horis de *pulvere* isto ℨß. ex *aqua* porre sequente, cujus adhuc bina semper cochlearia adsumantur:

℞. *Pulv. fol. ceterach.*
matr. perl. ppt.
cryst all. ppt.
lign. sassafr. aa. ℨj.
spec. diarrhod. abb. ℨß.
⊖. *absinth. junip. aa.* ℈j.
diaphor. ♂*al.* ℨij.
sacch. a. ℥ß.
ol. carv. ℈ß. *M.*

℞. *Aq. catarrhal. incompl.*
fragar. chamom. aa. ℥ij.
sir. frag. chamom. aa. ℨiij. *M.*

Bihorio post assumtum *pulverem* sorbeat cochlear. duo *gelatinæ* sequentis in *jure caponis* solutæ:

℞. *Ras. CC. ebor. aa.* ℥iij.
superfund. aq. font. simp. ℔iiiß.
fervidiss. stent per noctem loc. cal.
mane add.
fl. bellid. cum fol. herb. fumar.
herb. cochlear. charef. aa. recc. mß.
Coq. usq. ad cuticulam: Cola; in Colat. solv.
Cons. cochlear. ℥j.
iterum cola & colatura reponatur in cellam, ut abeat in gelatinam.

Noctu sumantur gutt. 30. *mixturæ* seq. ex vehiculo grato:

℞. *Ess. trifol. fibrin.*
Tinct. cort. peruv. aa. ℨij. *M.*

Vesperi applicetur *clyster* singulis diebus:

℞. *Spec. pro Dec. emoll. & carminat. aa.* miß.
coq. ex aq. font. f. q. Colat. ℥x. add.
ol. rut. laur.
elect. de bacc. laur. aa. ℥ß.
tereb. in ovi vit. sol. ℥ß.
♁ ♁ *iat.* ʒj. *M.*

His medicamentis per aliquot dies usus optime habuit; curam autem abrumpere coactus fuit, quod ipsi supremo excubiarum præfecto in militiam abeundum esset: ex quo tempore de ipso nil audivi.

* * *

Dysenteria.

Quinquagenario cuidam à multis diebus *dysenterico* sequentia profuerunt: singulis 6. horis ʒß. *pulveris* ex *jure* macro sumat:

℞. *Terr. sigill. bol. arm. ppt.*
lap. hæmatit. ppt.
ocul. ♋. *ppt.*
CC. ust. unic. fossil. Terr. catech.
extr. torment. aa. ʒß. *M.*

Noctu somni tempore accipiantur 8. *pilulæ* è *rubello*:

℞. *Extr. torment. hypocyst.*
bezoard. pap. alb. aa gr. vj.
F. pil. 24. pro 3. dosibus.

Vini cydon. ℔j. *cum sir. cydon.* ℥vj. temperat. cochleatim hauriatur. Inunctio frequens abdominis *linimento* sequenti:

℞. *Ol. mastich.* ℥ß.
nucist. expr. ʒj. *M.*

Potus ordinarius *Decoctio ex aq. font.*

℞. *Rad. acetos. torment. aa.* ʒvj.
CC. ust. ℥ß.
mastich. el. ʒiß.
nucist. ʒj.
Conc. cont. coq.

* * *

Fluxus alvi colliquativus cum febre hectica.

Consuli *Svinfordiano* 45. circ. annorum macilento, febre hectica cum sudore perpetuo, phlogosibus, inappetentia, siti, tussicula, fluxuque alvi colliquativo, vel quasi, conflictanti, sequentia cum fructu summo ordinata. Quamdiu febris durat, sumatur mane & pomerid. hor. tertia seq. *bolus*:

℞. *Cort. peruv.* ʒj.
sir. gran. cherm. q. s.
F. bolus consp.
pulv. cinnam.

Bihorio post *bolum gelu* in *jure caponis* ad 2. cochlearia solutum:

℞. *Ras. CC. ebor. aa.* ℥j.
Coq. in f. q. aq. capon. ut Fiat gelu l. a.

Hujus gelatinæ

℞. ℥iiij.
Conf. citr. fl. tun. aa. ℥j.
vin. cydon. aq. è tot. citr. aa. ℥iß.
Cola & colat. add. *sir. granat. acid. parum*:
iterum repone ad congelandum.

Interdum quoque hujus *gelatina* sibi relictæ cochl. j. in ore liquescat, pro refrigerio & refectione. Noctu capiat hujus *Electuarii* juglandis quantitatem:

℞. *Cons.*

℞. *Conf. rof. r. radic. cichor.*
papav. errat.
miv. cydon. aa. ℥ß.
pulp. citr. cond. ʒiij.
conf. de hyac. c. ʒiß.
fir. granat. myrtin. aa. q. f.
F. mixtura mollis.

Interdum hauriat *vinum cydoniorum cum fir. cydon. edulcat.* Potus ordinarius fit talis:

℞. *Raf. lign. faffafr.* ℥ij.
rad. chin. in tal. concif. ℥j.
fuperfund. aq. font. menf. ij. *collocetur per noct. vaf. clauf. in digeft. mane. add.*
rad. cich. filv. ℥j.
Coq. vaf. clauf. ad reman. menf. iß.
fub finem add.
cinnam. ʒij.
fem. fœnic. ʒj. *M.*

Spina dorfi bis in die fequenti *linimento* calide inungatur:

℞. *Vngu. refumtiv.* ℥ij.
mucil. fem. cydon. cum aq. nymph. extr. ℥j.
nitr. refinat. ʒj. *M.*

Ubi primum calor febrilis omnino deferbuit, *bolorum antifebrilium* loco diuturnus fit ufus *pollinis* feq. mane & pomerid. ad ʒß. ex *jure:*

℞. *Matr. perl. ppt. CC. uft.*
fpod. ex ebor. antih. Poter. aa. ʒij.
Coral. r. ppt. cryftall. ppt.
lap. prunell. fpec. diarrhod. abb. aa. ʒj.
⊖. *abfinth.* ℈ij.
facch. perlat. ℥j. *M.*

Quid *acidarum Kiffingenfium* ufus poffit, experiatur.

* * *

Angina fpuria.

Vir 30. circ. annorum *angina fpuria* cum tonfillarum tumore, fiti & deglutitione difficili laboravit, & convaluit per fequentia:

℞. *Aq. card. bened.* ℥j.
♁ - *diaphoret.* ℈ß.
theriac. ʒj.
rob. famb. ℥ß. *M.*

Capiat una vice, tegatur & largiter fudet. Collo *emplaftrum de meliloto* & infuper *catapl. ex lana ovilla nigra concifa & in ol. lini frixa.* *Gargarizetur* frequenter *lacte bubulo calido in quo conferv. rofar. foluta.* Poft quamlibet gargarizationem cochl. 1. *mixtura:*

℞. *Rob. nuc.*
fir. violar. femperviv.
mell. rofat. aa. ʒß. *M.*

Ejusmodi anginæ in *Rhætia* noftra hiemali cumprimis tempore, funt epidemiæ.

* * *

Hydropis afcitis initium.

In muliere 28. circ. annorum medicamenta faftidiente, *Bilgerianum* illud, quod habetur in Exc. *BILGERI* Senioris, Patroni noftri *Difputatione*, nî fallor, *inaugurali, Tubingæ habita*; nempe:
℞. ☿ *ii vitæ gr.* ij. *cum fermento panis formetur pilula una noctu* fumenda in vehiculo grato, & per viginti dies continuando: unde malum imminens egregie fublatum, & in herba, quod ajunt, fuffocatum fuit.

* * *

Affectio Hypochondriaca.

D. Theologia 34. annorum hypochondriaco sputatori sequentia profuerunt:

℞. *M. Pil. diachyl.* ℥iij.
extr. cal. aromat.
☽is aromat. aa. ʒß.
ol. carv. ℈j.
F. pil. pond. gr. iß.

Quavis matuta sumantur octo pro dosi, ex cochleari *mixturæ* seq. superhaustis adhuc ejusdem binis cochlearibus, & insequente motu:

℞. *Aq. m. catarrhal.* ℥iiij.
carmin. menth. veron. aa. ℥ij.
[illegible]. cochlear. ℥j.
sir. fumar. ʒx. *M.*

Noctu autem, quum se ad somnum est compositurus, in ejusdem *mixturæ* uno cochleari sorbeat gutt. 30. *ess. trifol. fibrin.*

* * *

Hæmoptysis.

Juveni 23. annorum à levissimo motu aut vini etiam potu *hæmoptoico* cum gravitate pectoris & asthmate salutaria fuerunt:

℞. *Spec. m. vulnerar.* mvj.
Coq. ex aq. font. s. q. addito *sacchari* pauxillo: mane bibatur haustus, assumta simul dimidia *pulveris* drachma:

℞. *Resin. animal. balf. indic.*
gumm. cerasor. tragac. aa. ʒj.
♁. nativ. ℈j.
sang. Drac. ʒß.
sacch. ros. tabulat. ʒß. *M.*

Noctu guttæ 20. ex *jure, vino* vel *cervisia*:

℞. *Ess. m. traumat.* ʒij.
Tinct. antiphthis. ʒj. *M.*

* * *

Stomachi dolor ex hypercatharsi anoterica.

Miles 30. annorum ex stomacho male habens, acceptoque à nonnemine emetico per dies aliquot vehementissime ἄνω & κάτω exercitus fuit, ventriculo hinc magis dolente cum inappetentia. Capiat interdum quantitatem nucis moschatæ de sequenti *Electuario*:

℞. *Elect. diacor.* ℥j.
miv. cydon. ℥ß.
Coral. r. ppt.
CC. ust. aa. ʒj.
ol. nuc. mosch. expr. ʒß.
sir. cydon. q. s. M.

Foris *emplastrum* ex *ana Cerati stomachi Gal. & empl. de crust. pan. cum ol. mastich. malaxat.*

* * *

Febris tertiana.

Virgo 18. annorum Quartana primo per aliquot hebdomatas, post tertiana intermittentibus afflicta, me consulit. Purgata fuit:

℞. *Gial. n. resin.*
Crem. ♀i aa. ℈j. *M.*
F. ♀. pro una dosi.

Ante paroxysmum calide quartarius semis *Decocti*:

℞. Sum-

℞. *Summit. chamom. p.* iij.
absinth. p. ij.
Coq. in mens. j. *aq. font. ad dimid. Colaturæ.* add. *parum sacchari.*

In declinatione paroxysmi sumatur sexta pars *pulveris* cum *rob. samb.* in *bolum* redacti:

℞. *Rad. gentian.* ℥iij.
⊖. *absinth.* ℥j. *M.*

Ineunte paroxysmo spina dorsi ∇. *piperato* perfricanda. Carpis *empl. ex fulig. zingib.* ⊖. *comm. cum vitell. ov. subact.*

* * *

Vomitus aquæ ex gula.

DAß mein Hochgeehrter Herr noch immer mit seinem alten Zustande behafftet: nemlich alle **Morgen früh mit dem Erbrechen klaren lautern Wassers und Galle** incommodirt werde / und zwar solcher gestalten / daß er biß gegen eilff oder halb zwölff Uhr Mittags nüchtern verbleibe / und vor auffsteigenden Hitzen und Schwachheiten / so wol in dem Haupte / um das Hertz / und auf den Beinen kaum zu stehen vermöge; auch / so er zur Tafel kommet / fast eine Viertelstunde brauche / biß durch Geniessung der Speise und Tranckes solche Schwachheiten supprimiret werden / um Vesper-Zeit aber dieselbe sich wiederum verspüren lassen / und nicht adquiesciren / biß selbe durch Speise und Tranck gedämmet werden; Essen und Trincken doch annoch wol schmecke; jezuweilen aber in beyden Seiten der Weiche ein Stechen / so sich doch bald von selbsten verziehet / empfunden werde ꝛc. Solches habe aus dessen an mich großg. Abgelassenen zur Genüge vernommen / auch nach überschriebenen Umständen / eröffneten Zustand des gelassenen Geblüts und mitgesandten Urin so viel / nach reifflicher Überlegung / ersehen / daß dieser beschwerliche Zustand der jenige sey / welcher von den Medicis das **Hertz- oder Gallen-Wasser** / (a) zu Latein / vomitus aquæ ex gula, benahmet wird; Solchem nun sind mehrentheils die jenigen Leute unterworffen / welche starck zur Galle / bißweilen auch zur Melancholie geneiget / deren Geblüte scharff und saltzigt ist / die etwan in der Jugend / sonderlich Morgens nüchtern / dem Wein / oder auch Brandtewein zu viel gethan / und dem Zorn ergeben sind. Morgens / wann sie erwachen / ist ihnen der Halß trocken / und spüren / als ob gleichsam ein beschwerlicher und zäher Schleim unterhalb des Schlundes stecke / biß gegen das Hertzgrüblein / wovon sie dermassen geängstet werden / daß ihnen der Schweiß außbricht / und angst und bang um das Hertz wird / biß endlich einige Löffel voll Wasser / mit grosser Mühe / außgebrochen werden / darauf / als einer außgestandenen grossen Arbeit / eine Müdigkeit erfolget. Die Ursache dieses Zustandes stecket im Schlunde / in welchem viel Nerven und anders Geäder / die sich zu-

sammen ziehen/ wann die spiritus animales von dem sauren und bittern Schleim irritiret werden / und wollen sich dessen entledigen; weil er aber etwas tieff unten stecket/ gehet es ohne Mühe/ Angst und Bangigkeit nicht ab / welche auf jedwede harte Bemühung/ auch ordinarie bey dem Brechen / in der Natur erfolget/ und davon weitläufftig zu discurriren wäre. Nun hat zwar dieser Zustand / sonderlich im Anfange und bey jungen Leuten / mehr Beschwer / als Gefährlichkeit hinter sich; aber wenn er fest eingewurtzelt/ sonderlich wann sich in der Weiche das / zwar sich bald wieder verziehende/ Stechen einfindet / könte zuletzt eine **Wind-Wassersucht** darauß entstehen. Solcher aber gebührend vorzukommen / ist / meines wenigen Ermessens/ mit dem **Purgieren** und **Aderlassen** künfftig hin behutsam zu fahren / und / ohne dringende Noht/ dessen nichts vorzunehmen. Es beliebe aber derselbe alle Morgen früh um sieben und Nachmittag um drey Uhr/ einer Kastaneen groß von folgender **Latwerge** / wie sie an sich selbst ist/ zu nehmen:

℞. *Conf. rof. r.*
papav. errat. nymph. aa. ℥j.
CC. ust. ppt.
cryftall. ppt.
unicorn. foßil.
diaphor. ♂ *al. aa.* ℨj.
pulp. citr. cond. ℨiij.
fir. granat. de alth. Fern. aa.
q. f. M.

Allemal zwey Stunde nach genommener **Latwerge** geniesse man ein Schüsselein warme **Fleisch-oder Hennenbrüh**/ in welcher eine kleine **Handvoll Brunnenkreßig** / **Endivien und wilde Wegwart-Wurtzel aufgewallet.** Nachts aber / ehe man schlaffen gehet/ nehme man 6. von nachkommenden **Pilulen** in einem selbst-beliebigen vehiculo:

℞. *Extr. bezoard.*
papav. errat. aa. ℈j.
ol. carv. deftill. gtt. iiij. *M.*
F. pil. XXXXII. *pro 7. dofibus.*

Eine zeitlang wolle man sich des Wein- und Bier-trinckens gar enthalten/ und an deren Statt folgenden Tranck für ordinari gebrauchen: **Man nehme China-Wurtzel in Scheiblein zerschnitten ein Loth/ Fenchel ein halb Loth/ Zimmet ein Quintlein**/ siede es in einem saubern **wol-verdeckten Hafen mit zwey Maß Brunnenwasser / daß anderthalb Maß überbleiben** / und trincke davon nach Durst. Allzu warme Stuben / hitzige / trockene/ scharffe / zu viel gesaltzene und gewürtzte Speisen; It. alles Geräucherte / und vor allen Dingen den Zorn soll man meiden: Und wo mein Hochgeehrter Herr dieses alles eine zeitlang observiren wird/ so wil nicht zweiffeln / es werde der Affect, wo nicht sich völlig verziehen / dannoch viel leidlicher fallen; welches GOtt in Gnaden verleihen wolle ꝛc. **Nördlingen** den 22. Oct. 1692.

ROSINUS LENTILIUS.

Nota

Nota.

(a) vid. elegantissima *B. Camerarii* Disput. de *Vomitu aqua ex gula*, habita *Tubingæ* 1686.

Von Gebrauch dieser Artzeneyen hat zwar das Stechen noch immer angehalten/ aber der Vomitus mercklich nachgelassen: Hinc loco *electuarii d. 1. Dec.* 1692. ordinavi *pulverem* ex *CC. ust. ppt. cryst all. ppt. unic. fossil. diaphoret. Jal. & pulv. cort. aurant. cum ol. carv.* cujus mane & pomer. ʒß. ex *jure* sumatur; Noctu autem decubitus tempore gutt. xx. *mixturæ* ex potu ordinario, quem bibere pergat:

℞. *Essent. carminat.* ʒij.
anodyn. ʒj. *M.*

Pro *inunctione* regionis hepaticæ *Unguentum ex infrigid. Gal. & rosat. Mes. cum* ☍. *nymph. & emplastrum santalinum cum ol. nymph. malaxat.*

* * *

Metus Contagii à lue venerea.

Illustrissimus quidam Baro coquam nuper conduxerat, quæ vix per aliquot dies ibi commorata, quoties igni propior adstitit, immanem capitis dolorem est passa: me tunc præsentem, ut coquam examinarem, eique mederer, rogarunt. Ego vero visis in fronte fœdis tuberculis, aliisque signis, eam *lue fœda* laborare comperi, unde exacta fuit domo & in nosodochium aliorsum ablegata. Interim ejus consortio, lectique communione fruebantur vicissim aliæ binæ ancillæ, quæ me per DEUM rogabant, ut, si forte contagium contraxissent, ipsis mature prospicerem. Quamvis itaque nil manifesti deprendere possem, utrisque tamen, *quod abundans cautela non noceat*, dedi *electuarium* pro 4. dosibus, cujus mane quarta pars adsumebatur insequente largo sudore:

℞. *Conf. fumar. acetosell. violar.*
Diascord. Fracast.
Theriac. Androm. aa. ʒß. *M.*

Post sudores utrasque *purgavi*, & alteram quidem sequentibus *pilulis*:

℞. *Extr. panchym. Croll.* ℈ß.
resin. gial. gr. iiij.
☿ *ii dulc. gr.* xij.
cum ... *lignor. f. q.*
F. pil. pond. gr. j. pro 1. dosi.

Alteram *bolo*:

℞. ☿ *ii dulc.* ℈j.
dacryd. gr. vj.
Conf. fumar. ℈iiij.
M. F. bolus.
consp. pulv. liquir.

* * *

Colica biliosa.

Prælato cuidam ex *Colica biliosa* ægerrime habenti, 34. circ. annorum sequentia præscripsimus, & quidem ad sedandam internecinum dolorem:

℞. *Philon. Rom.* ʒij.
troch. alkek. c. op.
Oc. ♋ *ppt. aa.* ℈ij.
F. boli n. ij.
consp. ♀. *liquir.*

Nullum adsumere potuit, ad medicamenta difficillimus. Hinc cum assidue vomeret, ac per triduum alvo adstricta esset,

esset, *clysterem* bis applicari jussi, ex *crem. hord. cum butyro, ol. lini, melle, vitello ovi & ⊖is modico*; qui alvum equidem uterque solvit, sed pauco cum levamine. Vesperi autem *pilulæ* adhibitæ dolorem omnem sustulerunt:

℞. *Extr. bezoard.*
papav. errat. aa. ℈ß.
theriac. cœl. gr. vj.
F. pil. xviij. *pro 2. dosibus:*

Has *pilulas* nunc continuo circumfert *Dn. Prælatus*, & hactenus à colica, si quid sentiret, immunem se semper, quin & alios complures, præstitit. Facta etiam foris *inunctio*:

℞. *Ungu. anod. dialth. aa.* ℥ß.
ol. hyosc. expr. ʒij.
anis. carv. aa. ℈j.
lign. rhod. ʒj. *M.*

Aderat tunc, quum ego vocatus essem, *sacrificulus* quidam *Medicaster*, qui *Prælato* multum sitienti *vini potum* suadebat, & *vini* quidem *refrigerantis*. Cui cum opposuissem, non dari *vinum refrigerans*; ipse subridens, quin Tu nescis, ait, quarum herbarum admixtione *vinum* reddi possit *refrigerans*? Ego vero, Tu, inquam, inductionis *Logicæ* antiquissimum Exemplum vix herbarum quarumlibet temperatura infringes, quod ita sonat: *Vinum Hispanicum, Gallicum, Italicum, Hungaricum, Rhenanum, Mosellanum, Neccarinum, Franconicum &c. calefacit; nec potest dari exemplum in contrarium, ergo omne vinum calefacit.* Da vinum refrigerans, & non amplius erit vinum. Comitatur enim essentiam vini, ut potentia calfaciat, quæ vini virtus est accidens inseparabile. Comparative quidem frigefaciens magis, id est minus calefaciens, potest aliorum admixtione vinum reddi, ea plane ratione, qua *hyalurgi* suas fornaces refrigeratorias, ihre Kühlöfen/ habent, in comparatione ad fornacem fusoriam longe calidiorem. Nam, si stricte loqui velis, vinum refrigerans contradicit in adjecto & est σιδηρόξυλον. Non autem potui persuadere insulsissimo *Medicastro*, ut manus daret: Cui denique, per me, dico, licet, credas Te posse ignem reddere perfrigerantem. Tales autem sunt interdum Medicastrorum termini technici. vid. Hebenstreit. Πεμπτ. *Quæst. Miscell. p. m. 67.* salse ridentem Pharmacopœos maleferiatos, qui kühlende Zimmetwasser se posse conficere, vanissime & ἀφιλοσόφως crepant. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ. Cæterum dicto Dn. *Prælato* post colicam adhuc inappetentia laboranti & borborygmis vexato, *purgans* medicamentum petenti, tale ordinavi:

℞. *M. Pil. aloephang.* ℈j.
magist. gial. gr. v.
scammon. gr. iiij.
ol. carv. gtt. iij. *F. pil. 30. pro 1. dosi.*

Quæ sine torminibus quinquies cum euphoria purgarunt, sic ut hodierno adhuc die his pilulis Dn. *Pral.* pro ordinario purgante vere & autumno utatur. Abdomini *sacculus*:

℞. *Herb. major. menth. meliss. aa.* mß.
fl. chamom. anth. lavend. aa. p. j.
sem. cumin. carv. aa. ℈j.
lign. sassafr. ras. ʒß.
Conc. cont. irrora gtt. xij. *ol. carv. D. pro sacculo.*

Cephalæa

* * *

Cephalæa ex intermissa venæsectione in pede.

Zythopœus 42. annorum autumnali tempore à multis annis venæsectioni in altero pede adsueverat, quam cum omisisset, incidit ab octiduo in dolorem capitis summe acerbum, frontis regionem præcipue terebrantem. Corpus insigniter calidum. Jussi, ut vena cephalica pedis illico tunderetur. Intus præbui *pilulas* pro binis dosibus:

℞. *Extr. bez.* gr. vj.
papav. alb. gr. iiij:
ther. cœlest. gr. ij.
M. F. xij. *pilula*.

Fronti applicetur *linimentum* calide:

℞. *Ungu. alabastr. popul. aa.* ℥ß.
pingued. castor. ʒiij.
ol. hyosc. expr. ʒij.
camph ℈j.
op. in 🜄. *sol.* ℈ß.
ol. nymph. ʒij. *M.*

Unde brevi dolor sublatus fuit.

* * *

Pulsus intermittens.

In matrona circiter 68. annorum aliquando febricitante *pulsum* in utroque carpo cum debilitate *intermittentem* ad aliquot nonnunquam ictus semper observavi, nec propterea nimium consternatus fui, quod & cætera signa periculo non consentirent, & ipsa sibi pulsum etiam sanæ intermittere fateretur. Ajebat enim ab inde compluribus annis beatos meos in *Physicatu Nordlingensi* Antecessores idem observasse, & ego in sana interdum pulsum explorans, eum cum virtute & robore intermisisse comperi. Notandum autem, quod liberrime spiret matrona, nec valetudine adeo inclementi utatur. vid. *etiam Ann. II. Dec. I. Eph. Cur. Obs.* 237. *& Pechlin. lib.* 2. *Obs.* 7.

Non possum quin hic singularem de pulsu observationem, nuper in Ill. quodam Domino, una cum Excell. meo Dn. Collega, D. *GEORG. TOBIA DURRIO*, habitam recenseam; qui nempe in utriusque manus loco consueto minime deprehendebatur, atque ideo in corpore isto ex longa (& tandem letali) dysuria admodum debilitato, jamjam subsecuturæ mortis prognosticum, si alia signa concurrissent, suggerere potuisset; quem tamen in manu sinistra, in ipso metacarpio, sive supra os primum pollicis, aut Chiromantis sic vocatum Veneris montem inveniebam; prout è contra manus dextra opposito in loco, dorso nempe ejusdem, supra appendicem radii, qua is cum carpo articulatur, arteriæ eminentis pulsationem ostendebat. *Lucas Schröckius, D.*

* * *

Faucium in malignis febribus inflammatio.

Quemadmodum ubi hæc negligitur, ea periculi plena est, ita in praxi mea semper ego observavi longe periculosius decumbere, quibus fauces non inflammantur, sed in statu naturali perseverant. Præsente autem isthac inflammatione *gargarismis*, frequentissime insistendum.

Immo habui, qui singulis horis dimidiatis opus haberent injectione *gargarismatum* per siphones. Adseverare non dubitem, lympham salibus malignis impraegnatam crisi quadam illic à glandulis faucium separatam deponi cum aegri salute, modo, quod supra dictum, suppetias gargarismis feramus.

* * *

Metus anasarcae.

Mulier 37. annorum 12. liberorum, quorum ultimi gemini fuerunt mater, ingravidationis ultimae tempore hydrope uterino laboravit, effusis in partu aquis symptomata intemperiem uteri frigidam indicantia, mesenterii obstructiones, appetitus dejectus, sitis cum oris siccitate, habitus corporis inflatus & subtumidus in facie praesertim, pulsus undosus, urina quoad colorem satis laudabilis cum sedimento disperso: ante puerperium pro modulo potus urina non profluxit, alvus officium facit. Ordinavi primo purgantes *pilulas,*

℞. *Extr. esul. gr.* xv. *elater. gr.* ij.
magist. gumm. gutt. gr. iiij.
ol. cinnam. gtt. ij.
F. pil. XXIV. *pro una dosi.*

Postea bis in die medicis horis ʒß. *pulveris* ex cochleari *mixturae* seqq. adhuc assumtis dictae *mixturae* 2. cochlearibus:

℞. *Spec. diacret. Mynf. pulv. stomach. Birkm. aa.* ʒij.
troch. alk. k. sin. op. ʒiß.
ocul. ♋. *ppt.* ʒj.
⊖. *genist.* ℈ij.
ol. caryoph. carv. gtt. vj. *F.* ♀.

℞. *Aq. m. catarrhal.* ℥iiij.
meliss. ℥ij.
mastichin, levist. aa. ℥j.
sir. artemis. r. cinnam. aa. ʒiij. *M.*

Noctu, ubi cubitum itur deglutiantur *pilularum* sequentium n. 8.

℞. *M. Pil. diachyl.* ʒij.
croc. ♂. *aperit.* ʒj.
⊖. *absinth.* ℈j.
extr. cal. arom. ℈ß.
cum Ess. absinth.
F. pil. pond. gr. iß. *D.*

* * *

Dolor catarrhalis humeri.

An Herrn
D. Johann Quirin Krausen/
Stadt-Physic. zu Wemdingen.

Der grosse Schmertzen des Herrn Stadt-Pfarrers rühret her à defluxione acri catarrhali, die zwar an sich selber hitzig gewesen / aber vielleicht durch äusserliche Verkältung / wie gar leicht geschehen kan / sich in der junctura humeri cum scapula & clavicula coaguliret und sulzigt worden; dahero die nervi, membranae und tendines, als sehr empfindlich / extendiret und arrodiret werden / und grossen Schmertzen leiden. Das Vornehmeste / so hiebey zu thun / ist / daß die lympha glutinosa & gelatinosa gleichsam wieder aufgeschlaffet und flüßig gemacht werde: und solches muß mit nachdrücklichen und sehr penetranten Artzeneyen geschehen / welche so wol in-als

in-als äusserlich zu gebrauchen; so aber dieses nicht geschiehet/ weiß ich/ daß dergleichen Fluß-Schmertzen wol 5. biß 6. Monate aneinander/ mit unsäglichem Wehetagen gewähret/ ja endlich eine Atrophiam, ja bißweilen eine Subluxation (wann die coagulirte lympha gleichsam in der Junctur verpichet/ und das caput ossis humeri, wegen des stätigen Zuflusses aus seinem acetabulo stösset) verursachet haben. Ich wolte dannenhero unmaßgeblich den Herrn Patienten auf folgende Weise tractiren: 1. Innerlich alle Tage zweymal/ als Morgens früh/ und Abends um 4. Uhr ihm folgendes **Pulver**/ in warmer Brüh/ oder mit **Holdergeseltz** (a) vermischet/ eingeben:

℞. *Pulv. lumbric. terrestr. ppt.* ℈j.
bezoard. miner. ☿. *nativ. aa.* ℈ß.
⊖. *succin. vol. gr.* iiij. *M.*

Nach dem Einnehmen wolte ihn zudecken und wol schwitzen lassen/ auch zu Beförderung des Schweisses vier gebackene Steine nehmen/ wol heiß machen/ und in Tücher einwickeln/ zwey unter die Fußsoolen/ die Füsse dran anzusteiffen/ und zwey unter beyde Achseln legen/ da es dann einen gewaltigen Dampff geben wird. (b) 2. Wolte allezeit eine Stund nach dem Schwitzen *Gelatinam Corn. cerv. & ebor.* in **Gersten-Schleim** eingeben. 3. Wolte beygesetzte Mixturam anodynam dreymal des Tages folgendermassen gebrauchen: Den schmertzhafften Ort reibe man mit warmen Tüchern/ welche mit **Mastix** und **Myrrhen** beräuchert/ damit sich die Pori eröffnen/ und die Mixtura anodyna besser durchdringe: Hernach schmiere man die **Mixtur** wol warm ein/ welches sonderlich nach dem Schwitzen/ da die Pori ohne dem offen/ füglich geschehen kan:

℞. *Spir. cochlear. formicar. aa.* ℥ij.
CC. ⊖✳*ci aa.* ℥j.
lumbric. vol. ℈ij.
Ess. castor. ℈ß.
mithridat. Dam. gr viij. *M.*

4. Hernach wolte zwey **Säcklein** aus nachbeschriebenen Speciebus machen/ in zwey Theil **heissem Wein**/ und einem Theil **Brandtewein** eintuncken/ außdrucken/ und/ so warm/ als zu leiden/ eines nach dem andern überlegen:

℞. *Herb. salv. majoran. rut. aa.* mß.
flor. lavend. p. ij.
herb. calaminth. origan.
fl. chamom. bacc. laur. aa. mß.
è concis. cont. F. 2. sacculi.

5. Endlichen/ alle Nacht vor schlaffen-gehen wolte 4. **Pilulen** ex *theriac. cœl. gr.* iij. *laud. opiat. gr.* ß. eingeben/ und hoffen/ der Schmertzen solte bald gehoben seyn/ und könte man alsdann die Cur mit einem gelinden Phlegmagogo endigen/ und den Herrn Patienten ermahnen/ daß er diesen gantzen Winter/ ob metum recidivæ, nicht nur allein den gantzen Leib wol warm halten/ sondern auch ein Stück von einem **Hasenbalg**/ das Rauche einwerts gekeh-

gekehret / auf dem schmertzhafften Orte continuirlich tragen wolle. &c. Nördlingen den 19. Nov. 1692.

ROSIN. LENTILIUS.

Nota.

(*a*) Holdergesel̈tz hic locorum vocatur *Rob Sambuci.*

(*b*) Egregium stratagema in iis, qui difficulter ab hidroticis in sudorem solvuntur, quod frequentissime contingit, sic ut aquam citius ex pumice, quam ab aliquibus sudorem prolicias: quinimmo in palpitationem, leipothymiam, capitis dolores &c. incidant: per lateres autem ejusmodi, negotio haut admodum difficili, finis obtinetur.

Bene habuit Æger ab applicatione istorum remediorum, quamvis non omnia ad præscriptum usurpasset.

* * *

Hæmorrhagia narium rebellis.

Miles quidam Saxonicus post febrem tertianam corripitur *narium hæmorrhagia* propemodum ad animi deliquium, prodeuntibus denique fibris, quasi filamentis albis: Abdomen tumidum, urina scorbutica: Hæmorrhagiam compescui sequentibus, pro sanguine una condensando:

℞. *Tinct.* ♀. ⊕*li.* ʒj. (*a*)
aq. plantag. ℥ß. *M.*

Mane sumantur ex *jusculo* guttæ xxx. & paroxysmi tempore in dupla dosi: noctu autem 2. cusp. cultr. de sequenti *pulvere*:

℞. *Bol. armen. ppt.*
rad. symphyt. ℈iß.
gumm. arab. lap. osteoc. ppt. aa. ʒj.
sacch. ʒiij. *F.* ♀.

Foris *alumen* ℈iß. *cum lacca pictoria* mixtum naribus per calamum insufflandum:

Nota.

(*a*) Hujus *Tincturæ* parandæ modus reperitur in *Ephem. Natur. Curios. Ann. VI. Dec. II. Obs. 185.* Laudatissimi usus in quibusvis fluxibus cruentis, narium, alvi, uteri, hæmorrhoidum, vulnerum &c.

* * *

Catarrhus suffocativus.

In trium mensium puello sublatus *emetico*:

℞. ♀. *em. gr.* ß.
⊖. *succin. vol. gr.* ij. *M.*

Cochleatim postea sequens propinetur:

℞. *Aq. hyssop.* ℥j.
♒. *fulig.* ℈j.
syr. nicot. ʒiij. *M.*

Pectusculo *linimentum* creberrime calide inungendum:

℞. *Ol. amygd. dulc. axung. cap.*
aa. ʒiij.
sperm. cet. ʒj.
croc. ℈ß. *M.*

Sperma ceti quoque intus ad ℈j. exhiberi potest; sed eo non opus fuit.

* * *

Urinæ incontinentia.

In puella 18. annorum, quæ jam per aliquot annos duraverat, sequentibus curata:

rata: *Pulvis* vel *cinis* potius *bufonis vivi in olla nova combusti, sacculo inclusus de collo suspendatur: pudendum smillum* femininum quolibet modo coctum aut præparatum ipsi comedendum præbeatur. Mane & noctu 2. cusp. cultri capiantur de hoc *pulvere*, ex *jure* vel *cervisia*:

℞. *Pulv. erinac. comb.*
tunic. inter. ventr. gallin.
glandium, gumm. arab. unic. fossil. aa. ℈ij.
Terr. catech. ℈j. *M.*

Ni his juvetur, *Balneas VVemdingenses* adeat. Quibus ultimis autem, quod medicamenta suum fecissent, opus non habuit.

Asthma humidum.

In anu plusquam sexagenaria, cum sibilo & pituitæ viscidæ excretione ita curatum: Evacuetur:

℞. *Aq. hyssop.* ℥j.
pulv. Cornach. ℈ij.
fl. ♀. ℈ß.
magist. gial. gr. vj.
sir. rof. solut. ℨiij.
M. F. haustus.

Ad promovendum hinc screatum *mixtura* sequens cochleatim hauriatur:

℞. *Aq. scabios.* ℥ij.
asthmat. offic. ℥j.
∽. *cochlear.* ℨij.
Tinct. croc. ℈j.
sir. de nicot.
Oxym. squillit. aa. ℨiij. *M.*

Rheumatismus.

Religiosus quidam dolore catarrhali dentium potioris maxillæ diu cruciabatur, qui denique per collum in istius lateris mammillam protentus, pressionem summe molestam excitabat cum δυσαρεςίᾳ & pervigilio. Purgato jam antea per *laxativam potionem* ex *rheo & senna cum Dec. prunorum*, ordinavi *mixturam*, per cochlearia sumendam:

℞. *Aq. m. catarrhal. compl.* ℥iij.
hepat. nob. majoran. aa. ℥j.
mastichin. ℥ß.
∽. *cochlear.* ℨij.
Tinct. succin. ♀ *sat.*
Ess. lign. sassafr. aa. ℨj.
sir. capill. ♀. *cochlear. aa.* ℨiij. *M.*

Cubitum iturus accipiat octo *pilulas* in quolibet vehiculo:

℞. *M. Pil. diachyl.* ℨj.
de cynogl. styrac. aa. ℨß.
ol. succin. ℈ß.
F. pil. pond. gr. iß. D.

Locus dolens calide frequenter *ungatur*:

℞. *Ol. majoran.*
lumbric. mastich. aa. coct. ℨiij.
philosoph. ℨj. *M.*

Hæc ordinata *d. 15. Jan. 1693. D. 21. ejusd.* scripsit se propemodum per omnia melius habere, quinimmo pressionem omnino remisisse, nunc autem reverti cum anxietate quadam. Sumat mane & pomerid. cusp. 2. cultr. de sequenti *pulvere*, in cochleari *aqua* infra descriptæ, superhaustis adhuc *aqua* dictæ 2. cochlearibus:

℞. *Ebor. philos. CC. philos. man. chr. perl. aa.* ʒij.
cryſtall. ppt.
ocul. ♋. ppt. aa. ʒiß.
antihect. Poter. ʒiß. *M.*
℞. *Aq. catarrhal.* ℥iiij.
tarax. beton. capon. aa. ℥j.
naph. ℥vj.
ſir. rub. il. ℥vj. *M.*

Noctu ſumat 15. guttas ex *vino* de *ſpir. fuliginis.* Ita reſtitutus eſt.

* * *

Capillorum in fronte proventus.

Quærebatur de hoc illuſtris Filia, cui ſequentem in modum ſumus medicati:

℞. *Album. ov. conquaſſat. n.* j.
pollin. calc. viv. ℥j.
auripigm. ʒij. ℈ij.
Lixiv. comm. q. ſ.
ut F. linimentum.

Intincta in hoc anſerina penna pars depilanda illinatur, poſt horæ quadrantem *aqua calida* abluenda, & *unguento roſato* demulcenda. Si pili non exciderunt poſt horæ dimidium experimentum repetatur, & ſi nec iſtud officium faciat, applicetur *Dropax*:

℞. *Reſin. laric. vulgar. cochl.* iiij.
admiſc.
maſtich. ſubtiliſſ. trit. ℈ij.

Diſſolv. ad ignem & parum coque, continuo agitando: Poſtea effunde in lebetem aqua frigidiſſima plenum, malaxetur manibus, & magdaleon in aqua frigida ſervetur. Applicetur parti piloſæ in forma *emplaſtri*, quod rurſum avellatur, & pili adhærebunt, ac, ſi quid emplaſtri cuti adhæſerit, locus *oleo dulcium amygdalarum vel jaſmini* perfricetur.

* * *

Oedema pedum.

Chiliarcha quidam *Saxonicus* œdematoſis pedibus moleſtabatur: videbatur eſſe ſcorbuticus: Ante meridiem decima, & pomeridie quarta ſumat guttas 30. de ſeq. *mixtura* ex *vino*:

℞. *Eſſent. trifol. fibrin.* ℥j.
lign. ſaſſafr. ℥ß.
extr. fumar. ʒj. *M.*

E *pilulis diachylon* mane & noctu deglutiat n. x. gr. j. ponderantibus. Pedibus autem *fotus*:

℞. *Herb. artemiſ. anſerin. piloſell. beton. ſalv. roriſm. origan. abſinth. aa.* mj.
fl. chamom. miß.
cent. min. mj.
ſummit. aneth. mj.
bacc. laur. ℥j.
junip. ℥iiij.
Alum. ſal. gemm. aa. ℔ß.

Quæ ipſi multum profuerunt.

* * *

Affectus hypochondriacus complicatus.

Hn. D. LENTILIO zu ſagen:

1. Daß der alte Zuſtand noch/wie vor/ſey/ dahero/ ob er nicht ein Conſilium ſtellen wolle?

2. Sey die Melancholie so starck in mir/ voller Furcht und Schrecken.

3. Daß aus der Nasen also übel rieche/ und gelb-grün die Materie außsiehet.

4. Daß so starck Athem hole/ solcher im Liegen lang außbleibe/ offtermals/ wie mir gesagt wird/ 6. oder 8. Vatter Unser lang.

5. Etwas für **Geflechter.**

6. Præservativ obigen Zustandes halber.

7. Confortativ, die obigen Zuständen nicht schädlich. NB. aphrodisiaca putantur.

8. Für **Räude**/ oder **Ruffen** in der Nasen.

9. Für den **Kupffer-Handel**/ guttam rosaceam.

I. N. J.

NAch reifflicher Uberlegung kan nichts anders finden/ als wie ich/ meines Behalts/ bereits ehedessen dahin incliniret/ daß nemlich mein Hochgeehrter Herr mit einer Affectione hypochondriaca und Verstopfung des Kröß-Geäders/ auch einem scharffen/ scorbutischen/ zähen/ schleimigten/ und auf eine besondere Art verunreinigten Geblüte/ behafftet; welches meinen Hochgeehrten Herrn aller rechtschaffenen Kräfften beraubet/ und mittler Zeit denselben nohtwendig zu einer **Scharbockischen Schwindsucht**/ oder wol gar einer **bösen schlimmen Krätze**/ disponiren muß. Und/ wann ich mein Sentiment aufrichtig eröffnen solte/ so bedüncket mich/ es sey mein Hochgeehrter Herr in der Jugend zimlich hitzig gewesen/ und habe seine beste Boltzen verschossen/ auch vielleicht der jugendlichen vermeynten Delicatesse so viel nachgehänget/ daß dadurch das Geblüte allzu sehr erhitzet und verschärffet/ auch fast unrein worden. Daferne auch die Sache länger währen wird/ so wird nicht allein der scharffe Fluß in der Nasen/ die Gebeine selbigen Orts selbst angreiffen/ und daselbst eine Außhölung verursachen/ in welcher sich von dem verstockten Nasen-Unrath grüne/ stinckende Butzen/ wie Zapfen/ sammlen/ und zu gewisser Zeit mit gröster Ungelegenheit herauß geschneutzet werden müssen/ die hernach/ wann sie außgetrocknet/ sich gantz/ wie Pulver/ zerbröckeln lassen. Ja/ es wird die Schärffe der Materie gar den Halß angreiffen/ und darinnen Geschwäre und Löcher verursachen. Es wird sich auch ein Beissen und Kützeln über den gantzen Leib erzeigen/ und sonderlich an dem mannlichen Gliede/ da/ wie in der Nasen/ der Samenfluß ohne dem schon grün und eyterigt/ und wird letztlich der Affect mit Lähme der Glieder/ und Abnehmen des Leibes/ auch stätem Außwurff eines überaus-zähen pechigten Schleimes/ nicht anders zu curiren seyn/ als wie die s. v. **Frantzosen-Kranckheit**/ ob es gleichwol mehr nicht/ als ein scharbockisches Wesen wäre. Wie ich denn solches an einem vor-

nehmen

nehmen Cavallier/ vor etlichen Jahren / durch GOttes Gnade gantz glücklich curiret habe; den andere/ auch Fürstliche Leib-Medici, für einen Franzosen / mit starcken Schwitzträncken/ mehr außgemergelt/ als erleichtert/ und endlich gar zu grunde gerichtet hätten. Es ist demnach zu hoffen / daß bey Reinigung des scharffen Geblütes auch alle andere Zufälle aufhören werden; als das harte Schnauffen/ die Melancholie/ Furcht und Schrecken / das üble Riechen und Fliessen der Nasen / Geflechte / Unvermögen im Beyschlaffe / Röthe des Angesichtes/und dergleichen. Und wäre/ meines geringen Ermessens/ die Cur auf folgende Weise anzutretten.

1. Solle man die Pilulen/so nachgesetzt / gleich drey Tage vor dem Vollmond einnehmen/ und mit denselben ein gantzes Jahr lang/ allzeit gegen dem Vollschein/ continuiren:

℞. *Extr. cathol.* ʒß.
☿ *ii dulc.* ℈j.
magist. gumm. gutt. gr. iij.
F. pil. xxx. *pro una dosi.*

2. Drey Tage nach dem Vollmond ist die Median des rechten Armes auf 5. Unzen / und 14. Tage darauf die Salvatell auf der lincken Hand auf 4½. Unzen zu lüfften.

3. Nach diesem sollen die folgende Blut-reinigende Pilulen/ dergestalt gebraucht werden / daß man deren alle Morgen früh an der Zahl 30. worinnen man kan / einnehme/ und darauf gleich allezeit drey Löffel voll von dem Wasser zu den Pilulen trincke / sich allezeit eine gute halbe Stund mit auf- und abgehen darauf bewege / und damit einen gantzen Monat/ keinen Tag außgesetzt/ fortfahre/ ausser an dem Tage des Aderlassens und Purgierens. Und wann man in acht nimmet/ daß der Stulgang auf diese Pilulen schwartz gehet / hat man sichs nicht befremden zu lassen / weil es eine gute Würckung von der Artzeney ist. (a) Daferne auch innerhalb Monats-frist/ die Pilulen oder Wasser außgehen solten / müste man/ um daran keinen Mangel zu leiden/ solche wieder frisch machen lassen:

℞. *Chalyb. cum* ♀. ʒj.
spec. diarrhod. Abb. ʒj.
cum sir. fum. F. pil. pond. gr. ij.
sum. 30 *pro dosi.*

℞. *Aq. bugloss. cichor. hepat. nob. aa.* ℥iij.
sir. de fumar. ʒvj.
M. D. S.

Wasser zu den Pilulen.

4. Nachts vor schlaffen-gehen sollen allezeit von nachkommender Tinctur 30. Tropffen in warmer Suppenbrüh eingenommen / und/ wann die Engbrüstigkeit würcklich verhanden/ noch einmal so viel:

℞. *Tinct.* ♂. *aperit. Zvv.* ʒij.
♀ *i. croc. aa.* ʒj. *M.*

5. Die Nase betreffend/solte man solche früh Morgens und Nachts vor schlaffen-gehen mit dem Rauch-Pulver ein wenig räuchern/ und den Rauch durch ein kleines Trichterlein

in die Nasenlöcher gehen lassen/ hernach mit dem reinigenden Sälblein in- und außwendig/ so weit man reichen kan/ warm schmieren:

℞. *Mastich. styr. calamit. oliban. ladan. hypocyst. aa.* ʒj.
M. F. ♀. *grossus pro fumo.*

℞. *Ungu. de tut. diapomphol. pomat. aa.* ʒiij.
sacch. ♄ *i* ʒß.
M. F. linim.

6. Wegen des Angesichts Röthe aber wüste fast nichts bessers/ als folgendes zu gebrauchen / so ich bey verschiedenen/ auch mir selbsten/ experimentiret. Nachts vor schlaffen-gehen schmiere man das gantze Angesicht/ oder zum wenigsten die Hoppen desselben / mit nachfolgendem Sälblein:

℞. *Ungu. alb. camphorat. rosat. aa.* ʒß.
fl. ♀. *lact. ejusd. aa.* ʒß.
☿ *ii* ♁ *ti* ℈j.
sacch. ♄ *i. gr.* xv.
ol. ♀. *p. d.* ʒj. *M.*

Morgens früh aber/ nachdem man sich mit Saiffe abgerieben / wasche man das Angesicht mit dem äusserlich kühlenden Wasser/ und lasse es von sich selbsten trocknen:

℞. *Aq. plantag. rosar. fl. fabar. aa.* ℥iij.
✠ *ti rub. id.* ʒij. *M.*

7. Die Natur aber zum Ehelichen Wercke zu stärcken / halte für schädlich / und conformire mich mit der Experienz, des berühmten Medici zu Genf/ Hn. D. Puerarii, welcher im Anhange des Capitels de Impotentia in Herrn Burnets Thesauro Practico schreibet: Daß ihm viele Manns-Personen unter Handen kommen/ welche nur/ daß sie entweder vor oder in dem Ehestande anfänglich allzu hitzig in den Handel gangen/ das Geblüte dadurch erhitzet und verschärffet/ und hernach nicht weiter in diesem Kampfe fortkommen können. Nachdem aber gedachtes ihr Geblüt durch kühlende und versüssende Artzeneyen / besonders aber eine gute und accurate Diæt geändert worden/ von selbst zu guten Rittern gediehen sind/ ohne Gebrauch inner- und äusserlicher stimulirender Artzeneyen / die mehrentheils grosse und schädliche Hitze verursachen: Wie dann noch dieses zuletzt hinan zu fügen/ daß/ wann mein Hochgeehrter Herr / wie er schon ehemalen præoccupiret/ seiner Meynung und Vorgeben nach/ die Diæt nicht accurat halten wil oder kan / in Cur dieser Maladie nicht das geringste zu hoffen/ und solche demnach viel lieber zu unterlassen seyn wird. Da hingegen bey Jnachtnehmung der von mir schon ehedessen vorgeschriebenen Diæt, worauf mich beziehe / durch GOttes Gnade / gute Gesundheit zu gewarten ist / welche GOTT in Gnaden verleihen. &c. Nördlingen den 21. Jan. 1693.

ROSINUS LENTILIUS.

Nota.

(*a*) Monendi sunt illi, quibus *martiales* curæ scribuntur, ne, dum alvi excrementa nigrescere comperiunt, perterrefiant; siquidem is *martialium*, & rite quidem operantium, effectus esse consuevit.

* * *

Fetus mortuus.

Mulier 34. circ. annorum, sex antea liberorum mater, gravida partui semet accingit, aquæ profluunt, situs infantis propemodum transversus, capite dextrum latus terebrante, ejusque mortui omnia indicia. Dolores ad partum omnino cessabant. Dentur sæpius cochlearia 2. l. 3. *Decocti* sequentis calidi:

℞. *Rad. aristol. rot. dictam. nostr.* *aa.* ℥ß.
herb. verben. sabin.
meliss. rut. aa. mß.
flor. calend. cheir. aa. p. ij.
croc. or. ʒß.
sem. lin. ℥j.
cicer. rubr. ℥ß.
cinnam. cost. cass. lign. aa. ʒij.
Conc. cont. coq. in aq. font. s. q. Colat. ℥vij. add.
ther. diatessar. ʒj.
borac. ven. ℈ij.
succin. a. ʒß.
aq. cinnam. ℥ß.
sir. artemis. ℥j. *M.*

Nil quidquam inde opis, nec ulla dolorum vestigia insecuta. Intra sacrum & saxum constitutæ *pulverem* pro *suffitu* scribo, cujus tantillum successive prunis injiciatur, excepto genitalibus fumo:

℞. *Sabin.* ℥ij.
galban. castor. aa. ʒß.
as. fetid. myrrh. r. ♃. *citr. aa.* ℈ß.
F. ♀. *grossus.*

Quo fumo semel tantum admisso dolores redire, ac intra trihorium puellus mortuus feliciter excludi, matre sensim vires recuperante, & aliquot postea vicibus, Lucina clementissima, pariente. Quod periculosissima isthæc patiens prima fuisset, quæ, cum *Anno Christi* 1680. *Physicatum Crailshemensem* è *Curlandia* redux aggrederer, meæ se fidei credidit, felix meæ praxeos auspicium ab ea cura cepi, civiumque fiduciam promeritus sum.

* * *

Terror à spectro.

Pastor quidam ruralis 32. circ. annorum rure *Crailshemium* circa crepusculum vespertinum tendens, ad limifodinas à re quapiam se vehementer exterritum fuisse, querebatur, tametsi, quid nam istud proprie fuerit, aperire nemini voluisset. Patiebatur magnas præcordiorum anxietates, totoque corpore tremebat. Quod ei, mane sequenti, qua mihi rem significabat, concio domi habenda esset, venæsectionem imperare non possem, *haustum* sequentem ordinavi:

℞. *Aq. flor. til. lil. convall. aa.* ℥vj.
♒. *lil. convall.* ʒij.
CC. philos. bez. miner. aa. ℈ß.
conf. alk. ʒß.
sir. fl. pœon. parum.

Unde levaminis nonnihil sensit, altera tamen nocte creberrimis terroribus tentatus. Tormina primum, hinc bini sedes cum

cum euphoria. *Die tertio sudorificus haustus* aquam multam proliciens:

℞. *Aq. card. ben.* ℥j.
cinnam. ℥iij.
conf. alk. Diascord. Frac.
♁ *diaphor. aa.* ʒß.
croc. opt. gr. vj.
M. F. haustus.

Die quarta venæsectio in pede sinistro, sanguis copiose eductus fuit floridus & spumosus. Levamen. Dolor tamen capitis & præcordiorum adhuc æstus. *Die quinta* vesperi *bolus*:

℞. *Pulv. bezoard.* ℈ij.
Diacinnam. Reg. Mynf. ʒß.
Conf. rof. r. q. s. M.

Pro capitis dolore compescendo *epithema*:

℞. *Aq. solan. verben. nymph. aa.* ℥iß.
extr castor. sacch. ♄ *aa.* ʒß.
camph. gr. vj. *M.*

Die sexta belle satis habuit. Anxietas omnis dispulsa, dolor capitis abactus. In artubus adhuc dolor gravativus & lassitudo. Iterata die septima *potio sudorifica*, cujus beneficio & illud molestiæ sublatum.

* * *

Abdominis inflatio à meconio retento.

Puella 15. septimanarum à *meconio* incidit in hypochondriorum totiusque abdominis inflationem tantam, ut abdomen tenellum isti amplius retinendæ impar factum, & flatus per perinæum sibi viam effregissent, cum sanguinis multo profluvio, & quamvis omnem diligentiam adhiberemus, quin tamen infans exhalaret spiritum, impedire hautquaquam valebamus.

* * *

Tumor subter axillas metastasi mira in penem tralatus.

Rusticus quidam tumorem dolorificum sub axilla dextra sensit: Chirurgus *repellentia ex sperm. ranar.* potissimum conflata adhibens, effecit ut totum vehementer brachium intumesceret, quod cum per externos *fotus* iterum detumuisset, virile membrum, nimium quantum, pellucente ejus cute increvit; proprio consilio ductus chirurgus lancea viam ichori seroso ibidem quæsivit, unde febris & inflammatio penis, cum alvi adstrictione. Applicatum *clysma, bolus hidroticus*, peni quæ gangrænam amolirentur. *Clysma*, quod fuit suum, cum euphoria exsequitur, *bolus* nil operatur, inflammatio penis minuitur; dolor insuper sinistri lateris. Datur *potio sudorifica* cum effectu. Ab inferiore penis parte abscessus generatur, saniei lance paratur exitus, & sensim æger convalescit.

Hydrocelen à catarrho ortam, sive tumorem capitis metastasi mira in testiculum sinistrum translatum in *Ephem. Nat. Curios. Dec. II. Ann. III. Obs. 20.* exhibui, & nuper demum, M. Febr. Anno 1697. in viro non absimilem serosi humoris in scrotum decubitum observavi, qui postquam lymphæ in capite stagnationem, quæ inprimis faciei intumescentia, cum calore præternaturali intenso, & virium debilitate se manifestabat, passus fuisset, paulo post evanescere illam, atque per an-

 teriorem

teriorem corporis partem uti referebat, aliquid descendere, scrotumque in notabilem aquosum tumorem attollere sensit; cui cataplasma ex pulvere herbarum discutientium & resolventium, cum lacte paratum, tumenti loco circumponendum; diaphoreticumque una & altera vice propinandum, cum ordinassem, paulo post integre convaluit. *Lucas Schröckius, D.*

* * *

Senex ad emetica difficillimus.

Anno 1681. *d. 17. Jan.* me convenit vir sexagenarius conquestus de vomitibus biliosis, & quod cibos retinere non posset. Cum diceret se à *catharticis* difficulter moveri, *emeticum* fortius, ut vomitum vomitu curarem, tale præscripsi:

℞. *Aq. menth.* ℥j.
cinnam. ʒij.
♀. *emet. gr.* iiij.
diacryd. gr. iij.
sir. menth. ℥ß.
M. F. haustus.

Retinuit hunc haustum usque ad pomeridianam tertiam. Stimulus ut adhiberetur eadem vespera *bolum* dedi:

℞. ♀. *em. gr.* iij.
⊕-*lati.* ℈ß.
conf. ros. q. s. M. F. bolus.

Sed vix bis operatus est: cum vero cardialgia laboraret & nausea sine vomitu, ausus sum tunc, quod in hodiernum diem non amplius auderem, & præbui *pulverem*:

℞. ♀. *emet. gr.* viij.
diacryd. gr. iij.
♀. ⊕-*lat.* ℈ß. *M.*

Sed non nisi binæ adhuc operationes insecutæ, & κάτω ne semel quidem purgatus fuit: sic ut ex adsumtis una die *Tartari emetici, non effeti*, sed in aliis subjectis feliciter evacuantis, *grana* xv. non nisi quatuor vomitus, eosque vix notandos, excitarint.

* * *

Anasarca.

In puella decem annorum paupercula sequentibus feliciter abacta:

℞. *Rad. bardan. brusc. cichor.*
aa. ℥iß.
levist. petrosel. aa. ℥j.
chin. ʒvj.
ras. lign. sassafr. guajac. lentisc.
aa. ℥ij.

E concis. & contus. F. Decoctum l. a. cum aq. font. hauriatur mane & pomerid. quartar. dimidius calide, instillatis haustibus singulis *mixt.* seq. 12. guttulis.

℞. *Tinct.* ♀.
♂. *aperitiv. aa.* ʒiß. *M.*

* * *

Dysuria.

Puer 11. annorum ab aliquo tempore urinam non nisi summo cum dolore reddit, crassam, viscidam, arenas non habentem: mane & vesperi dosin *pulveris* sequentis ex *jure* sumat:

℞. Te-

℞. *Tereb. cypr. coct.* ʒij.
rhabarb. el. ʒj.
oc. ♋. ppt. ℈ij.
succin. alb. ℈j.
⊖. *stipit. fab.* ʒß.
F. ♀. pro 5. dosibus.

Regio pubis & perinæi sequenti *linimento* inungatur:

℞. *Ol. amygd. amar.* ʒij.
chamom. ʒß.
scorpion. ʒij.
Ungu. dialth. ʒß.
pingued. gallin. ʒj.
ceræ parum. F. linim.

Hæc quoad mictum optime profuerunt, post aliquot autem septimanas redeunti & de pressione stomachi post cibum assumtum quiritanti, ordinavi stomachicum ante pastum ad gutt. 50. in *jure* sumendum:

℞. *Aq. cinnam.* ʒß.
sir. cydon. ʒij.
Elix. m. polychrest. ʒj. *M.*

* * *

Dysuria ab arenis.

Alius quidam puellus annorum quinque jam inde à longo tempore, cum dolore scindente summo, ejulatuque urinam paucam, tenuem, aquosam, cum sedimento quasi purulento, sed sine arenis, deponit. *D. 17. Jan* 1680. ordinavi *pulvisculum* mane & noctu cubitum ituro ad ℈j. ex *jure* propinandum:

℞. *Troch. alkek.* ʒiij.
laud. op. gr. ij
rad. consol. maj. tereb. cypr. coct. aa. ℈ij.
sacch. rosat. tabulat. ʒiß.
succin. albiss. ℈j. *F.* ♀.

Regio pubis inungatur calide hoc *oleo:*

℞. *Ol. lin. amygd. dulc.*
aneth. irin. aa. ʒß.
scorpion. ʒij. *M.*

D. 9. Febr. rediens Pater puerum, quamdiu medicamentis fuisset usus absque dolore minxisse dicit, nunc autem, quod annona officinæ consumta esset, dolores incrudescere. Sumat *pulveris* sequentis ʒj. mane & noctu ex cochleari *aqua* seq. hausto adhuc *aqua* dictæ uno cochleari:

℞. *Pulv. m. lithontript.* ʒvj.
sperm. cet. ʒiij.
arcan. duplic. ʒß.
terebinth. coct. ʒij.
sacch. ʒß. *M.*

℞. *Aq. gramin. petrosel.*
equiset. plantag. aa. ℥iij.
Tinct. ♀*i.* ʒj.
🜍. *junip.* ʒvj.
sir. 5. radic. ℥iß.

Post aliquot dies obtulit Pater urinam arenulis refertissimam, cui sociabantur aliquot calculi gran. milii quantitatem excedentes aliqui. Jussi hinc, ut per aliquot tempus pulveris usum continuarent.

* * *

Hæmorrhagia narium.

Mulier 24. annorum inde à prima juventute frequentissime naribus fluit, & potissimum *plenilunii* tempore. Sanguine in ὀργασμῷ existente præcordiorum summa anxietas, mox, ubi per nares erumpit, remissio. Fluxus persistit eodem

dem impetu, nullis vel potentissimis adstringentibus eum quidquam cohibere valentibus, donec purpura propemodum omni exhausta, serum loturæ carnium simile guttatim stillaret. Pallida facies, prostratus appetitus, virium debilitas, menses ordinarie, & magna quidem copia fluentes, sitis ferme inexplebilis. Quod arbitrarer, sanguinem esse scorbuticum, plus justo fluidum & acrem, in ebullitiones facillimo modo & motu cieri aptum, oleum & operam vulgaribus *ischæmis* & *adstringentibus* externis perdi ratus, per *incrassantia* interne adhibenda sanguini consistentiam conciliare studui. Præscriptum igitur sequens *electuarium* ad nucis muscatæ quantitatem ter in die sumendum:

℞. *Conf. rof. r. antiq.* ℥iß.
miv. cydon. ℥j.
Confect. de hyacinth. ʒij.
Coral. r. ppt. ʒiß.
lap. prunell. ʒj.
sir. portulac. q. s. M.

neun Hanfkörner eben genug seyen/ so viel fumos in cerebro zu erwecken/ unerachtet die Olea in kleiner Quantität sich dannoch weit extendiren können/das überlasse ich meines Hochgeehrten Herrn Schwagern hoch-vernünfftiger Betrachtung / und halte dannoch davor/daß nicht wol anders/ als von mir geschehen/ die Sache expliciret werden könne. Die jenigen/ so Belieben an den signaturis herbarum haben/können leicht eine Ursache dieses Phænomeni finden. Dann/ gleichwie der Folliculus oder Glumus, in welchem semen cannabis liegt/ gar leichtlich außspringet/ oder hisciret; also vollbringet dieser Samen gleiche Würckung in dilatatione fissurarum cranii. Ich habe zwar hierüber die beyde grosse Patronos signaturarum, Crollium und Helvetium aufgeschlagen/ finde aber nichts de cannabi. Allein ist mir beygefallen / daß unser Herr Præses, D. Volkamer, in *Ephemer. nostr. Curios. Ann. VI. & VII. Dec. I. Obs. 72.* die Momordicam in partu difficili, quovis modo, cumprimis in clysteribus usurpatam trefflich recommendiret/ und zwar auch die Ration à signatura hernimmet; daß/weil der fructus momordicæ in der Hand gehalten sich leichtlich spaltet und auffspringet / auch daher die expansio ossium pubis in pariente zu befördern Anlaß genommen werde. Schließlich beförchte ich / die Observatio *de Semine Cannabis* gehöre mit unter die Rolle der jenigen/ worüber Boyle klaget/ in einem besondern Tractatu: *de Infido experimentorum successu.* Womit ꝛc. Nördlingen den 3. Febr. 1693.

ROSIN. LENTILIUS.

* * *

Aures imperforatæ.

Anno 1696. *d. 12. Jan.* nascitur Tinctori nostrati Filiola, cujus auris dextra omnino nusquam erat perforata, in tribus tantum locis vestigia perforationis, haut aliæ, quam variolarum cicatrices, reperiebantur; Auris autem sinistra supra auriculam ostendebat cavitatem, semen cannabis vix capientem, sed quæ profunditate sua vix unciam æquaret. Et cum infans per omne corpusculum, artuum præcipue extima, livesceret, obstetrix culpam in aures conferre sustinuit, eo quod aër per earum cavitatem penetrare non posset. Accitus cum Chirurgo, sententiamque rogatus, vanum esse obstetricis commentum pronunciavi; quod enim tympano, pariete intergerino, aër externus impediretur, eum intima capitis penetrare non posse. Dixi autem convulsiones imminere, ad quas amoliendas pro expellendo meconio consuetis uterentur, ac si forte ad se rediisset infans, tentandam tunc sinistræ auris per Chirurgum apertionem, in dextra enim vix ulli remedio locum concedi. Sed infans illius diei vespera per motus convulsivos occubuit.

De

* *

De Marito quodam, ab uxore prodigalitatis, salacitatis beluinæ, furorisque incusato, & proinde divortium quoad thorum & mensam quærente,

ad *Nobilissimum*

Magistratum Nordlingensem Relatio.

Auf Ihro Herrl. des damaligen Hn. Ambts-Burgermeisters am verwichenen 8. Julii an mich ergangenen Befehl / daß ich nemlich den / in allhiesigem Hospital in Verhafft liegenden N. besuchen / ihn nothdürfftig examiniren / und alsdann mein weniges Bedencken über dessen Zustand schrifftlich begreiffen und einreichen solte; habe ich nicht unterlassen / die Sache reifflich zu überlegen / auch / zu desto besserer meiner Information, für rathsam befunden / daß ich / so wol mit des inhafftirten N. seinem Weibe / als auch mit jemanden seiner Freundschafft / und dann dem Matthäo Fuchsen / Bader / der ihn gewöhnlich in eräugenden Zufällen bedienet / mich zuvor privatim unterreden möchte / um aus jener vermuthlich beyderseits passionirten Reden und Gegen-Reden / und dieses Letzten Bedienungen / auf eine gute Spur zu kommen / und daraus Anleitung zu fassen / wie ich in examine des N. selbsten zu verfahren. Gleichwie nun die jenige Antworten / welche mir des N. Eheweib / an dem darauf folgenden 10. Julii auf 24. Fragen abgestattet / wol ein und anders zimliches Indicium geben / daraus man denselben zu einem Melancholico der Art machen könte / welche die Hn. Juristen mente captos nennen; jedoch / daß zu gewissen Jahrs-Zeiten / oder / nachdem sich dazu Anlaß eräuget / solche in einen furorem, vel quasi, außbrechen / auch Matthäus Fuchs / Bader / mit des Weibes Antworten in vielem einstimmig; also hat sein Anverwandter N. diesen Außsagen des Weibes in universum omnibus & singulis beständig contradiciret / und die Ursache der üblen Conduite des N. bloß dem unfreundlichen begegnen / un̄ bezeugenden Aversion des Weibes beygemessen. Worauf ich dann so bald selbigen Nachmittags den N. in seiner Verhafft besuchet / ihn nach allen signis Medicis examiniret / seine Reden und Gebärden auf das sorgfältigste und genaueste beobachtet / ihn auf allerley Discurse herum geführet / ob ich etwa einige Contradiction, ungereimte oder unbeständige Antwort / oder deß etwas / aus ihm locken könte; habe aber / über alle angewandte Mühe / weder einen affectum corporis, noch animi an ihm wahrnehmen können / der mir genugsamen Anlaß gegeben hätte / ihn für einen solchen zu judiciren / als er von seinem Weibe angegeben wird. Alle viscera thun /

seiner Außsage nach/ ihr Ammt; er mag wol essen/ trincken und schlaffen; der Pulß gehet natürlich; das Angesicht und übrige Gebärden sind nicht verstellet/ und kame dißmal keine ungeschickte noch unbescheidene Rede aus seinem Munde. Es sagten mir auch/ auf Befragen/ die jenige/ die solche Zeit über/ als er im Hospital lieget/um ihn gewesen/ daß er von seiner ersten Wuth an/ nicht das geringste/ unrechte Wort von sich hören lassen. Daher ich nicht allein ihn ersuchet/ mir andern Tages darauf seinen f. v. Urin zu schicken/ sondern auch die Leute gebeten/ wo sie die geringste Veränderung an ihm verspürten/ mir solche so bald wißlich zu machen/ damit ich ihn im Paroxysmo antreffen könte: aber/ gleichwie der Urin in allen seinen Requisiten nicht wol gesunder seyn mag; also ist er auch die Zeit über/ und/ da ich ihn heute/ als den 12. Julii/ wieder besuchet/ bey unverruckter Vernunfft geblieben. Daß ich also mit gut- und reinem Gewissen nicht sagen kan/ daß ich an ihm/ auch den niedrigsten Grad/ einiger Melancholie gefunden hätte. Es ist aber anbey zu beobachten/ daß so wol die deliria, als furores melancholici, ihre Intervalla haben/ und die Observationes der Medicorum geben/ daß solche Paroxysmi wol ein viertel/ halbes/ ja gantzes Jahr außsetzen. Allermassen der gelehrte Bartholinus *Cent. 2. Hist. anatom. 26.* von einem **Venetianischen Edelmanne** erzehlet/ welcher dergleichen Zustand nur jährlich/ so lange die **Hundstage** gewähret/ an sich gehabt; ja/ was noch mehr zu bewundern/ so bemercket Salmuth *Cent. 3. Obs. 63.* daß ein Chirurgus nur alle sieben Jahr mit einem delirio melancholico behafftet gewesen/ welches ein gantzes Jahr durchaus gewähret/ hernach wieder sechs Jahr nachgelassen. Wann nun aus dem jenigen/ was mit N. zu **Augspurg**/ und auch jüngsten allhier/ so wol in seinem Hause/ als im Hospital/ passiret/ (wovon mir zwar die eigentliche Umstände nicht bekandt) etwas zu schliessen/ so möchte er etwa wol unter die Melancholicos paroxysmantes, das ist/ welche nur zu gewissen/ kurtz oder langen Zeiten/ ihre deliria haben/ mitgezehlet werden/ wo nicht vielleicht das mehreste aus dem Mißbehagen/ und üblen zusammen sehen im Ehestande geflossen. Welches einem **Hoch-Edlen und Hochweisen** Magistrat gehorsamlich hinterbringen/ und mich zu Obrigkeitlichen Hulden befehlen sollen. **Nördlingen** den 12. Julii 1694.

Quae-

Quæstiones à me tum Uxori, tum mariti Affini, tum Balneatori proposita.	*Responsiones.*
1. An veneri deditus?	1. *Uxor.* Eum summe libidinosum & *sodomiticum* quasi, etiam mensium tempore sibi non parcere, & sine intermissione congredi velle. *Affin.* Uxorem nolle sui copiam facere, sed congressum aversari; hinc eum in furorem agi.
2. An tristis & solitudinis amans, aut hanc nonnunquam detestans.	2. *Uxor.* Interdum tristis, interdum effrene libidinosus & obscœnus. Ebriosus. Spiritui vini deditum, nec solitudinis amantem esse.
3. An meticulosus, vel suspiciosus, aut insidias sibi strui caussans, aut venenum in cibis somnians?	3. *Uxor.* Pavores in somno. Vigilans neminem metuit. Suspicionum plenus. Zelotypus. De veneno nihil.
4. An mortem frequenter optarit, aut sibi manus inferre sustinuerit?	4. *Uxor* affirm. Immo ea nocte. postquam *Augusta* venisset, caputium suum gulæ infersisse, quod fuscilla fuerit eximendum.
5. An nil unquam epileptici, aut simile quid in eo fuerit observatum?	5. *Uxor* neg.
6. An delira nonnunquam loquatur, aut incondita? aut sibi quidquam imaginetur, v.gr. se esse aliam personam?	6. *Uxor* affirm. Chiliarcham se frequenter optasse, quin, se aliquando futurum, sperare.
7. An lacrymetur quandoque, aut frequentius rideat?	7. *Uxor.* Nil utrorum: nisi quod infortuniis magis delectetur.
8. An vigiliis, aut somno deditus?	8. *Uxor.* Illis.

9.

An & quid cibi, vel potus appetat?

Uxor. Appetitum satis valere, nec absurda ferri.

10.

Quamdiu jam id mali senserint? quod ejus initium? num forte à febre?

Uxor. Jam à conjugii tempore per 13. annos. Ex conjugio cum alia expetito & frustrato, talem evasisse.

Baln. Idem de conjugio frustrato adserit; & se frequenter ei venam secasse.

Affin. Eum nil tale ante conjugium passum. De frustrato conjugio fabulam esse.

11.

An interdum lætus, v. gr. in crapula?

Uxor. Affirm. & quidem cum obscœnitate.

12.

Quibuscum morbis jam olim, aut nunc conflictatus fuerit?

Uxor. Ante septennium ex tertiana laborasse, & tunc quidem multa quoque delira locutum.

13.

An fuerit sollicitus de re œconomica, aut aliis quibusdam rebus eminenter intentus?

Uxor. Oeconomiæ nulla cura: nulli labores. Noctu surgens potius damnum infert rei familiari. De ultimo nihil.

Affin. Eum de re familiari satis sollicitum: sed uxorem experiri refractariam.

14.

An intervalla sua patiatur Affectus? an nonnunquam, it. quamdiu apta loquatur aut faciat?

Uxor. Nonnunquam plena remissio: interdum paroxysmi intensio. Quandoque bene habet ad sex hebdomatas, immo tres menses, ferocia tamen eo majori reditura, quo longiores inducias dedit. Quum ad se rediit, nulla tamen ullius rei pœnitudine capi.

15.

An secundum Lunæ phases aliquid mutationis animadvertatur?

Uxor. Luna decrescente mitior affectus.

16. An

16.

An nunquam ulla medicamenta, & quæ adhibuerint, & ubi? it. an sit ad medicamenta facilis?

16.

Uxor. D.D. *WELSCHIO* & *HILDEBRANDO* est usus; it. *Balneatore Fuchsio*, sed nullo cum emolumento: nuper infusum à me *LENTILIO* ordinatum, cum urceo, abjecisse.

Baln. Ante aliquot annos consuluisse *Balneatorem Cis-Memminganum* (qui famosus erat contra morbos à fascino) eumq; præbuisse *pulverem, purgans*, & *suffitum*.

17.

An nunquam desperatorum more de salute sua loquatur?

17.

Uxor. Neg.

18.

An cordis palpitatio?

18.

Uxor. Affirm.

19.

An alvus constipata?

19.

Uxor. Nonnunquam.

Affin. Fuisse ante aliquot annos constipatissimam, nec ullum Medicorum reserare potuisse, præter dictum *Balneatorem Cis-Memminganum.*

20.

An de ullo alicujus visceris dolore conqueratur, aut se sanum arbitretur? an borborygmi?

20.

Uxor. De Torminibus conquestum sæpe fuisse. Nil de borborygmis.

21.

An vertigo & crebra sputatio? vomitus, asthma, ructus acidi, sensus pulsationis in dorso? num ex capite doleat? num aures tinniant?

21.

Uxor. Est Sputator. De cæteris nil.

22.

Numquid conqueratur de uxore?

22.

Affin. In uxorem culpam omnem rejicit, quod statim ab initio conjugii marito cohabitare noluerit, eumque fuerit aversata. Inde melancholiæ ortum.

23.

An Pater ejus fuerit melancholicus? aut Mater?

23.

Neg.

Nato

Nota.

Quemadmodum, me quidem Judice, conjugium bonum, optatum, pacificum, amabile, concors, est *pragustus vitæ æternæ:* Ita conjugium incongruum, odiosum, jurgiosum, litigiosum, discors, nil aliud esse, quam *pragustum Infernalis pœnæ*, firmissime persuasus sum. Prius ipse *Salvator amantissimus* probat, ubi amorem intimum, quo genus humanum complectitur, cum amore conjugali passim comparare non veretur, quin se sponsum ipsemet, *ecclesiamque* suam sponsam nuncupavit. Quid? quod à DEO per vitiosos cultus & vitam præceptis DEI minus congruam desciscere, ubilibet in *Veteri Testamento*, adulterium nominetur. Quo concesso, alterum sua sponte sequitur. Nam uti *beatitudo æterna* maximum sui partem in beatifica DEI visione, hinc autem in amore mutuo & sempiterna animorum consensione, in pace & gaudio in SPIRITU SANCTO consistit: Ita pœna infernalis cum igne isto elementari fortasse nil aut parum commune habebit, sed absolvetur primario quidem in remotione à beatifica DEI visione, hinc autem in odio sui ipsius interno & perpetuo, tum omnium tormenti infernalis sodalium continuis aversationibus, dissensionibus, litibus, jurgiis: quod ipsis pœnarum sat est, licet nobis balnea è pice & sulphure nulla fingamus. Jam, si quis uxorem sibi jungit ex DEI permissu malesanam, maleferiatam, Erynnin, verbosam, litigiosam, quæ insuper viro sui copiam facere recusat, maritus autem est complexione sanguinea, succulentus, torosus, ad venerem pronus, quid heic aliud expectandum, quam mens insana in corpore sano? quam furores uterinis similes? siquidem & viri sunt homines, & humani alienum nil possident; quin & ipsis in remedium libidinis à DEO datum, immo imperatum, conjugium. Noster in Hospitali conclusus per gestus & mulierum commercia satis ostendit, quonam in Hospitali ægrotus ipse decumbat, de qua re multa dicere non attinet. Patientia læsa fit furor. Ita furere potest, qui corpore menteque sanissimus est; immo dum furit, incondita & inepta, loqui & facere potest, nulla aut sanitatis aut rationis jactura. Fuit omnino nonnunquam & in Hospitali suo in furorem actus, ast, quantum conjectura valeo, non in alium certe, quam *eroticum*. Si nostro jungeretur mulier placidis moribus, vultu sereno, blandis alloquiis, ea quidem Medicina plus credo valeret, aut furorem aut melancholiam ejus radicitus exstirpandam, quam omnes officinarum pyxides & urceoli.

* * *

De muliere ascitico-tympanitica.

Mulier 26. annorum, formosa, & diætæ, quod esset uxor Diversatoris, haut admodum studiosa, ante sexennium puerpera lochia tunc parum fluxisse sensit. Menses ordinarie per octiduum semper promanarunt, etiam cum post puerperium filiolam lactasset: nunc autem à longo tempore inordinati. Febre tertiana intermittente, ante biennium ad 24. septimanas laboravit, per abscessum faucium denique soluta. Post febrem dolor in hy-

in hypochondrio dextro punctorius. Ante annum, & quod excedit, in hypogastrio sinistro versus umbilicum, circa intestinum colon tumorem sentire cœpit ad pugni magnitudinem prominentem, qui sponte post anni quadrantem disparuit. Inde vero crebra tormina, quæ non, nisi flatibus erumpentibus cessarunt. Flatus autem, si qui ad intestinum rectum penetrassent, vi magna excludendi & exprimendi quasi fuerunt. *Mense Martio* bibit infusum à Chirurgo quodam ordinatum, unde aucta quidem, sed parcissima cum egestione, tormina. *Mense Majo* tumor abdominis comparere cœpit. Tria clysmata successive sine fructu injecta. Tumor insignis *Mense Julio*, quum eum primum viderem, durus & renitens, interdum tamen, præcipue cum supina decumbit, mollior. Borborygmi ferme perpetui, nuper multi ructus, nunc parciores. Urina quidem non adeo crebra, sed parca tamen. Nulla sitis. Appetitus integer. Interdum quasi lienteria, etiam ante 14. dies. Nunc autem alvus officium facit. Ante octiduum observatus primum in pedibus tumor, sed jam subsedit. Carnium adhuc satis. Lassitudo artuum. Asthma tantum à quibusdam inde diebus. Palpitatio cordis, tolerabilis tamen. Parum vel nihil tussit. Jam per annum integrum in regione lumbari dolor, quasi renum. Vigiliæ multi temporis. Manus & pedes à Juventute plus frigidi, quam calidi. Pulsus satis validus. Nulli sudores. Credit se gravidam, cum tamen ejus nulla sint indicia. Ego tympanitidem naturam heic moliri judicans ordinavi talia:

℞. ♀. em. gr. iij.
sacch. perl. ʒß.
ol. anis. gtt. j.
M. F. ♀. *pro una dosi.*

Hic exhibitus multum gelatinosæ materiæ instar spermatis ranarum è ventriculo, magna cum vehementia, & insequente levamine, prolexit, & spem successus prosperi fecit.

Postea *clyster* exhibeatur ex *Decocto carminativo, cum terebinthina in ovi vitello soluta, additis primum aq. bened. Rul.* ℥ij. *Clyster* hic bis repetatur cum *aqua benedicta*, hinc singulis diebus sine hac *aqua*. Bene sunt omnes operati:

Mane & pomeridie ℈ij. de sequenti *polline* ex *jure* sumat:

℞. *Diaphor.* ♃ *al.* ʒij.
Ocul. ♋ *ppt.*
Coral. r. ppt.
CC philos. ppt.
♁. *nativ. aa.* ʒj.
☿ *ii dulc. rit. par.* ℈ß.
sacch. perl. ʒij.
ol. nuc. mosch. expr. gr. viij.
anis. carv. aa. destillat. gtt. iiij.
F. ♀ *subtil. ad scat.*

Noctu gutt. xxx. ex cochleari *cervisiæ, ras. lign. junip. bacc. junip. rad. helen.* & ♀. *crudo confermentantibus medicata*, quæ etiam potus ordinarii loco inserviat:

℞. *Tinct.* ☉ *ant.* ʒj.
ol. anis. ℈ß.
carv. gtt. vj. *M.*

Abdomen inungatur mane & noctu *linimento*:

℞. *Ung. popul.*
ol. hyosc. expr. aa. ℥ß.
♉. *diaphor.* ℥j.
ol. nucist. expr.
anis. destill. aa. ℈j. *M.*

Præscripta etiam concinna diæta.

Notandum ante usum horum medicamentorum menses, qui ante diu substiterant, magna copia prorupisse: hinc expectatum, dum illi rursum cessarunt. Ordinata etiam in omnem eventum, si à vomitu nimium debilitaretur, *mixtura stomachico-cardiaca* cochleatim propinanda.

Cum post 14. dies eam rursus visitatum abirem, (duabus enim ab hinc milliaribus habitabat) sequentia comperi: Menses ad quintum diem fluxerant, sed decolores instar loturæ carnis. Tormina multum conquieverant. Ab *enematis* semper levamen. Abdomen à biduo mollius. Flatus liberius ibant. Ructus plane nulli. Urina largius procedebat, eaque laudabilis. Vesperi siticula. Appetitus adhuc integer. In sinistro pede tumoris nonnihil. Major lassitudo. Asthma remissius. Bene dormiebat. Pulsus quadantenus debilior. Ita bene res hactenus succedere visa. *Die 8. Augusti linimentum, emeticum,* & *mixtura carminativa* iterata. *Pulvis* ita mutatus, ut ♃*alis* locum, ♂*le diaphoreticum* ad ℈iij. occuparet, ☿*ius dulcis* ad ℈j. augeretur, & *olea destillata* ad gutt. v. *Clysteribus* posthæc admixtus *metallorum crocus* ad ℨj. antemeridie. *Sacculus* foris applicatus ex *semine milii, baccis juniperi & lauri cum vino coctis. Pulveris emetici,* fuit eadem, quæ prioris, operatio, infrequente tamen ea virium debilitate, quæ & syncopi proxima esset. Ab eo tempore difficilius cœpit spirare. Abdominis tumor in eodem statu. Dolor scindens maximus in regione lumbari: palpitatio major. *Sacculum,* quod cuticulam eroderet, perferre non potuit. *D. 15. Aug.* ad me scribit maritus menses heri denuo magna cum vi prorupisse, & per alvum parcis cum torminibus prodiisse lumbricum longissimum. *D. 19. Aug.* quum ad eam commearem, satis bene per omnia habuit, sed novum quid ac insolitum monstrabat; lac scilicet in mammis perfectum, quod exprimere magna copia cœpit, turgentibus etiam sensibiliter mammis, iisque duriusculis. Denuo me cœpit obtestari, ne quid *medicamenti pellentis* ordinarem, se enim de imprægnatione seu graviditate potius esse certissimam. Obstupui, nec quid esset factu opus, tunc satis ipse sciebam. Tympanitidis aderant manifesta, eaque pathognomonica signa, graviditatis alio tempore nulla. Quod autem mulierem simul & esse gravidam posse & tympaniticam, non impossibile censerem, & pellentibus drasticisque, qualia sibi morbi hydropici unice postulant, insistere, ob fetum, non liceret, de prospero curæ successu desperare cœpi. Præter *carminativa, fetumq; roborantia* nil ordinatum; & cum pleraque symptomata indies remitterent, omnium animi in graviditate mulieris quiescebant, læta sibi martinalia (eum nempe sibi terminum præfixerat) fingentes. Cum diu nil de mea tympanitica perciperem, ad Chirurgum *Oettingensem Dn. Haberlinum,* cujus ministerio uteba-

utebatur, scripsi, ut, qui nostra viveret, qui valeret, mihi aperire ne recusaret. Is *13. Sept.* respondit: Mulierem in abdominis dextro latere motum embryonis sentire. Menses tamen denuo rediisse. Eam desiderare, ut vena sine mora aperiatur. Ventrem nil detumuisse, liberrimum autem flatibus egressum concedi. Notabiliter eam per dimensiones omnes iterum augeri: bene ingerere, digerere, egerere, dormire. Cum partus tempus expectaretur, illique, me dissuadente, ab omni Medicinæ usu prorsus abstinerent, ecce, ridiculus mus, aut quid minus illo, id est, nihil omnino nascebatur. Cum tamen de cætero bene haberet, suasu mulieris cujusdam *herbas petroselini* & *nasturtii aquatici conquassatas* abdomini applicavit, cum subsequente ejus totali detumescentia. Media hyeme *Erlangium* ad sororis nuptias profecta, domumque reversa recidivam patitur. A variis agyrtis varie divexata tempore verno Ascitico-tympanitica exspiravit. Hæc, si remediis legitimis institisset, servari utique potuisset. Mirum autem, unde lac in mammis mulieris cum non gravidæ, tum etiam cachecticæ & tympaniticæ?

* * *

Epulis excisa.

Pastor quidam 32. circ. annorum *epulidem* in dextra superioris maxillæ gingiva per multos annos gestabat patienter: ea vero quum excresceret adeo, ut non tantum gena dextra fœdo tumore turparetur, sed & os moleste clauderet, nec sermo bene procederet, me consultum ivit. Dixi, non esse nisi in excisione opem, eamque maturandam: metuendum enim, ne aucto tumore omni loquela denique privaretur, immo diductis maxillis ciborum masticatio prohiberetur. Annuit. Ordinavi *pilulas:*

℞. *Extr. cathol.*
☿ *ii dulc. aa.* ℈j.
dacryd. gr. iij.
F. pilulæ 20. pro 1. dosi.

Post evacuatum corpus operatio prospere cessit, manum commodante *Dn. SIMONE EYRICH, Sereniss. Principis Oettingensis Chirurgo & cubiculario.* Caro erat fungosa, insensilis. Multum sanguinis profluebat. Ordinatus porro talis *gargarismus:*

℞. *Fol. querc. flor. ligustr. aa.* mß.
fl. balaust. ros. r.
cort. granat. aa. p. j.
alum. roch. ʒj.
Coq. in vini rubr. s. q. Colat. ℔iß. *add.*
mell. rosat. ℥iij.

Gingivæ dentesque fricentur *pulvere:*

℞. ▽. *sigill.* ℥j.
catech. ʒij.
lign. al. subtiliss. ♀*is.* ʒj.
rad. ir. flor. ʒiß.
spod. ex ebor. ℈ij. *M.*

Ad sanguinis acrimoniam temperandam sit usus *pulveris*, ad ʒß. mane & pomeridie ex *jure:*

℞. *Diaphoret.* ♃ *al.* ℥ß.
Coral. r. ppt.
ebor. philos. ppt.
CC. ust. ppt. aa. ʒiß.
myrrh. r. ℈j.
sacch. ℥ß. *M.*

Fonticulus brachio sinistro inuratur. Hæc omnia, ut prosperrime cessissent, attamen caro itentidem denuo luxuriare incipit, quam ipse Dn. *Pastor* cultello exscindit. Vereor adesse superioris maxillæ cariem. Suasi, ut rem explorare sinat. Quid facturus porro sit, ignoro.

* * *

Uteri strangulatus.

Ein Weib / bey 50. Jahren alt/ die von Natur etwas melancholisch/ und schon bey vielen Jahren her/um mancherley außgestandenen Kreutzes willen/ viel Kümmernüß gehabt/ hat vor etwa 5. oder 6. Wochen/ da sie vorher etliche Tage mit Sorgen sich gegrämet/ bey einer widerwärtigen Begebniß/ sich hefftig erzürnet/ und gleich darauf eine solche Alteration bey sich befunden/ daß sie unterhalb der Brust / in regione stomachi & hypochondriorum ein Drucken und Engigkeit vermercket/welche je mehr und mehr zugenommen/ und endlich da hinaus geschlagen/daß nunmehro täglich/wenigstens ein/meistens aber zweymal / auch wol öffters/ sich ein besonderer Paroxysmus eräuget / da ihr nicht anders ist / als ob man sie mit einem Strick zusammen rattelte / oder zusammen schraubete / zugleich aber eine tödtliche Angst auf- und zum Hertzen steiget / so daß ihr drüber der kalte Schweiß s. v. außgehet/ dabey auch schwere und kleinmütige Gedancken in Sinn kommen/ deren sie sich nullo modo erwehren kan/ ob sie schon mit beten und lesen sich darwider möglichst setzet / ihr es auch an tröstlichem Zuspruch nicht mangelt. Es wird ihr aber bey solchem Zufall nicht allein pectus constringirt/ sondern auch der Halß/ wie sonst in suffocatione matricis zu geschehen pfleget; also/ daß sie duncket/ es steige ihr etwas so hoch herauf/ daß sie es mit einem Finger erlangen könte: Dabey findet sich horror & tremor membrorum omnium, wird unter dem Gesicht gantz blau/ und der Athem manchmal so schwer / daß es scheinet/ als ob sie in agone, oder doch in einem paroxysmo epileptico läge. Wann der Paroxysmus (welcher gemeiniglich etliche Stunden anzuhalten pfleget) vorbey/ so lassen auch die schwere/ betrübte/ ängstige Gedancken etwas nach / doch bleibet noch imer die Engigkeit unter der Brust/ und unter den kurtzen Rippen. Zum Essen ist wenig Appetit verhanden/ und nimmt der Leib dabey mercklich ab / sind auch alle Glieder gantz matt und zerschlagen. Man hat ihr vorige Wochen / durch Oeffnung der Miltz-Ader auf der Hand/ Rath zu schaffen gesuchet/ es ist aber seit deme nicht besser/ sondern nur ärger mit ihr worden. So hat man ihr auch von der *Essentia Coraliorum* und *Spiritu Salis armoniaci* etwas gegeben / aber ohne verlangten Effect. Ubrigens wird der mitkommende Urin weitere Indicia morbi darzeigen.

Hæc est relatio Pastoris illius loci, haut inconcinna.

Ordi-

Ordinavi mulieri pauperculæ, ut per mensem uteretur *limatura chalybis ex decocto radicis zedoariæ, levistici & angelicæ*, mane imperato motu. In paroxysmo præbeantur illico ex *cochleari* cerevisiæ gutt. xx. ∽. *fuliginis*; & *frustum radicis levistici* naribus admoveatur, aut alii *suffitus hystericis utiles*, excitentur; vitatis acidis & digestu duris.

Notandum in isto casu tristes cogitationes paroxysmis tam brevibus recurrere, quod alioqui raro, me quidem observante, fieri solet.

* * *

Mensium præmatura, ast innoxia emansio.

Consulis & Chirurgi in parva quadam Imperiali Civitate uxor anno ætatis 29. nullo aut præcedaneo aut subsequente, vel levicula etiam molestia lunulæ fluere desierunt. Jam autem sunt anni quasi octodecim, ex quibus non amplius menses vidit, cætera sana & obesa mulier, nisi, quod eam quartana febris, ubi cum ipsa locutus sum, extenuasset. Me Consultore à Medicorum nemine sibi persuaderi patietur, ut *emmenagoga* sorbeat, nî demum valetudinis suæ jacturam facere allubescat. Sanguinis enim eam copiam, quæ menstruam sui sequestrationem deposcat, non adesse judicavi. Sic admodum nuper *Consiliarius* quidam *Palatino Neoburgicus* de uxorcula me consuluit, quod mensium fluxu nunquam laborarit, nunc annos ultra 30. nata, cætera sanissima, licet sterilis. Non suasi, ut pro lunis promovendis ullo medicamine uterentur, nisi forte *acidulis*. Naturam enim esse ducendam, non obtorto collo rapiendam. Non adesse sanguinem superfluum. Wo aber nichts ist / da hat der Käyser sein Recht verlohren. Quis aquam ex pumice? Elegantissima exstat inauguralis Disputatio *B. Dn. Collegæ mei*, *D. BRAUNII CAMERARIANA*, *de mensium emansione per emmenagoga non curabili*. Certe multum in eo peccant Medici minus providi, qui mulieribus à longis febribus aliisque morbis chronicis extenuatis, in defectu mensium *emmenagoga* maxima cum afflictæ valetudinis pernicie scribunt. Sane, si uspiam, cauto hic est opus. Reficiantur miseræ *analepticis*, ut sanguis, quo depauperatæ per longos morbos vivunt, in copia generetur, & natura jam sui juris facta, quod superfluum est, propulsabit.

* * *

An aurum in substantia adsumtum, aliquid virium deponat vel elargiatur in corpus humanum?

Incidimus forte in locum hisce diebus, qui habetur in *B.* nostri *JOH. DAN. MAJORIS Genio errante cap. 16.* verba sunt sequentia: *Exiguum prorsus, & pæne dixerim, nullum auxilium illud est, quod in Medicina ex ☉ foliato, vel ☉i pulvere & scobe, electuariis & pulveribus cordialibus, aquisve spirituosis addito, vel cum edulis refectoriis cocto, obtineri præsumuntur ex vulgari sententia* &c. Mitius tamen agit vir pientissimus, quam alii multi, quod cum formi-

dine loquatur, *exiguum, & pane dixerim, nullum* &c. Quodsi nobis liberet, in latissimum sane de *auri* textura campum differendi exspatiari possemus, qui *auri* non adeo nullas esse in corpus humanum virtutes persuasissimi sumus. *Hominem, vinum & aurum* se intime amare, trium quippe Regnorum Reges, Philosophorum perpetuum, idque verissimum est dicterium. Inde ab omni ævo, quum compactissimum, & propemodum indestructibile *auri* corpus iidem Philosophi specularentur, varios excogitarunt & innumeros pæne modos *aurum in potabilem formam redigendi*. Consentiunt autem in eo plerique, non tentandam *auri* solutionem, puta radicalem, *menstruis corrosivis*, quæ discerpunt potius, quam solvunt, aurum. Consentiunt omnes verum *auri* menstruum esse liquorem insipidum, qui sine strepitu poros ejus penitissime subingrediatur & vinculum cohæsionis ita solvat, ut butyrum ab △e liquescit, vel potius, ut ⊖ in aqua. Jam, quod solutiones *auri* à corrosivis factas repudiemus, fatemur. Nec irradiationem *Helmontii*, alienam ab omni sana philosophandi ratione, amplectimur. Nec *Burrhiana auri extinctio* nobis quidquam arridet. Quid ergo? Quid si menstruum ventriculi sit analogon quid menstruo isti universali *aurum* radicaliter solventi? Num id absurdum penitius consideranti videatur? Annon possit à tanto, eoque insipido, ac qualitates universalis menstrui, ob ciborum varietates, exacte referente menstruo, quædam *auri bracteati vel foliati* particulæ abradi, solvi, cum sanguine per atomos minimos misceri, operari? Istud contradicere qui ausint, quibuscum fundamentis id facere possint, videant. Non obstat per alvum reddi *Ducatos* in obsidionibus aut alias deglutitas, sine ponderis ulla diminutione. Quid de *poculis antimonialibus* tot innumeros vomitus infusione simplici nulla notabili ponderis amissione cientibus? Quum compactum, sed & quam diffusissimum mole corpus sit *aurum*, quis est, qui nesciat? Non interim inficiamur, haut adeo magnam esse, quæ hinc expectatur virtutem, dummodo quis esse aliquam largiatur. At si *poculi antimonialis* est tam effera purgandi virtus, cur non sit *auri* vis roborandi, non adeo, quam est cathartica, in sensum cadens. Suspicimus virtutes *auri potabilis*, quippe jam radicaliter soluti: Nullas tamen esse nondum soluto inficiamur. Quid, si quis Ducatum v. gr. centies deglutiret, an semper idem pondus in statera sit reperturus? vehementer dubito. Utinam! qui nosset essentiam stomachici & animalis, revera universalis, menstrui, via tunc ad inveniendum *alkahest* verum tam obscura, tam salebrosa non esset. Calorem nostri corporis esse mitiorem, quam, qui *aurum* contra quid valeat, nemo sibi imaginetur; Ad *auri* solutionem opus esse molli igne, forti enim non conflari, prudentissime censuit *Hippocrates*. Mollis ejusmodi ignis est *alkahest ventriculi*, quod omne ingestum, cujuscunque denique sit naturæ adgreditur. Adgreditur, inquam, omne, non solvit omne. Siquidem inter agens & patiens opus est, ut sit proportio. Non digerimus ferri frusta, non tamen intacta relinquit ea stomachi menstruum,

expe-

experientia teste. Detur talis limaturæ quantitas, quam inter & alkaheft stomachi proportio intercedat, num eam iri radicaliter solutum quis negaverit? sed quorsum? Id volumus: Menstruum universale frustra quæri in solis mineralibus, propterea, quod smaragdina tabula teste, quid universalius esse debet, ut ita loquar, eo quod recipiat vim superiorum & inferiorum. Tale si non est ventriculi menstruum, oportet sane, ut huic sit per quam simile. Iterum dico: *In Homine, vino & auro latet maxima virtus.* Intelligentes me intelligent.

* * *

Epistola

Excell. DOMINI
D. SCHUCHMANNI,
Physici Annæbergensis,

D. 24. Julii 1688. *ad me exarata, varii argumenti.*

QUod Tua me dignum responsione habueris, Vir æstumatissime, lætor. Humanitati Tuæ, qua totus coruscas, quod tuas elegantissima *infantilis epilepsia* προφυλάξει gravidas exosculer. Meam de *epilepsia* sententiam non penitus tibi displicuisse gaudeo: de Infantum ἀδδηφαγία quæ scribis, assensum utique merentur, & multoties caussam procatarcticam constituunt. Interim tamen aliquoties heic locorum strictissima, eaque sedulo observata, diæta, putrilagines illas, alimentorumque corruptiones, hincque natam *epilepsiam* non potuisse præcaveri, sed potius lac nutricum semel vitioso charactere signatum, idem malum in sugentes derivasse, observavi: adeo, ut crediderim, possibile esse, sicuti *Erasmo omnia in proverbium*, sic pituitosis omnia ingesta sive pauca, seu multa, abire in pituitam. Jamdudum *Langius* in *valetudinario infantili* in perversissimum hunc cibandi modum acerbe invehit, multorumque morborum caussas eo deducit. Sed, quid de Rusticorum infantibus dicendum! Hi strenue vorant, sine ordine & modulo, feliciter digerunt, & rarius, ne dicam rarissime huic malo sunt obnoxii. Utut igitur salubertima strictior ejusmodi Diæta foret, impossibile tamen videtur, eo adduci posse plebejos, ut obsequia præstent talia suadentibus. Ego, aut fervidiori appetitu ductus, aut ciborum varietate allectus & victus, cum præter solitum appetitui indulgeam, debitas semper pœnas luere cogor: hinc verissimum *nimio cibo facilius nos, quam largiori potu lædi*, quo etiam inclinare videtur *Bontekoe*, pro succorum fluiditate conservanda uberiorem potum undique commendans. Passiva igitur hac voracitate, & hinc nata ingestorum corruptione spectata, quantum auxilii ex *crystallo montana* sperandum sit, quis non videt? *Variolas* quod attinet, unicum, fateor, *Sydenhamium* mihi uberrime satisfecisse, neminem siquidem novi scriptorum, qui expresse *confluentes* descripserit. Tres per DEI gratiam mihi convaluere filiolæ. Lactans vero *confluentibus* largissime obsita, fatis cedere coacta fuit. Ab exortu siquidem *variola* aderant nigricantes hinc inde sparsæ, quæ sensim prorepentes

pedis

pedis digitos occupabant. Hoc viso, cumque gangræna partium instaret, precibus beatam pusionis ἀπόλυσιν à DEO sollicitatam ex voto obtinui. Secunda natu *cicatricibus* mire deturpata & sceletos facta, in morbi declinatione *sceletyrbe* valde vexabatur, adeo ut dentes alveolis promte eximere potuerim: sed nunc, annuente divina clementia, cum valetudine in grariam rediisse videtur. Solennem veteribus *antipraxiam* à modernis, *Lindenio*, *Ettmüllero* aliisque diu explosam, non credidissem adhucdum Patronos inventuram, nisi pronuper *Disputationem*, sub umbone *Cl. VV.* de hac materia habitam vidissem: Nam, utut inæquale partium robur interdum concesserim, nunquam tamen, si prout communiter de stomacho frigido & hepate calido explicatur, (cum potius sit acidæ cruditatis vitium) ut credam adducar. Virum hic habemus litteratum, sedulo studentem, hypochondriacum nonnihil, ut plurimum bene appetentem: hic sæpius ex animi pathematibus, aut aëris inclementia, aut odore pinguedinis, aut aliis, nescio quibus, rebus, facile nauseam incurrit, sine vomitu, stipatam insigni *Salivatione*, adeo, ut inter studendum, vasculum aliquod ad excipiendam hanc lympham, pro evitanda fundi deformitate, supponere sibi necessum habeat. Varia jamdum sunt usurpata, præsertim lymphæ corrigendæ appropriata: nec *acidulæ* omissæ, sed sine optato levamine. Jam *Thea* utitur; non autem obstante diaphoresi hinc secuta, tamen nuper copiosissimo iterum salivæ fluxu infestabatur. Est staturæ gracilis, & ad medicamenta usurpanda facilis. Quid faciendum pro fluxu hoc sedando? quomodo nausea arcenda? profuit nonnihil nuper *Q. E. cinnam.* spiritus enim maxime simul affectos ego putavi. Cæterum tres heic dantur *Virgines* unius matris filiæ non inelegantes, nisi quod *circa nasum & frontem punctulis nigris, non secus ac si ex pulvere pyrio explosos inusta essent, deformentur.* Cum autem formarum sint studiosissimæ, non parum negotii mihi facessunt. Neminem practicorum hujus deformitatis, præter solum Willisium *lib. 2. pharm. rat. p. m. 244. edit. in 4.* meminisse, non parum miror. Tamen leve est, immo pulchritudini studentibus intolerabile malum. Igitur, si quid apponendum huic malo noveris, ea ut communices, enixe peto. Est excrementum pororum spatiola obsidens, sed unde illud? unde nigredo? anne fortean capita sunt vermiculorum, ut putant nonnulli? me fugit. Filum hic abrumpo, teque pancratice valere jubeo &c.

* * *

De Ovi pellicula ad febres intermittentes.

Vir Nobiliss. &c.

CUm in Rep. litteraria plane non inauditum, insolensve sit, ut facie, immo nomine quoque ignoti alios per litteras compellent, eorumque vel favorem & amicitiam ambiant, vel cum iisdem de variis rebus ad hanc vel illam artem, scientiamve spectantibus, sermones instituant, etiam simile quippiam apud Te, Vir doctissime, moliri sustinui. Equidem non nudius tertius, aut nuper demum id facere

facere mecum constitui, sed statim, ex quo à variis, inprimis etiam consanguineis meis, in *Nerolinga* vestra, mea, jure civitatis, Patria dulcissima degentibus, humanitas tua insignis insigniter laudata mihi est, atque deprædicata, (quam cum eruditione haut proletaria copulatam esse, vel solæ *N. C. Ephemerides mihi* sufficienter indicare poterant) tuam amicitiam ambire, & colloquia litteraria tecum instituere decrevi: sed varia subinde me morabantur, inter quæ haut postremum occupabat locum materiæ alicujus non adeo obviæ defectus. Commodum autem, cum *Oologia tua curiosa* mentionem injiceret nonnemo, eamque brevi publicam visuram spem faceret, in memoriam venit febrifugum quoddam externe applicandum, ex ovo gallinaceo desumendum, de quo quædam ex me percipere fortean haut ingratum tibi futurum sperabam. Nimirum cum febres intermittentes omnis generis præterito vere & æstate in *Stutgardia* nostra (in qua quotannis fere intermittentes istæ epidemicæ grassari solent) multos homines corriperent, variique ad varia etiam externa remedia in usum ducenda, animum applicarent, *serenissima Persona* in Aula nostra t. t. degens, etiam antifebrile quoddam, nescio, à quo sibi communicatum publicavit, variisque, præsertim pauperculis, usum ejusdem persuasit. Jussit nimirum, ut ante paroxysmum ex ovo recens à gallina nigra excluso, sumerent pelliculam, sive tenuem illam membranam, qua testa ovi interius cingitur, eamq; minimo dextræ manus digito apte circumvolverent, ibidemque 24. horarum spatio relinquerent; sic enim fore, ut, oborto dolore satis gravi, febrilis paroxysmus sit emansurus: adjiciens, nullo oborto dolore, nullam fore hujus remedii energiam, febremque non emansuram. Duas Personas, feminam nempe triginta aliquot annorum, & puellam decennem hac ratione à febribus libertas esse novi, quæ dolorem istum, satis vehementem, tulerant. Alia femina, sed impatientior paullo, itidem 30 annorum febre tertiana detenta, meo consilio aliquantisper paruerat, quoniam vero omnia interna remedia cum nausea assumebat, etiam in externo hoc solatium quæsiverat, similemque pelliculam minimo dextræ manus digito applicari sibi siverat: Enimvero, quid fit? brevi integrum brachium dolore corripitur acutissimo & intolerabili; minimus ille digitus, una cum annulari, spasmodice contrahuntur: angitur animo patiens, cumque dolorem amplius tolerare impossibile crederet, pelliculam istam abjicit, eamque frustra applicatam, redeunte aliquoties febrili paroxysmo, experitur, digitumque fere ἀναίσθητον factum. Alia ejusdem ætatis femina, gravida, tertiana corripitur, itidem hanc sibi applicari curat pelliculam, doloremque mascule perfert. Hæc à febre quidem non penitus liberata est, paroxysmos tamen postea longe mitiores & breviores experta: Ei autem minimus ille digitus adeo stupefactus & ἀναίσθητος quasi redditus est, ut quarto post adhibitum hoc remedium die nullo fere tactu ibi gavisa fuerit, qui tamen sensim sensimque postmodum rediit.

Sunt, qui ovum, ex quo pellicula desumta est, butyro frigere atque comedere jubent, aliis hoc minus necessarium existimantibus. Non memini ullum Auctorem id annotasse, si unicum *JOH. ANDR. STISSERUM*, h. t. *Professorem HELMSTADIENSEM* clarissimum excipias; qui in *Specimine primo Actorum Laborat. Chem. Helmstad. p. ult.* ejus meminit, & aliquam simul caussam hujus phænomeni adducit, quam limato tuo judicio rimandam relinquo. Si tibi, Vir Excell. hocce remedium antea nondum innotuit, certior de eo reddi fortean haut ægre feres: Sin jam innotuit, phænomena tamen in nonnullis ægris notata haut ingrata tibi fore mihi polliceor. At enimvero nimium te moror, nimisque tua interpello negotia. Vale. Vir Exc. &c.

Scribo Stutgardiæ d. 7. Jun. 1691.

MELCH. FRID. GEUDER.
Med. D. & ibid. Physicus.

Scholium.

Quid tunc equidem elegantissimo, & vita longiore dignissimo Viro sit à me responsum, ignoro. Quid autem super isto phænomeno in *OOLOGIA* nostra commentati simus, quum adhuc ea, Bibliopolam expectet, qui sumtus erogare velit, ut promissum tot annis multi laboris opus lucem denique videat, extradere commodum visum fuit. Verba *OOLOGIÆ MEÆ ex Lib. II. Sect. III. Cap. V.* ita sonant: Admirandum est hoc certe phænomenon, & inquisitione diligentiore haut, opinor, indignum. Quis enim in illa membrana tantam, proliciendi sive virus sive fermentum febrile, efficaciam sibi per somnium imaginarit? & quæ tanti successus caussa? Clar. equidem *STISSERUS* memorato in *GEUDERIANIS* litteris loco rem omnem esse sitam arbitratur in densitate pororum dictæ membranulæ, qua mediante aëris accessus fere omnis prohibeatur, ita, ut athmosphæræ ambientis pressione dolorem hunc exquisitum velit sentiri. Enimvero, ut hæc ratio sit valde plausibilis, (quid enim aliud, quam eruditum, à viro tanto queat sperari) cum & nobis apprime cognitum atque perspectum existat, quid aëris externi pressio, per experimenta *BOYLEANA* & aliorum, præstare valeat; vix tamen, ut credam, induci possum, in hac rei cardinem versari? Largiamur sane, præmodum esse densam isthanc pelliculam, ea potissimum fini, ut, quum in ovi fotu per gallinam facto spirituum in ovi humoribus fit evolutio, hi per ovi testam longe porosiorem non dispergantur, frustrata hinc pulli formatione, quod suo loco notatum; attamen tanta forte non est ejus densitas, quæ & aëris subtilioris ingressum excludat. Siquidem per alia ab *Excell. STISSERO* ibidem loci allegata experimenta, à nobis alibi producta, *Indigo* moleculæ, 🜂e sine dubio crassiores, eandem pelliculam penetrare queant; Immo, huc applicentur,

tur, quæ de *ovorum conditura* ſuo loco recenſuimus, ea nimirum oblita ⊖e cum argilla vel cineribus mixto, ſalſedinem admittere, ut eam guſtu quoque prodant, nec ⊖e ſit poſtmodum ad ea condienda opus, quoties iſthæc ova cibis admiſcentur; præterea, quæ de ovis veneno toxicandis ſuo quoque loco retulimus. Sed & ovi pelliculas eſſe ab △e penetrabiles vel ſola ovorum putredo, quam ſine △is externi admiſſione concipere vix licebit, evincere videatur. Ne quid dicamus de ovis congelatis, iisdemque regelandis. Porro, nondum adeo liquidum exiſtit, utrum iſta ovorum pellicula denſior ſit ipſa cuticula humana, quæ ab interna humorum acrium fermentatione, vel à Natura ipſa ſibi relicta, vel adminiculantibus veſicatoriis in monticulum tollitur, nulla per tempus bene longum inſequente ruptura. Subtiliores autem ipſo △e ⊖es volatiles in iſto ſero haut raro, nì ſemper, hoſpitantur. Cum & plura dentur corpora, æque denſa, atque hæ pelliculæ, v. gr. veſicæ urinariæ, periculum fieri conveniret, núm & hæ, digitis adaptatæ, eundem, qua de re penitus dubito, ſint effectum habituræ? Et, quid multis? Dependeat iſte dolor ab aëris preſſura, nondum tamen liquet, cur inde febres abigantur? Nos, eruditioribus tamen adjecturi calculum, ad explicandum hujusce phænomeni rationem, & febrium intermittentium Naturam, & digitorum, cumprimis autem eorundem apicum texturam, ante conſiderandam eſſe, quam certi quid ſuper hac re ſtatuatur, arbitramur.

Febres quidem intermittentes cujuscunque generis quod attinet, in ea hactenus opinione fuimus, ſubjectum eorum materiale in ſero magis, aut, ſi mavis, lympha, quam Sanguine ſic ſtricte dicto, collocandum: peccare autem ſerum, ſeu lympham, acore & lentore, non obſtante eo, quod etiam ſanguis patiatur aliquid, quod inſequens ſemper horrorem æſtus demonſtrat, ortus nempe à commixtione chyli cúm lympha acri & viſcida ſociati, & ſanguinis in vena primum ſubclavia, hinc corde, ubi 🜍 ſanguinis cum chylo recenter adfuſo præter naturam efferveſcit, donec obtuſis utrimque acuminibus, paroxyſmus, induciis aliquandiu pactis, conſopiatur: veluti rem latius in *Diſp. inaugur. de febre intermitt. tertiana epidemia 1680. ALTDORFII habita*, explicavimus. Jam vero lympha glandularum fetus eſt, ejusque commeatus cum ſanguine partim junctus, partim ſeparatus in vaſis lymphaticis. Opinamur itaque febrem intermittentem quamlibet fugari temperato lymphæ acore, ſublatoque ejus lentore, quod natura nonnunquam per ſpontaneam quandam defecationem, vel quaſi, molitur, aut internis medicamentis adjuta, aut externis quoque, glandulas ſubcutaneas, λεπτομερεία quadam inficientibus, & fermentationem quandam in iisdem excitantibus, ubi tunc equidem, qua data porta, lympha prius fluxilitati ſuæ reddita, ⊖ acre, quod iſtas in corpore turbas excitaverat, adæquate per lympham diſperſum, tunc magis concentratum, eliminat. Ipſoſmet autem digitos,

quod attinet, isti præ aliis corporis partibus sunt maxime sensiles, eo, quod non tantum ibi tenuissima cutis, verum & porosa; caro itidem pulposa, & denique sit ibi concursus quidam & reflexio nervorum, quod fibrillarum circumgyratione apparet, ac necessarium omnino fuit; ad sensum tactus eo promtius perficiendum. Nunc autem pelliculam ipsam ovi quod attinet, ea nil aliud esse videtur, quam flos quidam evaporantis in ovario gallinæ seri seu albuminis, quod supra loco suo notatum, qua nempe ratione in ejusmodi expansionem solidetur. Et quemadmodum serum seu lympha vitalis est ∾uum alimalium quasi habitaculum, ita particulæ ejusmodi membranarum tenuissimæ sint, oportet, veluti etiam membranarum aliarum omnium in humano quoque corpore. Uno verbo: membranæ & pelliculæ omnes sunt naturæ sereæ, seu serosæ. Serum autem, uti spissescit, unde quoque membranarum coalescentia arcessenda, ita spiritibus animalibus, & particulis adeo spirituosis tenuissimis scatet, quas & vicissim membranis omnibus pro suo modulo communicat. Rem igitur ipsam, quo eam modo concipimus, ita habere existimamus: Pellicula ovi, ubi arcte circumtenditur digiti cujuslibet apici, ab exspirante per tenuem & porosam cutim calore ejus particulæ tenues & spirituosæ in motum cientur, quæ, de natura quasi *armoniacali, volatili* participantes, intra poros obvestiti digiti recipiuntur, & subjacentibus proxime glandulis communicantur: Hisce glandulis inspiratur hac ratione fermentum quoddam; quod lympham lentam & viscidam primo fluxiliorem reddit, hinc & ⊖ acre-acidum in ea contentum explicat, ducto quoque in consortium sanguine; ab ista expansione dolor necessario & sensatio tristis oritur, eoque major, quo impurior existit latex, & ejus ⊖ia in majore copia adsunt; per consensum autem à glandulis & vasis lymphaticis continuis partim, partim per capillares venulas correspondentibus, latius in corpus intromittitur & serpit ista fermentatio, qua denique excitatus *Archaus*, ⊖ dictum acre acidum per fermentationem istam è vinculis suis & lymphæ lentore quasi expeditum ad exteriora corporis propellit, & quidem illuc per arterias partim, partim nervos, ubi cœperat ista fermentatio, nempe digitum: quibus ⊖ibus, ceu fermento febrili, exclusis, postea paroxysmi aut omnino cessant, aut, si prima vice non excludatur omne, longe mitiores evadunt, lympha dulcedini & fluxilitati suæ restituta. Hinc & observata in femina supra memorata convulsio, ab infixa, ut loqui amat *HELMONTIUS*, dolorifica spina, in nervosis ipsis & exquisitissimo sensu præditis partibus. Præter autem ante dicta leptomeriam harumce pellicularum satis probare videtur, quod sudorifica virtute polleant, quod calculo mederi dicantur. vid. *SCHROED. Pharmacop. lib. 5. pag. 319. GIESVVEIN HODEUS. Med. lib. 1. part. 4. tit. 1. Artic. 6. Sect. 2. & pag. 1110.* Immo, hinc apparere videtur earum cum sero, vitali latice, symbolizatio. Nec enim id solis hisce

pelli-

pelliculis deberi arbitramur, sed membranis plerisque, si non omnibus. Hinc etenim & secundinarum varie præparatarum, ad strumas gutturis tollendas, ad epilepsiam, ad philtra, molam & fetum pellendos, & vesicarum è variis animalibus desumtarum, ad varios morbos exhibitarum, vires & resolvendi potestatem unice dependere credimus. Ipsam adeo paronychiam, acutissimum affectum, nil aliud esse censemus, quam salium malignorum in sanguine & sero cumprimis dispersorum, à Natura, defecationem juxta mentem *SYDENHAMIANAM* intendente, illuc, tanquam ad partem debiliorem, propulsorum, eruptionem & crisin, cæteris paribus, salutarem; quod eadem Natura, S. *Archæi* haut raro in febribus molitur per labiorum ulcuscula, ubi major adhuc cutis raritas. Uno verbo, pelliculæ ovorum, mediantibus glandulis subcutaneis, fermentum latici & sanguini inspirando, per vasa lymphatica, & venulas capillares, Archæum excitant, ad depurationem, primario quidem laticis, postmodum vero & sanguinis totius, moliendam, & impura salia eliminanda. Hinc & alios fortassean morbos eodem remedio tolli posse persuasissimi sumus. Denique, num sit à nigra gallina, an alia quavis positum id ovum, perinde putamus; item, utri utrius manus digito pellicula circumvolvatur, siquidem eadem omnium textura, nisi quis forte calloſiores dici velit primores digitos, quod comprehendēdis variis frequentius, quam digitus minimus, inserviant, quod nimium longe petitum esset; Ac, quemadmodum D. *GEUDERUS* digitum manus dextræ minimum notavit, ita Auctor der Schatzkammer rarer Curiositäten / qui, præter *Exc. STISSERUM* solus mihi de dicta pellicularum virtute quid tradidisse visus, lævæ manus auricularem elegit. Verba ejus p. 20. ita sonant: Nehmet das Häutlein / welches in den Eyerschalen zu finden/damit umwindet den kleinen Finger in der lincken Hand / und lasset es 24. Stund daran / so wird das Fieber vergehen. Utendi vero modum ipsum quod attinet, universalia, quæ Medici vocant, esse præmittenda censemus, nec citra rem fore, si diaphoretira simul intus exhibeantur. Hæc ex *OOLOGIA* mea, quam, quoties intueor, contristor valde, tantum laborem, (absolvit enim Alphabeta, quæ dicuntur, circiter sex) à me frustra susceptum esse, cum impensus ad eam typis evulgandam è mea penu erogare, mihi non satis commodum videatur.

* * *

De Peruviani corticis virtute antefebrili, ejusque exhibendi modo.

Propter materiæ affinitatem statim subnectere placuit aliam quandam ante memorati *B. D. D. GEUDERI* exaratam ad me epistolam, cujus verba sic habent:

Gratissimæ multis nominibus mihi fuerunt litteræ tuæ responsoriæ, indicantes quippe non solum, alloquium meum

litterarium tibi haut ingratum fuisse; ac de tuo favore ac amicitia me certissimum reddentes; sed etiam elegantissimis, quas continent, meditationibus, de propositi phænomeni ratione Physica, animum curiosum, ac doctrinæ avidum pascentes. Cæterum, quoniam litterarius noster sermo in materiam de curatione febrium semel incidit, liceat & hac vice in eadem materia pergere, nonnullaque de *febrium curatione*, quamvis forte levia, & hoc solo nomine, quod ad languentium salutem tendant, commendanda, curiosis tuis oculis subjicere. Nullum fere unquam exstitit laudatum magis aut commendatum febrifugum, quam *cortex* ille *Peruvianus*, *CHINA CHINÆ* communiter dictus; quo tamen multi etiam famigeratissimi Practici satis infeliciter in Praxi clinica, quam ob caussam, nescio, usi sunt. Fateor, cum praxin primum ante annos aliquot adgrederer, & inprimis, postquam hanc *WURTENBERGIÆ Metropolin* (in qua jam à multo tempore febres intermittentes ferme endemiæ sunt, adeo quidem, ut in nostro *Ducatu*, pertinaces aut mali moris intermittentes febres, haut raro Stuttgarter Fieber nominari soleant) pro sede elegeram, animum meum in varias subinde partes tractum fuisse, ac plus simplici vice me de experiundis *corticis* istius *febrifugi* viribus, mecum consilium iniisse. Non tamen dissimulare possum, me, tum mutorum Præceptorum nonnullorum Auctoritate, tum etiam quorundam Practicorum infeliciter (uti modo dictum) eo utentium exemplis, absterritum fuisse, dum insuper accederent ægrotantium nonnullorum, ejus usum formidantium, ac, modo Colicam, modo alios passiones dolorificas, modo pedum tumores, & alia mala, inde familiaribus sibi & notis personis enata asserentium querelæ. Vicit tamen tandem curiositas, vicerunt aliorum ægrotantium, febrium suarum citas curationes efflagitantium, preces, ut febrifugum hoc sæpius nominatum in usum ducere cœperim, & etiamnum frequenter præscribam, non sine exoptatissimo (*DEO* summo Medico favente) successu. Quæ vero circa ejus usum observavi, sequentia fere sunt. 1. Vidi nos minore longe dosi, quam vel *SYDENHAM*, vel *JONES*, vel alius eorum, qui quasi ex professo de hac re scripserunt, flagitant, febres tum quotidianas, tum tertianas, tum quartanas etiam debellare posse. 2. In dosi refracta, sed per vices, ut & intermissionis tempore, incipiendo à paroxysmorum declinatione, (quod etiam nominatus Dn. *SYDENHAM* inculcat) datum tutius & melius operari, atque ægros ejus usum melius ferre, quam, si vel in paroxysmo, vel eo jamjam imminente exhibeatur. 3. Effectum feliciorem esse, si in substantia, vel *electuarii*, vel *pulveris* forma, quam in forma *extracti*, vel *infusi* colati porrigatur. 4. Symptomata vel febri juncta, vel ejus solutionem excipientia ejus usum & continuationem non semper impedire. Laborabat quippe Juvenis febre tertiana; cum Colico dolore acutissimo, umbilicum valide retrahente, & respiratoriorum orga-

organorum strictura spasmodica: Laborabat eadem femina, invalescente paroxysmo arthriticis doloribus vagis, ad sudores frigidos & deliria usque infestantibus, molestata: Laborabat eadem femina cachectica, respiratione perquam difficili, tum alias, tum inprimis in paroxysmo prehensa, pedibus, post scabiem male tractatam retrocedentem, valde tumidis. His omnibus, ut pauca tantum attingam exempla, solatio existebat *China Chinæ*, non febrem tantum, sed &, continuato usu, paucis aliis remediis maritata, reliqua symptomata abigens. 5. Febre profligata, si radices ea præsertim jam egerit, continuationem ad aliquod tempus maxime necessariam esse, ne recidiva sequatur. 6. Istam tamen recidivam, si sequatur, non hujus remedii infidelitati, (uti à nonnullis fit) sed, vel nimium citæ remediorum intermissioni, vel noviter obortæ aëris inclementiæ, vel, (quam frequentissimam caussam esse, accurata & circumspecta indagine instituta, didici) ægrorum in pristinos diætæ errores, lapsui, vel tandem interdum nimis teneræ corporis texturæ, tribuendam esse. 7. Recidivas febrium non post hujus tantum febrifugi, sed & post aliorum usum (præmissis quamvis caute universalibus, quod tamen non semper est absolute necessarium) contingere, positis circumstantiis modo memoratis. 8. *Corticem* hunc sæpius nullam sensibilem evacuationem post se trahere, frequenter tamen elicito sudore copioso, interdum seroso latice ad urinarias vias copiose protruso, suam efficaciam prodere. 9. Nec puerilem, nec senilem ætatem (dummodo ægrorum res nondum penitus deplorata evaserit) ejus usui obicem *ponere*. 10. Primis dosibus hujus antifebrilis exhibitis, febres tum jam vehementes, tum antea lenes, & quantoque sola lassitudine, oscitatione, pandiculatione, artuum tensione, &c. molestas, (quales per insigne anni spatium ægros torsisse memini) sæpius evadere valde vehementes, & quoad omnia symptomata intendi, hoc autem facto utplurimum brevi postea sedari. Hæc pauca sunt, quæ jam ex tantilla experientia propria de hac re in mentem mihi veniunt. Quæ non ingrata tibi fore spero, *cum quandoque perutile sit, si Medicinæ Practicæ addicti etiam de quotidie obviis sermones inter se serant, quo medio in praxi obvenientia phænomena magis magisque confirmantur, & à difficultatibus liberantur.* Sed claudo hac vice, ne te, Vir Exc. nimium morer &c.

Scrib. Stutgard. d. 17. Junii 1691.

MELCH. FRID. GEUDER, D. ibid. Physicus.

Scholion.

Pleraque noviter inventa medicamenta, primum applausum, hinc, si non semper promissis faciant satis, censuram ingeniorum varie affectorum, experiuntur. Nec vero *CORTEX PERUVIANUS*, laudatissimum antipyreton, id fati effugere potuit. Aliquibus, *SYDENHAMIO*, *MORTONO* &c. tantum non est panacæa, apud alios nil quidquam valet, ac malignis, nescio quibus, facultatibus infamis redditur. Utrinque, ut solet, peccatur. Ego sic apud me constitui, ut in phar-

pharmaci novi prædicatione non uni soli encomiastæ facile credam. Dantur enim Thrasones gloriosi, quibus toti mundo ex composito fucum facere, ludus est. At si medicamenti cujusdam energia à tot viris laudatissimis, Practicis celebratissimis, uno ore commendatur, insanus fuerim, si ipsis fidem adhibere recusem. *ANGLI Medici & HOLLANDI*, atq; hos inter isti, qui praxeos celebritate multos alios anteeunt, incomparabiles *peruviani corticis* vires in abigendis, præcipue intermittentibus, extollunt, modum utendi commonstrant, historiis ægrotorum ita feliciter sibi redditorum non unis confirmant, & mirandum tamen est, dari cum apud nos, tum passim, Practicos, qui *ChinaChina* nescio quid mali affingunt, ex usu præpostero aut aliis caussis prognata symptomata huic per *fallaciam elenchi* imputant, immo ante *chinam chinæ* oderunt, quam eam aut usurparint, aut unquã oculis sint contemplati. Rectissime igitur fecit *B. Dn. GEUDERUS*, quod se vinci tandem sit passus, & laudatissimum pharmacon non sine prospero successu in usum traxerit. Quocum & ego febres innumeras, quarum aliquæ jam ultra biennium duraverant, feliciter, absque ullo recidivæ metu abegerim, observata χαριςάτȣ *GEUDERI* leviter percurram, & quid mihi circa dicti *corticis* usum innotuerit, brevibus enarrabo. 1. Dosin, quod attinet, verissimum est, nos intra *SYDENHAMIANAM & MORTONIANAM* &c. subsistere tum posse, tum etiam debere. *Non est ultimum prudentiæ Medicæ, medendi methodum climati suo applicare posse.* Bone Deus, quam sic sæpe falluntur Medici cætera non ineruditi! Videas plerumque Medicos, dum praxin exercere incipiunt, isti præcise & pertinaciter methodo insistere, quam à suis præceptoribus Academici imbiberunt, non obstante, quod isti Præceptores haut raro centum aut pluribus leucis Medicinam à Physicatu Discipulorum suorum faciant. Quam sit pœnitendus hic error, dici non potest. Novimus Practicum veteranum septuagenarium, qui studiis olim apud *BATAVOS* operam locavit; hinc *BATAVIS Auctoribus* adhucdum unice delectatur, aliarum regionum doctissimi viri sordent. Aversatur *Venæsectiones, purgationes*, alia &c. eo quod *BATAVIS* tum frequenter ista non administrentur, cum tamen nosse debebat maximam oppido differentiam esse inter clima *BATAVICUM & SUEVICUM.* Hinc, tametsi vir eruditus, & chimicus insignis, Medicinam tamen feliciter nunquam exercuit. Hinc est, quod multi conquerantur, se Præceptorum suorum etiam secretissima, & quæ ibi locorum maximo cum fructu ipsimet applicarunt, remedia, non eodem cum successu suis ægrotis applicare. Atqui debebant considerare, se in alio, quam sui Præceptoris, climate versari. Ego in *CURLANDIA* Medicinam per aliquod tempus feci, sed cum *CRAILSHEMII Physicus* appulissem, vah, quanta naturarum dissensio! Certe mitius mihi cum his agẽdum esse, cumprimis in purgantium dosi scribenda, quam istis, hypercatharsis una vel altera monebat. Hinc, quemadmodum Medicus ex *ITALIA* redux vel *GALLIA*, iteratis per singulos

dies

dies venæsectionibus nostros *Suevos* Diti immolaturus esset, ita *Batavus* huc veniens, & pertusiones venarum haut raro summe necessarias, negligens, numerum haut minorem ad plures ablegaturus esset. Hinc suasor semper fui Medicinæ studiosis, ut exteras quidem & longe dissitas Academias pro lubitu visitarent, ultimis autem studiorum Academicorum temporibus in Academiam quandam à Patria, ubi Medicinam facturi sunt, haut multis milliaribus distantem concederent, & ibi, quæ apud exteros didicerant, climati suo applicare consuescerent. Sed quorsum hæc omnia faciunt? Eo scilicet, ut commonstremus, *corticem peruvianum* nostris hominibus in tanta dosi, qua *Angli* & *Batavi* solent, præscribere, non esse conveniens. Utuntur isti victu duriore, gaudent stomachis robustioribus, nostri contra: Hinc *peruvianus cortex* in moderatiore dosi apud nos idem præstat, quam apud illos in majore; quin major dosis apud nostrates, ventriculum subruendo mater symptomatum habetur. 2. Modum exhibendi quod attinet, quamvis iste *Geuderianus*, qui declinationem paroxysmi observat, spernendus non sit, quin & ipsemet antidhac ea methodo quamplurimas intermittentes fugarim, attamen præsentior mihi *Mortoniana* visa, *qua, nullo plane habito temporis ullius respectu, quarta quaq; hora pharmacon, quamvis, in minore, quod jam dictum, prabio, diebus juxta paroxysmi & intermißionis, quin, si quarta hora etiam in ipsißimum horrorem, vel æstum inciderit, interdiu noctuque, continuo, usq; dum sit fugata febris, exhibetur*, id solummodo concedendo, ut si forte noctu, circa id horæ dormiat æger, eum propterea à somno excitandum non censeam. Febres istæ tractari volunt ad modum *hydropiseos*, non interrupta specificorum exhibitione, sed semper continuata: Man muß ihnen keine Ruhe lassen. Licet viribus haut parum inde decedat, morbus tamen tutius & promtius profligatur. Quam multi hydropici possent restitui, immo sunt restituti, si, methodo *Anglicana*, hydragogis etiam fortioribus continuo insistas, atque sic aqualiculum exhaurias, præbitis postea tonicis, adstringentibus & roborantibus, quam, si virium intempestiva ratione habita, per diuturnas inducias tantundem laticis denuo colligatur, quantum per nupera hydragoga exhaustum fuerat. Dieses ist der lange Glaube. Interim corrumpuntur ac ad putredinem disponuntur viscera, quod ubi factum, da ist es außcurirt. Eodem modo à *chinæ* quoque exhibitione felicius & temporius longe febres abigerentur, si melius Practici insisterent, eamque sæpius propinarent. Morbi quidam volunt tractari, ut homines, quisque pro suis moribus. Dantur homines morosi, quibus, quo magis blandiris, eo magis ferociunt, contra, si in eos acrius invehas, mitescunt; apud alios poppysmis plus, quam verberibus, efficias. 3. In substantia melius operari *corticem*, quam alio quovis modo extractum, infusum, præparatum &c. quod idem & *Sydenham* cum *Mortono* præcipiunt, longe verissimum est; Nos *extractum* parari curavimus & *essentiam*, infudimus speciebus aliis mixtam cum

 vino:

vino: sed in *electuarii* forma præsentius operabatur. Familiare nobis erat sequens, quo tanto cum applausu fuimus usi, ut in aliis etiam locis *Lentilii electuarium antifebrile* nominaretur:

℞. *Cort. peruv. subtiliss.* ♀*isat.* ℥j.
⊖. *absinth.* ʒij.
rob. samb. q. s. F. Electuarium:

Ejus ʒj. detur quarta qualibet hora. Interdum addidimus, cumprimis pro ditioribus, *oleum caryophyllorum ad* ℈ß. *balsamum peruvianum ad* ʒß. *vel* ʒj. nonnunquam loco *Rob sambucini* accepimus *sirubum rubi idæi*, vel *caryophyllorum*: nunquam tamen omisso ⊖*e quodam antifebrili*, quod alas operationi *chinæ* segniori adderet. 4. Symptomata ulla *corticis* usum impedisse nunquam memini, quin, si quæ adessent, *electuarium* admixtione varia symptomatibus accommodavi; v. gr. in *vomitibus* addendo, præter *ol. caryophyllorum*, *essentiam anodynam*, & *laudanum* &c. 5. Febre etiam profligata *corticem* adhuc per tempus aliquod continuari, adeo est necessarium, ut uni hujus continuationis intermissioni, recidivas semper acceptas tulerim. Hinc imperare sum solitus, si, quod frequenter factum, etiam post alteram vel tertiam exhibitionem paroxysmi emansissent, *electuarii* tamen usus tamdiu continuaretur, quam ejus mica infictili superesset; & sic à recidiva plerumq; securi fuimus. 6. Circa sextum punctum, verissimum quoque, quod moneamus, nil adest. 7. Quod idem circa septimum valet, ac 8. octavum. 9. Nonum itidem, ac 10. decimum. Adeo testari possum bona mea cum conscientia, me, ab exhibito primum nunc ἄνω, nunc autem κάτω medicamento evacuante, ejusmodi *electuario* omnes febres intermittentes, nulla unquam excepta, quantumvis diuturna, aut diris symptomatibus stipata, felicissime pepulisse. Fimbriarum textor quartanarius, ab alio Medico diu tractatus, non tam quartanæ, quam tympanitidi deniq; accedenti, succubuit.

* * *

Febres intermittentes curandi Methodus.

Cum ante triennium febres intermittentes, tertianæ juxta, atque quartanæ, totam *Rhætiam* nostram, ad usque *Danubium*, per tempus bene longum vehementer exercerent; Plurimi decumbentium, ob sumtuum gravitatem *cortici peruviano* coëmendo impares erant. Hinc cœpi cogitare, annon quid posset isti *cortici* parabilius, & æque febrifugum substitui. Commodum incidit *cortex fraxini* & *radix gentianæ*. Sed O! quam me beatum! DEUM testor, sequenti modo, ne unum quidem, quantum ego comperi, (nec enim semper, qui me peregrini consulunt, me de effectu certiorem reddunt, quamvis rogati) febricitantium omnium, curæ meæ creditorum, non fuisse curatum. Dedi primo *emeticum*, vel, pro circumstantiarum ratione *purgans*: vel utplurimum utrumque:

℞. ♀. *emet. gr.* ij. iij. *interdum* iiij.
pulv. cinnam. ℈ß. *M.*

℞. *Pulv. Cornach.* ʒß.
magist. gial. gr. iiij.
ol. caryoph. gtt. j. *M.*

℞. ♀. *emet. gr.* ij.
Crem. ♀*i.* ℈j.
dacryd. gr. iij. *M.*

Exhibeatur post evacuationem, sequens *pulvis*, interdiu noctuque, quovis tempore, etiam in medio paroxysmo, quarta qualibet hora ʒj. vel ex *jure* calido, vel *cervisia*, vel *vino*, vel *mulsa*, vel cum admixto *sacchato*, cum *rob sambuci* &c. continuando tamdiu, donec omnis *pulvis* consumtus sit, non obstante, quod à prima, secunda, tertia exhibitione febris emaneat:

℞. *Cort. fraxin. subtiliss.* ♀*is.*
rad. gentian. subtiliss. ♀*is. aa.* ℥ß.
⊖. *absinth.* ʒj. *M.*

Æger, si noctu, quarta ista hora, qua *pulverem* adsumere debebat, dormiat, propterea non est excitandus; modo quamprimum evigilat, ipse propinetur. Si ab his ʒix. febris nondum emanserit, quod rarissime tamen fieri solet, adhuc aliæ ʒix. successive, immo, donec eradicata sit, accipiantur. Itid. in Recidivis, quæ & eædem raræ hinc veniunt, eod. modo denuo *pulvis* omnis usurpetur, Carpis applicavi *emplastrum ex ana fulig. furn. splend. zingiber.* & ⊖. *comm.* cum *ovi vitello subactorum*, corio tenero instar imperialis thaleri inductorum, qualia singulis 12. horis repetenda. Ab initio paroxysmi, cum ægri incipiunt oscitare & pandiculare, spinam dorsi inungi volui, vel perfricari potius *vini aut frumenti spiritu calido, cui piper comminutum admixtum.* Quod jam alibi in hoc libro præcepi. Hac via ultra ducentos, per DEI gratiam, restitui. Si qua tamen accesserint symptomata, prudens Medicus, quo pacto sit illis occurrendum, statuet.

* * *

Arthritis à Dysenteria.

Anno 1691. *Dysenteria* apud nos epidemice grassabatur. In eadem varia observavimus, & illud cumprimis, eam *humectantibus* potius, quam *adstringentibus siccis & calidis* obedisse, cui fini *emulsiones* nobis omnium maxime proficuæ exstiterunt, quales in hoc libro non unas hinc inde sub *dysenteria* rubrica descripsimus. Id etiam in aliquibus observatum, quod si in adstrictione modus excederetur, intermitteret quidem *dysenteria*, succedente tam rebelli *arthritide.* Scilicet ista *dysenteria*, nil erat aliud quam *rheumatismus*, cujus ministerio sequestratæ per Archæi motum è sanguine particulæ acido-acres, ad intestina ablegatæ per alvi fluxum criticum vel quasi eliminabantur. Tunc vero, cum nimium acrimonia excederent, erosis capillaribus in intestina radicatis arteriolis, fluxus sanguinis *dysentericus*, multis lethalis, excitabatur. Si vero per *antidysenterica*, eaque præcipue calida & sicca, fluxus ante sisteretur, quam omnis ista acrimonia esset exhausta, per metastasin in articulos propulsum, quod acre supererat, *arthritidem* excitavit? In aliquibus, maturior, concedo, & intempestiva adstrictio erat; sed in aliis, ubi nimium diu fluxus persisteret, symptomatis urgentis vicem præbebat, sic ut nolentes volentes adstringentia valida adhibere cogeremur. Id quoque factum in Magnifico & perquam

strenuo quodam sene, cholerico, macro. *Dysenteria* cessavit, quum coacti, ego, & in consortium mihi accitus celeberrimus *D. D. VVOHNLICH, Physicus Suevo-Gemundanus*, ne vita cum fecibus cruentis exiret, adstringentibus validis fluxum sisteremus. Inde enim, quum ad sensum Dn. Patiens convaluisse videretur, manum, ni fallor, sinistram, pertinax arthritis, ac diuturna occupavit: quæ, cum quavis *dysenteria* tutior, licet æque dolorosa, videretur, nos parum sollicitos habuit. Attamen, quum diutius malum in manu persisteret, memorati celeberrimi *D. D. VVOHNLICHII* mentem & consilium per litteras exoravi, quas mihi tales reddidit:

Aus desselben genehmen an mich abgelassenen Bericht / habe ich vermercket / daß meinen Hochgeehrten Herrn Schwager N. nach unlängst außgestandenem zimlich beschwerlichen Bettlager / nun jetzo eine arthritis vaga, wie sie sehr wol definirt / (NB. primum talis erat, postea vero in manu, & cumprimis carpo fixa permanebat) ergriffen / welche nun biß dato von meinem Hochgeehrten Herrn sehr wol / und methodice tractiret / als nemlich / mit absorbentibus, præcipitantibus, diaphoreticis & confortantibus, wobey auch die sopientia tam interna, quam externa, nicht vergessen; nun aber / weilen die dolores scheinen / als wolten sie wieder recrudesciren / kan ich (sine præjudicio) anders nicht judiciren / als daß nunmehr nothwendig seyn wird / die materiam in articulis hærentem zu evacuiren / weilen die Experienz mehr / als zu viel / an Handen giebet / daß die humiditates salino-glutinosæ in articuloso & nervoso genere retentæ & cumulatæ, per diaphoresin allein nimmer werden evacuirt werden / und obgleich die fomentationes, inunctiones, emplastra & alia topica adhibita, zu Zeiten Linderung schaffen / so werde sie doch / als pure palliativa, gerechnet / nicht / daß ich sie durchaus reprobire / allermassen ich in tali eura auch meine externa adhibire / deren ich meinem Hochgeehrten Herrn Doctor zwey Exemplaria communiciren wollen / zwar wol wissend / daß man von selbst eigener Wissenschafft einen Selectum bey Händen hat / nur zu vertrauen / womit ich allezeit viel Nutzen geschaffet / so wol in diesem / als auch podagricis affectibus. Das Decoctum wird in darinnen genetzten / und wieder außgedruckten vierfachen Tüchern warm umgeschlagen; aber das **Pflaster** wird aufgestrichen übergeleget / so niemalen / ohne erwünschten Effect appliciret; aber / ich habe allezeit articulares evacuationes dabey adhibiren müssen / derentwegen Ihro Gestr. Hr. N. etwelche pilulas arthriticas übersendet / derer er sich verhoffentlich nicht ohne erwünschten Effect wird bedienen. (salvo tuo judicio) Versichere anbey / daß ich alles das jenige / was zu Conservirung des Herrn Patienten dienlich erachten werde / fidelissime beytragen werde ꝛc. **Schwäb. Gemünde** den 5. Oct. 1696.

Joh. Jac. Wohnlich / D.
w. Herb.

℞. *Herb. scord.* mj.
Stoech. arab. mij.
grat. Dei miij.
parietar. flor. samb. aa. mj.
pulv. oliban. ℥iiß.
charab. alb. ℥j.
benz. ℥iiß.
as. fetid. ℥iij.
Inc. cont. coq. in vin. alb. mens. j. *aceti octava mens. parte, per quadrantem horæ, postea exprimantur. Expreßio detur in vitro.*

℞. *Pulv. oliban.* ℥iiiß.
charab. alb. ℥iiß.
benz. ℥ij.
as. fetid. ℥iiiß.
rob. samb. ebul. aa. ℥ij.
opii ℈ij.
philon. Rom. req. Nicol. aa. ℥ij.
ungu. anodyn. ℥iß.
ol. lumbric. papav. nymph. aa. ℥ij.
M. F. Empl.

Aliquas hic considerationes haberem, nunc autem iis indulgere non libet. Sufficit ista externa dolorem quidem consopisse, at non sustulisse. Tamen, quod haut raro dolor vehementissimus urgeat, ac patientes nil magis optent, quam eum aliquantisper ad minimum sedari, cui fini adipiscendo communicatæ duæ formulæ haut incommodæ existunt, eos heic publici juris facere non dubitavi.

* * *

De puella lapides murarios per uterum enitente.

Hæc Historia, quamvis jam reperiatur in *Excell. Dn. JOH. de MURALTO Scriptis Chirurgicis Hist. 167. p. 486.* cum erudito *Dn. EM. KOENIGS,* (utrorumque in *Academia curiosa* Collegarum meorum honoratissimorum) *Scholio*, attamen, cum laudato *Dn. de MURALTO* placuerit & mihi eam historiam multis circumstantiis auctiorem transmittere, meumque Judicium benevole exquirere, quod tunc temporis, per quæ, non satis recordor impedimenta intermissum est, nunc, occasione ita ferente, expediam. Sic igitur Historia:

Geschichte eines vom Teufel angefochtenen Mägdleins/ welches Ackersteine gebohren hat.

Catharina Hambergerinn / so 17. Jahr alt / ist im Martio 1690. von dem leidigen Satan / und etlichen seinen Werckzeugen angefochten worden / welches sich folgender massen verhält: Nachdem sie mit ihrem Vatter/ Haber in die/ eine halbe Stund weit von ihrem Dorffe entlegene/ Mühle getragen/ bey welcher sich allerhand Lumpen-Gesindlein (etliche alte Weiber/ so ohne Zweifel bey dem Fürsten der Finsterniß in die Schule gangen) aufgehalten. Eine von diesen Weibern/ mit welcher sie ungefehr 100. Schritt von der Mühle gegangen / brummete etliche undeutliche Worte/ und warff darauf des Müllers Hund mit Steinen von ungleicher Grösse; in demselben Augenblick bekam das sonst

gesunde Mägdlein grossen Schmertzen im Rücken; worauf die Alte einen besondern Weg für sich genommen/ und das Mägdlein allein ihres Weges gehen ließ; muste bald darauf im Schnee/wegen grossen Rückschmertzens eine halbe Stund niedersitzen / ist darauf gantz schwach und krafftloß nach Hauß kommen/ allwo es sich gleich zu Bett gelegt. Nachdem nun der Schmertzen lang angehalten / haben sie den Barbierer von **Eck** beruffen / welcher sie erstlich beräuchern lassen / und darauf ein Schwitz-Pulver eingegeben/ aber ohne Würckung. Einige Zeit hernach öffnete er ihr eine Ader/ worauf sie zwar zwey Stund lang Besserung empfunden/ die motus spastici aber wurden viel stärcker darauf/als zuvor/ welche stündlich an ihr außbrachen. Der Bauch-Schmertzen fieng ingleichem an je länger/je grösser zu werden. Der Drang zum Harn/ war so starck / daß der Hinter-Leib außgieng. Die Gicht kamen ihr ins Hertz und Glieder; der Stulgang war verstopfft. Der Harn/ in welchem weisser Grundsatz war/ wolte wegen grossen Schmertzens nicht gehen. Purgierende Sachen haben gar keine Würckung gethan. Nachdem obbemeldter Barbierer ihr **rothe Zeltlein** gegeben/ gieng rother Sand durchs Wasser von ihr; der Schmertz aber wurde nichts desto weniger je länger je grösser/ und schnitte sie im Bauche je länger/ je mehr/ unterweilen gieng wieder rother Sand von ihr. In der eilfften Woche der Kranckheit bekam sie außbrechende Gichte mit Schreyen und Ohnmachten/ daß sie nichts um sich selbst gewust. Sie hatte keinen Schlaf weder Tag noch Nacht. In währendem solchem allem hat man immer einige Schwermuth an ihr verspüret / biß endlich (wofür GOTT alle fromme Christen väterlich behüten wolle) am Heil. Oster-Tage zu Nachts/ als sie neben ihrer Mutter im Bette lage/ um/ der Ruhe zu geniessen / ein schwartzer mit Doctors-Kleidern (die allhier bräuchlich) angethaner Mann zu ihr ans Bett kam / und/ weil die Mutter entweder natürlich geschlaffen / oder sonst verblendet gewesen / legte er sich gantz nackend zu dem Mägdlein / und hat (welches das Mägdlein selber nicht weißt) ohne Zweiffel seinen Willen mit ihr vollbracht. Des andern Tages hernach zu Abend hat er sie/ (wie das Mägdlein bekannt) bey der Hand aus der Kammer geführt/ da er vorher gangen / und sie ihm im herunter-gehen folgen müssen / allwo er sie in den Stall geführt/ sagende/ jetzt wolle er sie wieder gesund machen / und von ihrer Kranckheit befreyen/ wann sie wolte nieder liegen/und/ wie sie nicht wolte / da warff er sie nieder; was er aber mit ihr verrichtet/weißt das Mägdlein nicht eigentlich/ ausser/ daß er es offt am Bauch sehr hart angegriffen / da sagte es/ da ihm die Augen des Verstandes durch die

Gnade

Gnade GOttes geöffnet worden: Das Blut JESU CHRISTI reiniget uns von allen Sünden; worauf er alsobald verschwunden/ und das Mägdlein in eine Ohnmacht gefallen; welches/nachdem es eine zeitlang so gelegen/ von seinen Eltern wieder ins Bett getragen worden. Von der Zeit an ist es öffters verfahren/in Ohnmachten/und in grosse Schwermuth gefallen. Etliche Tage hernach hat sie sehr grossen Bauch-Schmertzen und Drang bekommen/ zu ihrer Mutter gesagt/ sie spüre etwas/ das sie gebähren müsse/ in ihrem Bauche/ so hart/ als ein Stein/ und ließ die Mutter solches sehen und fühlen; selbige sagt/ daß sie den Stein betastet/ und auf die Erde fallen sehen; selbigen Tag giengen noch 7. Steine von ihr/ von ungleicher Grösse/ etliche biß 12. Loth schwer; Nachts darauf wieder einer/und so folgends/ biß auf 36. bey welcher Zahl es biß dato geblieben. Wann die Steine von ihr giengen/ bekam sie einen bittern Mund. Jngleichem sagt sie auch/ daß die Steine aus der Bärmutter herauß kommen. Wie nun alle obbemeldte Mittel nicht helffen wollen/ hat man sie von einer löblichen Beschau allhier (Tiguri scil. Helvetiorum) ins Hospital genommen/ und unter meine Cur gethan/ allwo ich sie vom Anfang/ biß zum End examiniret. Die Herren Geistlichen haben sie im Glauben gestärcket und aufgericht. Obbemeldte Schwachheiten und Zufälle haben sich allhier auch eräuget/ wovon sie/ durch die Gnade des **Himmlischen** Artztes/ durch öfftern Gebrauch geistlich- und leiblicher Mittel völlig entlediget und befreyet worden. Vordrist gabe ich ihr den *Tartarum solubilem emeticum*, in dem **Schleheblüht-Wasser** ein/ ad gr. iiij. Hernach

℞. *Ol. amygdal. dulc.* ℥iij.
Ocul. ♋. ℈j.
sir. de alth. ʒiß. *M.*

mithin ein Löffel voll. Weiters den ∽ ⊖✱*ci cum* °°. *succin.* ad gutt. vj. im ersten Löffel voll Brühen/ so offt es asse. Jn der dritten Woche gab ich ihr *vinum Medicatum aperitivum purgans cum helleb. nigr.* davon sie einen Durchlauff bekam/ endlich/ die *pilulas è terebinthina*, womit sie völlig restituirt worden. Uber diesen Casum beliebe zu reflectiren/ und mir sein Sentiment ehest unbeschwert zu eröffnen:

1. **Wie Gassensteine vom Teufel in Leib einer Jungfrau gezwungen/ und wieder gebohren werden können?**
2. **Was solche Zauberey sey?**
3. **Ob man diesem Mägdlein für die That etwas zusuchen könne/ weil der Satan den Frömmesten versucht.**

JOH. MURALT. D.

Respon-

Responsio ad istas Quæstiones.

CUm tot & tanta Diabolicarum incantationum exempla toto die occurrant, quorum circumstantiæ neminem sanæ mentis hominem aliter sentire permittant, quam ea non esse meras præstigias, sed revera sic fieri, dari tamen homines, eosque eruditos, qui sagarum incantamenta quælibet pertinaciter negare non vereantur, mirum est. Malo interdum Dæmoni, ejusve assecli plura transscribi, quam aut in eorum potestate, aut ab ipsis perfecta sunt, non inficiamur. Nimirum quando, uti fert superstitio plebis, nullus propemodum est morbus, cujus symptomata, si sunt aliquantum insolita, non maleficio satanæ imputentur, & illico clamitare audiamus: Es kommt von bösen Leuten her / quod, si de ita judicantibus intelligitur, plerumque verum est. Et hujus farinæ profata fulcire cumprimis, ac nutrire didicerunt Agyrtæ, Balneatores aliique Medicastri, qui, ubi in curatione hujus illiusve morbi multa rictu magno polliciti sunt, quamprimum ipsis aqua hæret, se excusant: subesse quid maleficii, certo namque certius alioqui patientem per sua pharmaca efficacissima evasurum fuisse. Nec ea sine mali satanæ instinctu plebeculæ, quinimmo & iis, qui sibi ultra vulgus sapere videntur, inculcantur, scilicet, ut impotens ejus potentia amplificetur, ejusque regnum in cordibus impiorum vel per ista quoque media extendatur, vel denique, ut ejus auxilium, non sine animarum aucupio, seu implicite seu explicite imploretur. Vixit in vicinia nostra quidam Balneator, cujus creberrima fuit in curandis à fascino morbis fama. Ipse consultus omnium propemodum morborum caussas illico à sagarum maleficio derivabat, quin se homines istos, qui venenum affricassent, nominaturum pollicebatur, quibus artibus interdum odii vix extinguibilis prava feminia inter familias integras, immo consanguineos dispersit, jurato humani generis hoste sine dubio exultante. Christianus, & cumprimis Medicus, quam diu caussas rei cujusdam naturales mente concipere potest, aut certe morbi phænomena sunt talia, quæ Naturæ circum non evidentissime transscendant, satanæ malo tantum potenriæ nunquam adserit. Illud tamen omni morbos inferendi potentia exuere velle stultum est; cum dentur casus, quorum phænomena cum ordinario Naturæ cursu, arte aut ratione nulla conciliari queant, qualis est & ille ab *Excell. Dn. MURALTO* propositus. Diabolus Angelus est, Creatura scil. immaterialis & spiritualis, summæ perfectionis, & sicut Angelorum intellectualitas per totam rerum Naturam semet extendit, sic, ut Angeli, etiam mali, rerum Naturam intime contueantur, & ea, quæ sunt, aut fiunt, exactissime cognoscant, eorumque ideo perfectiones longe excedant hominis conditionem, tantæque sint, quantæ in Creaturis esse possunt, quippe, quod sint perfectissimæ DEI Creaturæ, (videantur de his *Pneumatici*, v. gr. *Scharfius*) Nemo proinde arbitretur, postquam à concreata sibi justitia, sanctitate &c. mali Angeli defecerant, omnem propterea intellectum & scientiam, aliaque attributa Angelica

gelica apud ipsos esse penitus abrogata. Sunt Spiritus abstracti, quorum operatio à nullis corporeis compedibus impeditur, inde magna est eorum potentia, &c, quamvis eos supra Naturam aliquid operari posse, credere nefas existat, talia tamen, quæ captum hominis quam longissime exsuperant, operantur, & hinc damna hominibus, quorum jurati sunt hostes, inferunt. Hoc vero si possunt, cur id non faciant? Immo, plura possent, nî à *DEO* custode, bonisque Angelis impedirentur. Igitur, ejusmodi fascinationes dari, longe certissimum est, quin certius, quam ut contra quid solidi proferri queat. Jam itaque, ut quæstionibus, ab *Excellentissimo Dn. Auctore* propositis, quantum fert ingenioli conditio, satisfiat, quarum prima est: *Quomodo Diabolus ejusmodi lapides, quibus plateæ sternuntur, utero virginis immittere, hicq́, puerperali nixu denuo elidi queant?* Per meras id præstigias, & tantum apparenter, non revera fieri, respondere possemus, eo fere modo, quo omnium orthodoxorum, quantum nos scimus, Theologorum consensu, *Magorum Ægyptiorum baculi* non revera fuerunt in serpentes mutati, sed vi Diabolica, surreptorum in locum baculorum, aliunde serpentes acciti, horum locum occuparunt: Ita quis posset dicere, saltim ita visum fuisse & puellæ & matri, quasi lapides isti puerperali nixu ex utero prodirent, Diabolo, invisibili sua præsentia, matrici dolores, quasi parientis, imprimente, lapides autem per fascinum, & oculorum præstricturam in pavimentum projiciente. Quandoquidem vero mater seipsam sua manu lapideam duritiem in abdomine puellæ tetigisse asseverat, an quis, lapides realiter in puellæ matrice cubasse, negando, commode elabi possit, equidem ignoro, nisi quis Diabolum μυριοτεχνίτην aliud, nescio quid, matris tactui obtulisse, dicere sustineat. Quidquid sit, absurdissima varia tum per alvum, tum vomitum hinc inde à multis excreta, quin è carnosis partibus excisa, fuisse, per historiarum monumenta compertum habemus, quale est, quod in hoc libro de *BEROLZHEIMENSI puero* consignavi, qua in historia, si quis dicturus esset, ea per fascinationem oculorum, stomacho non realiter inextitisse, lapides puta, vitra, cultros, ei oggerendum putamus, quod, uti relatio docet, puer dictus nonnunquam per integrum diem in una re, v. gr. cultro evomendo, fuerit occupatus, dictus etiam culter gulam sauciarit, quæ revera fuisse istæ in ventriculo contenta fidem faciunt. Maxime huc facit, quod *Excell. DOLÆUS* recenset *Ann. I. Dec. II. Eph. Cur. Obs. 37.* de militis uxore, quæ per septennium maximum dorsi dolorem senserat, in cujus corpore post mortem aperto duo ossicula, cum fasciculo pilorum, in abscessu reperta fuere: quod itidem de alia quadam ancilla ibidem confirmatur. Quæ exempla, non solis hic præstigiis rem notam, sed insolita ista reipsa in corpore fuisse commonstrant. Item, quæ de brachio fascinato, è quo per tempus bene longum insignis acicularum numerus partim sponte prodiit, partim cultro exscindi debuit, recenset *GROSSIUS Ann. I. Dec. III. Eph. Cur. Obs. 125.* ut alia taceamus. Explicare vero, quo pacto fiat ista immissio, næ res est magni mo-

momenti: Hoc tamen certissimum, per cavitates & aperturas corporis majores, os puta, anum, vulvam, eam fieri debere: Per cutim enim tale quid immitti, per dimensionum penetrationem, quam efficere Diabolo quoque impossibile, asserere prohibemur. Abuti plerumque Diabolum ad ejusmodi operas tempore nocturno, hominumque sopore, quem illis inducere novit, ut secum, etiam duriora quædam, agi non sentiant, historiarum fide docemur. Itaque, ubi altum homines dormiunt, ejusmodi res per Cacodæmonem in cavitates extantiores immitti, credibile est. Quomodo autem illæsis visceribus aciculæ usque in cutim extimam pertingere possint, est conceptu non adeo facile. Naturaliter tamen id aliquando contigisse, observationes aliquæ docent. Sic acicula aliquando deglutita circa cartilaginem ensiformem, à Chirurgo, facta incisione, extracta. *Dec. II. Ann. VII. Eph. Cur. Obs. 79.* Alia plane similis habetur *Dec. II. Ann. III. Obs. 59.* & quæ ibi plura exempla *Illustriss. Dn. Præses SCHROEKIUS* in *Scholio* recenset. Scilicet, sæpe Natura sibi vias parat, ultra, quam captus humanus explicare queat, & nonnunquam tacere de his, quam parum commode loqui, satius est. Apud nostram puellam difficultatem auget, quod uteri, cumprimis virginalis, non tanta sit cavitas, quæ capiundis tot lapidibus par sit: non dico, quam, in virginibus præcipue, matricis orificium conniveat, sic ut ex vagina in uterum ne flatui quidem sit via concessa: nec in ipsa vagina lapides omnes delitescere potuisse sit verisimile. Præterea puella virgo sic physice dicta manere non potuit, cum necesse sit hymenem in isto lapidum immissu, ruptum fuisse. Si quid divinandum, omnino credi potest, tunc, cum mille artifex puellam in stabulum abduxisset, eum ipsi utero intrusisse lapides. Tametsi enim difficulter capiatur, quomodo in utero potuerint spatium invenire, ob ejus virginalis angustiam, & oris interni conniventiam, quis tamen, esse Diabolo viam & rationem perspectas, quibus mediantibus dilatare uterum cum ejus orificio potuerit, facile pernegabit? quid autem de coitu personati Doctoris cum puella? Certe plurimi, Diabolum posse cum hominibus misceri negant: Ast me aliquando veneficarum aliquot examen legisse reminiscor, à B. vitrico meo, *Dn. Lic. JOH. CHRISTOPH. ERICO*, tunc apud *Illustrissimos RHEINGRAVIOS Consiliario* institutum, quæ omnes, cum Diabolo se vice haut simplici concubuisse, in quæstionem etiam seu torturam datæ, constanter fatebantur; sed nihil inde se voluptatis percepisse, quin, aut colem ipsum, aut certe semen (utrum enim fuerit, tam accurate non memini, cum ab ista lectione anni plus quatuor & viginti præterierint) fuisse stiriæ contra frigidissimum, unde quis dicere posset, eorum sententiam, qui Diabolum aliis maribus sperma suffurari, succubisque suis adspergere statuunt, confirmari. Cum puella nostra, quid secum eo tempore sit actum, se non satis scire asserat, etiam hic certi quidquam determinare nec possumus, nec volumus. Accingimur potius ad alterã quæstio-

stionem, nempe II.dò, *quid sit ejusmodi fascinatio?* Nos *fascinationem*, veneficium, incantationem, (hæc enim nobis modo sint Synonyma) uno verbo, die Zauberey/describimus, *quod sit actio, per quam Diabolus, per media quidem naturalia, captum tamen hominis transcendentia, seu immediate, seu mediantibus sagarum cerimoniis, ex divino permissu homini noxiam inferre sustinet.* *Actio* est, quia fluit *ab Agente*, scil. Diabolo, *in* materiam *patientem*, seu hominem. Est autem solius Diaboli, nec *DEI*, nec Angelorum bonorum, nec hominis ullius, ex quo, ceu fonte, fascinationes omnes emanant, in quo quidem contradicentem forte neminem habemus. *Media autem fascinationis mere sunt Naturalia.* Scil. optimus habetur Physicus Diabolus, de cujus in rebus naturalibus scientia jam supra: vires herbarum, lapidum, animalium, habet perspectissimas: novit rationes meteororum, influxus astrorum, & quæ sunt alia, & ex his solis technas suas ac retia struit, minime autem omnium quid supra Naturam, quod est solius *DEI*, nec bonorum etiam Angelorum, efficere valet, immo ne pediculum procreare, *Exod. VIII. v. 19.* Si tamen ejus technæ fascini aut incantamenti, der Zauberey scil. nomen mereri debent, oportet, ut *hominis captum transscendant*; nam quas rerum caussas mentis suæ sagacitate homo eruere valet, ea mirabilia quidem, secreta &c. fascinationes autem dici non possunt. Quamvis animam rationalem, in abstractione sua consideratam, forte maximam ejusmodi fascinationum partem é caussis naturalibus eruere posse, credibile sit. *Immediate* talismodi veneficia à Diabolo hominibus immitti vel solum *S. Hiobi* exemplum probaverit, quamvis id *mediate*, id est, *mediantibus Satanæ asseclis*, veneficis & sagis, frequentius fiat. Jam igitur paucis disquirendum, *utrum sagæ & venefici per incantamenta sua, circulos, preculas, adjurationes & alia plura, mirandos effectus producere, tempestates ciere, hominibus nocere &c. queant?* Id vero nobis tantisper negare libet, qui Diabolum, sagas & veneficos tantum hoc modo ludos facere credimus, er hält sie für Narren/ cum ipsis certas quasdam cerimonias, certas preculas, adjurationes, signa, characteres &c. præcipit, quæ nihil omnino per se ad rhombum ullo modo faciunt, sed, quidquid fit, Diabolus ipse per suas artes exsequitur, cerimoniæ sagarum tantum sunt dicis gratia. Sic enim astutissimus iste animarum hostis miserrimos suos clientes decipit, quasi, v. gr. si has vel illas materias in olla coquant, additis his istis conjuratiunculis, hoc illo die, hac ista hora &c. tempestas, paralysis &c. inde, tanquam ex effectu, sequatur; quod stolidissimum est, cum ipse Diabolus ista omnia per caussas sibi cognitas peragat. Sic, ubi Damon apud *VIRGILIUM* in *Pharmaceutria* canit:

Effer aquam, & molli cinge hac altaria vitta,
Verbenasque adole pingues & mascula thura &c.

Item:

Terna tibi hac primum triplici diversa colore

 Licia

Licia circundo, terque hæc altaria circum
Effigiem duco:

Item:

Necte tribus nodis ternos, AMARYLLI colores;
----- & veneris, dic, vincula necto.

Item:

Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit,
Uno eodemq; igni, sic nostro DAPHNIS amore.

Item:

Has herbas, atque hæc PONTO mihi lecta venena
Ipse dedit MOERIS: nascuntur plurima PONTO.
His ego sæpe lupum fieri, & se condere sylvis
MOERIM: sæpe animas imis excire sepulcris,
Atque satas alio vidi traducere messes &c.

Sic ubi *CANIDIA* ap. *HORATIUM Epod.* puerum prætextatum enecat, ut ex ejus medulla & jecore poculum amoris conficeret, eique rei *caprificos, cupressos* &c. cum aliis cerimoniis adhibet: Hæc, inquam, omnia non, nisi dicis gratia fiunt, & per se nil quidquam ad rei effectum conferunt, Satanæ heic omnia operantis ludibria. *SIM. PAULLI Quadrip. Botan. p. m. 95* recenset historiam, se nempe aliquando navi vectum, pedissequam secum habuisse, quæ in effrenem narium hæmorrhagiam incidisset. Nemine advertente *pseudomelanchtii radicem* linguæ subdendam illi præbuerat, simul autem Joachimicum novum dolio aquæ injecerat, ut radici nasi frigefactum applicaret; cum fluxus virtute *pseudomelanchtii* substitisset, reliqui vectores miraculum isti Joachimico, quod esset recenter cusus cruceque insignitus, acceptum ferentes, *Dn. PAULLI* pro præstigiatore habebant. Simili profecto se modo res habet cum incantationibus Dæmoniacis. Malus ille Satanas clam sagas & veneficas, toxica sua applicat, unde fluit incantamentorum effectus. Cerimoniæ autem variæ, carmina, preculæ, characteres &c. vim eandem ad istum effectum contribuunt, quam ille Joachimicus in aquam immersus, ad sistendum sanguinis fluxum contulerat. Ex permissu Divino autem Satanam hæc omnia exsequi, neminem Christianum esse negaturum speramus. Confer *Hist. HIOBI.* Pariter illud, *quod per ista media homini noxiam inferre intendat.* Hic enim est incantationum finis. Tametsi vero & pecoribus damnum inferat, id tamen non alia fini, quam ut homini noceat, efficit. Hic est meta, ad quam collimat. Quid vero ab infensissimo generis humani hoste aliud expectare liceat? Non enim obstante, quod aliquæ præstigiæ tantum ludicræ, & voluptatis caussa, adeoque ad recreandum hominem institutæ videantur, quale quid de *ALBERTO MAGNO* narratur, quod media hieme in horto cuidam Imperatori cœnam dubiam, appositis etiam bellariis, quæ tunc anni tempus non ferebat, omnia tamen in salutis æternæ perniciem, vel indirecte, collineant. Der Teufel sucht immer sein Interesse.

tereſſe. Daben. Hæc eſt igitur noſtra de incantatione ſententia.

Ad III. quæſt. quod attinet, ſc. *An quid culpæ in hanc puellam inde redundare, eique ulla irrogari pœna queat, cum Satanas etiam vel quosque piiſſimos tentare ſoleat?* Ea quidem alius, eſt proprie fori. Ne tamen & hanc prorſus intactam relinquamus ponderandæ prius omnes circumſtantiæ, quas inter ſane maxime præcipua eſt, ſi puella fuit ante pietati addicta, quod è quæſtionis formalibus licet ſuſpicari. Mirum tamen, quod, cum ei ſtuprum inferre, perſonatus ille nudusque Doctor vellet, eique accubaret, illam non clamaviſſe. Nota eſt lex *Deuteron. Cap. XXII. v. 23. 24. 25.* At, cum puella, quid ſecum ſit actum, ſe omnino neſcire perhibeat, de coitu Diabolico res adhuc incerta manet. Quod autem non clamaverit, cum adventantem impudicum ſpiritum videret, potuit inde fieri, quod ex permiſſu Divino Diabolus ei fauces præcluſerit, matri vero ſoporem profundum induxerit, quod ſæpiſſime fieri loquuntur hiſtoriæ. Quid vero de illo, quod puella cum ipſo in ſtabulum deſcendere juſſa paruerit? Nonne tunc facultas erat clamandi? Neſcio, niſi quod eam poſſimus dicere attonitam, ipſammet non ſatis, quidnam faceret, aut quorſum abiret, cognoviſſe. Certe per eas, quæ ſunt allatæ, circumſtantias, ulli aut culpæ aut pœnæ obnoxiam eſſe puellam nondum liquet. DEUS autem pacis conterat Satanam ſub pedes noſtros cito.

* * *

De calculis aliqua.

Menſe Junio 1692. Nos adibat Mendicus 24. annorum, qui dolorem in inguine ſiniſtro ſummum, per tempus longum, paſſus erat. Exulcerato denique loco affecto calculus candidiſſimus, glaber, ſiliceus, exſiliebat, glandis quernæ magnitudine. Ab eo tempore per fiſtuloſum inguinis ulcus, urina continuo profluit in ollulam parvam ea fini alligatam, ſummo cum dolore, acrimonia & fetore. Anno 1690. ſeptem annorum Filiolus à lithotomo ſecatur, productus calculus friabilis, fuſcus, magitudine caſtaneæ. Vulnere non rite conſolidato, ſed aperto manente, miſerrimam vitam diu puellus vixit, nempe ad usque quadriennium. Prodierunt ſucceſſive è perinæi vulnere calculi plures diverſæ magnitudinis, parum juvantibus, quæ ad calculi comminutionem ſolent laudari, pharmacis. Anno 1692. *menſe Octobri* calculus candidiſſimus glabellus, ponderoſus, quantitate juglandis majoris erupit ſummo cum cruciatu. Quin & urina per iſtud diverticulum ſui maxima parte exitum quærebat, minores bini paullo poſt myriſticam æquantes coloris & lævitatis ejusdem prodibant. Puellus emaciatiſſimus, lientericus, potu quoque, quem pro ſiti levata copioſum haurire ſolebat, propemodum immutato per vulnus perinæi reddito, denique conſumtus exſpiravit. Oblatus nobis *d. 9. Sept. 1696.* fuit *calculus amygdaloïdes* à virgine nobili excretus, cujus ſchema appinximus.

 Id.



Id rarius extitit, quod foris esset crusta quasi alabastrina investitus, ceu ovi testa, glabra & pulchra: Eo vero loci, ubi crusta abscesserat, in lateralibus nempe partibus, quas schema ostendit, interior calculi facies erat quovis carbone nigrior, & aspera superficie. Pendebat gr. xj.

* * *

Jura Carnium febricitantibus parum proficua.

Quod Natura in febribus continuis nutritioni vacare non queat, male faciunt, qui ægros tunc equidem tantum non obtorto collo ad rapiendos cibos abripiunt: quinimmo cum carnium fastidium tantum non has febres comitetur omnes, attamen moleste beneficæ mulierculæ, cum jusculis suis gallinaceis aut vitulinis, plus cruciant miseros, quam reficiunt. Adeo victum tenuem nostris majoribus in hisce affectibus commendatum ægris laudare dedidicimus. Male audiunt Medici à plebe, cum ista prohibent. Oggerunt: Der Krancke hat je sonst keine Krafft. *SYDENHAMIUM* laudo & imitor, qui in doctrina febrium ista carnea jurulenta prohibet. Miramur proinde Medico cuidam ex petechiali febre decumbenti, immo deliranti, ab alio non incelebri Medico, gelatinas caponum, addito etiam liquori vino, affatim hauriendas, fuisse ordinatas, qui brevi moriebatur, non tam ob gelatinam isthanc, quam ob malignitatem efferatam.

* * *

Vertigo Hypochondriaca.

Relatio Mercatoris MOENO-FRANCOFURTENSIS D. B.

ANno 1691. nach der Franckfurter Herbst-Meß / überfiel mich starck Sausen im Kopff/ und bekam darauf einen starcken **Schwindel**/ darauf ich mich erbrechen mußte / hernach ward ich wieder besser / es währete aber nur 5. oder 6. Tage/ so kam der Schwindel wieder / und wann ich mich erbrochen hatte / und etwas geruhet / so kamen die Kräfften wieder. Ich habe allerhand gebraucht / und eine Fontanell auf den lincken Arm setzen lassen / auch drey Jahr nacheinander in **Schwalbach** den **Saurbrunnen** getruncken. Im ersten Jahr verlohr sich das Brechen deß Magens/ und hatte sich die Natur gantz geändert/ bin aber biß daher niemahlen nicht ohne Schwindel gewesen / oder doch gar wenig/ unterdessen doch meine Geschäffte jederzeit dabey verrichtet. Anno 1696. nach der Herbst-Messe/ befinde ich mich mehr als jemalen zuvor mit dem Schwindel geplagt / und werde seit fast einem Jahr her gar offt übel dabey/ so/ daß/ wann das Haupt mir schwer ist/ ich fühle/ daß eine Ublichkeit kommen werde / wel-

welche dann in einem Augenblick kommt / daß gantz ohnmächtig werde / so / daß ich selbsten sincken muß / und meyne / alles falle zusammen / habe aber doch die Kräfften / daß ich ein Gläßlein Eau de la Reine d'Hongrie, oder etwas Mayen-Blümlein-Wasser auß meinem Rocke ziehe / so ich einschnupffe / und mein Haupt damit wieder erquicke und stärcke. Wann ich wieder besser worden / so thut mir das Genick wehe / und zittern mir die Beine / und wird das Haupt gantz schwer / daß es nicht wol aufhalten kan.

Wann ich will reden / und webere / so kan offt die Ublichkeit entgehen: wann ich aber still sitzen muß / als in der Kirchen oder sonsten / so habe ich die Ublichkeit zu besorgen / und thut die Forcht und Angst / so ich davor habe / vermuthlichen anch viel darzu contribuiren.

Zuweilen wird mir alle zwey oder drey Tage / und offt in einem Tag zweymal übel / öffters aber auch nur alle 8. oder 14. Tage / biß drey Wochen. Ich finde / daß gar viel Winde mir auß dem Magen aufstossen / und wann dieselbige im Gang seyn / so bekomme ich Lufft. Man hat mir gerathen / wenig oder nichts zu arbeiten / (verstehe mit der Feder / und Nachsinnen oder Correspondenz führen;) weilen ich aber solches gewohnt bin / so ists meine Erquickung; wann aber still sitzen muß / so werde / wie gesagt / übel / finde auch / daß / wann zuweilen die Ublichkeit kommen will / daß / wann geschwinde gleichsam auf die Seiten springen kan / oder / daß meine Gedancken auf etwas anders setze / daß solches vor die Zeit vorbey gehe.

Mein Alter ist 48. Jahr / halte eine gute Diæt, esse und trincke mit vollem appetit, kan auch meistentheils die Nacht durch schlaffen / doch / das habe ich öffters gespürt / daß / wann wacker worden / daß dann gantz übel gewesen / und also die Ublichkeit mich auß dem Schlaffe erwecket. Ich muß fast allezeit auf der rechten Seiten ligen / dieweil ein continuirlich Sausen im lincken Ohr habe / so kan auf selbiger Seiten nicht wol ligen.

Ich habe verwichenen Sommer mehr / als sonsten / medicinitt / (aber keine Cur in Schwalbach gebrauchet /) in Hoffnung / etwas zu finden / so die Qual nehmte. Es scheinet aber / daß zuviel purgation gebraucht worden / und dadurch das Werck mehr beschwert worden.

Ich gehe allezeit / vornemlich aber deß Morgens / in continuirlichem Schwindel / so / daß nicht wol traue außzugehen; Nachmittag aber gehe ich ein wenig auß. Ob es nun am Magen / oder verstopfften Adern im Kopff fehlet / daß die Circulation deß Geblüts hemmet / oder an beyden / ist GOTT bekannt.

Franckfurt / den 25. Sept. 1596.

RESPONSIO.

DEn Zustand/ mit welchem der Hr. Patient behafftet/ ist meines Ermessens ein Vertigo Hypochondriaca, das ist / ein solcher **Schwindel / welcher weder ursprünglich vom Gehirne / noch auß dem Magen / sondern auß dem Krößgeäder deß untern Leibes herrühret /** wobey auch / besonders der ältern Medicorum Meynung nach / das **Miltz** etwas contribuiren mag.

Der Haupt-Affect ist das von den Medicis so genannte malum hypochondriacum, der Schwindel aber nur ein Zufall / oder Symptoma, das auß solcher Quelle entspringet.

Der Schwindel kommt her von einer unordenlichen Bewegung der Entfindungs-Geister (spirituum animalium) **im Gehirne /** die nicht in gerader Linie in die Augen fliessen / sondern sich entweder in die Runde drehen / oder doch sonst unordenlich außschweiffen; welcher Schwindel dann allemal so lang dauret / biß gedachte Geister wieder in ihre gerade Bewegung kommen.

Das vehiculum oder die Feuchtigkeit / in und mit welcher die Entfindungs-Geister durch die Nerven hin und wieder in dem Leibe herum geführet werden / ist das helle Crystallinische Wässerlein / so durch die Drüsen (glandulas) von dem Geblühte abgesondert / und durch die Wasser-Aederlein (vasa lymphatica) in die gantze menschliche machine außgegossen / und lympha genennet wird.

Wann diese lympha süsse / rein / hell und balsamisch ist / so wird der Einfluß der Entfindungs-Geister durch sie nichts verhindert / oder verunreiniget / und gehet in seiner Ordnung richtig fort: wann sie aber unrein / bläßtig / mit fremden / saltzigten / schwefelichten Dünsten inficirt / gerathen durch deren Beymischung die spiritus animales in Unordnung / und gehen in ihrer Bewegung confus, nit allein im Hirn / sondern im gantzen Leibe. Solche Unordnung wird aber im Auge meistens gespüret / **weil das Aug deß Leibes Liecht ist /** und vermittelst richtigem Einflusse dieser Geister in das Aug / dem Gesichte oder Sehen gedienet wird / und währet so lang / biß die offtberegte Geister wider zur Ruhe gesetzet worden / welches geschiehet / wann diese dünstige lympha in etwas gedämpffet.

Eine solche unreine lympham nun haben die jenige / die dem malo hypochondriaco unterworffen sind / wiewol diese Unreinigkeit nicht überall einerley / und bey einigen in einer groben / terrestrischen / fixen Säurigkeit bestehet / welche Personen nicht leicht Schwindel haben; bey andern aber in einer subtilen / flüchtigen / Mercurialischen / und öffters auch schwefelichten Säure / die leicht aufdämpffen kan: und mit solcher ist deß Herrn Patienten lympha verunreiniget.

Der

Der Schwindel ist zweyerley: Erstlich/ der im Gehirne seine Quelle hat/ und in welchem das Gehirn selbsten den Principal-Schaden leidet; Anderer/ der von andern Ursachen/ die nicht im Gehirne urspründgen/ herrühret: Solche Ursachen sind zweyfach/ äusserliche und innerliche. Aeusserliche sind/ wann man von der Höhe herunter sihet/ über Stege und Brücken gehet/ sich offt aneinander umdrehet/ rücklings-oder zu Wasser fähret/ rc. Innerliche sind entweder non-naturales, oder præter naturales: Jene/ wann vom Rausch/ oder Taback/ oder blähenden Speisen Schwindel entstehet; Diese aber sind dreyerley/ nemlich auß dem Magen/ der Mutter/ und dem Krößz-Geäder. Keiner Art Schwindel ist der Hr. Patient unterworffen/ als der letzten.

Die erste Art betreffend/ ob wol durch die Langwährigkeit deß Affects das Gehirn jetzt nimmer gantz ohne Schuld/sondern dessen Hölinen und Pori schon zu diesem Schwindel disponiret und sich gewöhnet/ welches daher erscheinet/ weil nach dem paroxysmo das Genick wehe thut/ und der Kopff schwer ist. Jedoch/ weil anfangs der Kranckheit das Ubel nicht so offt kommen/ auch jetzo kein sonderlicher Kopff-Schmertze geklaget wird/ und andere Umstände es nicht zulassen; als glaube nicht/ daß die Haupt-Quelle dieses Zustandes im Gehirne zu suchen.

Die oberzehlte äusserliche Ursachen/als von der Höhe sehen/sich umdrehen/ rc. finden hier keine statt; weniger unter den innerlichen die non-naturales, als Rausch-und Tabacktrincken.

Auß dem Magen kommt er nicht hauptsächlich/ weil der appetit gut/ und der Schwindel nicht nur bey der Oedig-und Nüchterkeit/ sondern auch etwa nach essens kommet/ auch kein Drucken oder Brennen deß Magens gespüret wird; und ob schon anfänglich Erbrechen darbey gewesen/ geschihet doch solches auch mehrmalen bey andern Schwindeln/ die ihren Sitz im Haupte haben/ weil eine grosse Verwandschafft deß Hirns mit dem Magen/ vermittelst deß 6.ten paar Nerven/ die sich um den obern Magenmund schlingen.

Vom Mutter-Schwindel ist hier nichts zu gedencken. Ist also nur übrig vertigo hypochondriaca.

Daß aber der Hr. Patient ein hypochondriacus sey/ lässet sich muthmassen/ weilen er voller blästigen Feuchtigkeiten stecket/ und ein schweres duftiges Geblühte hat: so zu erkennen auß dem stätigen Sausen deß Kopffs/ und der Schwerigkeit desselben: Ferne/ daß der Herr ein sitzendes Leben führet/ doch dabey wol isset und trincket/forchtsam und ängstig ist/ Aufstossen deß Magens hat/ und davon Lufft oder Erleichterung bekommet/ und endlich/ weil so wol die purgantien/als andere medicamenta,

ta, die sonder Zweifel theils auf den Haupt- theils Magen-Schwindel gerichtet gewesen/ nichts nachgegeben haben. Dieser Schwindel nun ergibt sich auf folgende Weise: Wann entweder die blåstige und důnstige lympha allein/ oder mit dem Geblůhte in den Puls-Adern vermischet/ in das Gehirn kommet/ schicket es seine Důnste von sich/ die sich daselbst außbreiten und Platz nehmen/ sich mit den spiritibus animalibus confundiren/ und selbige in ihrer schnurgeraden Bewegung nicht anders verhindern/ als wie gleichsam ein gerad aufsteigender Rauch durch einen Wind hin und wieder gejaget wird. Und je fester das malum hypochondriacum eingewurtzelt/ je ǒffter und hefftiger sich der Schwindel reget.

Von eben diesen sich im Gehirne außbreitenden Důnsten der lymphæ entstehet das Sausen der Ohren.

Das Erbrechen aber kommt auß dem consens der Nerven. Dann weilen die spiritus animales durch die Nerven gehen/ und aber unordenlich im Schwindel beweget werden/ ziehen sich dieselbe bißweilen auf eine Gichterische Art zusammen; und weil das grosse paar Nerven/ so sich um den obern Magenmund schlinget/ auch auß dem Gehirne stammet/ wird es auch mit afficirt/ uñ durch diese die kleine Zåserlein deß Magens/ daher ein Erbrechen/ wie eine Magengicht/ entstehet/ wann sich die Zåserlein zusammen ziehen/ und den Magen eng machen/ daß er außwerffen muß/ was er in sich hat.

Der Saurbrunn hat dem Brechen gesteuret/ weil dadurch der lymphæ ihre Såure und Důnstigkeit in etwas genommen worden/ daß sie ihre Wůrckung nimmer weiter/ als nur im Gehirne/ verbringen kǒnnen.

Die so genannte Ublichkeit und Ohnmacht růhret her/ weil die spiritus auf oberzehlte Weise in unordenliche Bewegung gebracht/ nicht allen theilen deß Hauptes gleich zu fliessen/ sondern einem etwa zu starck/ dem andern gar nicht/ dadurch dann die sensus im Kopff turbirt/ und der gantze Leib alterirt wird.

Es geschiehet solches im Augenblick/ weilen die spiritus ein subtiles Wesen sind.

Das Eau de la Reine hilfft etwas/ weil die spiritus animales, als auch subtil und spirituos, also åhnlicher Natur mit dem **Roßmarin- und Meyenblůmlein-Geist**/ davon erquicket/ und gleichsam von ihrem unordenlichen Lauff zuruck geruffen werden.

Das Genick thut wehe/ und die Beine zittern propter consensum nervorum.

Daß man der Ublichkeit durch gewerben und reden entgehen kan/ machet/ weil bey dem still sitzen die spiritus animales gleichsam gute Muß haben zu ihrem unordenlichen herum vagiren; wann sie aber zu einer determinirten Bewegung oder meditation angestrenget werden/ gleichsam

der

der Natur pariren / und ihren ordenlichen Gang gehen müssen.

Solcher Zustand bringt noch zur Zeit mehr Furcht/ als Gefahr: doch/ wo nicht ernstlich begegnet wird/ dörffte einmal ein **Schlag-Fluß**/ oder affectus epilepticus darauf erfolgen.

In der Cur muß man das meiste Absehen auf die Quelle/ das ist/ das malum hypochondriacum richten/ welches / so es gehoben / höret der Schwindel von sich selbsten auf. Die Artzneyen sehen dahin / daß die lympha im Leibe corrigiret/ die Verstopffung deß Krößgeäders eröffnet/ und das Haupt gestärcket werde: welches dann bey einem so inveterirt- und eingewurtzelten Wesen zwar sehr hart und langsam hergehet / doch aber / vermittelst **Göttlichen** Gnaden-Beystandes/ von dem Gebrauche folgender medicamenten gehoffet werden kan.

Erstlich glaube/ daß man sich deß Purgirens/ zumal es ohne dem schon allzuofft geschehen / enthalten solle. Hr. D. SIM. PAULLI hat Exempel/ **daß vom starcken Purgiren der Schwindel herkommen.**

Zweytens/ hielte viel darauf/ wañ der Hr. Patient ein mal 3. nacheinander/ etwa zu 14. Tagen/ sich die **Blut-Egeln an die Gold-Adern** setzen liesse.

Drittens/ beliebe der Hr. Patient Morgens früh um 7. und Nachmittag um 3. Uhr/ von folgenden **eröffnenden und Hauptstärckenden Pilulen**/ an der Zahl 5. einzunehmen/ in einem Schälein Thèe, und damit zu continuiren/ so lang sie währen.

℞. *Diaphoret.* ♂ *l.* ʒß. ♃ *al.* ʒij.
♁. *nativ. ppt. cryſtall ppt. aa.* ʒj.
⊖. *ſuccin. vol.* ℈j.
cum eſſ. fumar. liq. f. pil. n. CCXL.
Conſp. ♀. ♂. *diaphor.*

Man solle aber Thèe, **trockene Creutz-Salbey Blätter und Betonien-Blätter**/ eines so viel/ als deß andern nehmen/ und/ auf bewußte Manier / wie ein Thèe anbrühen/ dann/ nach den **Pilulen**/ noch 4. oder 5. Schälein trincken / wenigstens Vormittag.

Viertens/ Nachts vor Schlaffen-gehen/ alternire man mit der **Mixtur** num I. und dem **eröffnenden Haupt-Wässerlein** num. II. also/ daß man von jener Heute Abends um 9. Uhr/ 25. biß 30. Tropffen/ von dieser Morgen um solche Zeit 15. biß 20. Tropffen in einem Löffel Wein einnehme.

Num. I.

℞. *Eſſent. lignor.* ʒß.
Re. ♂. *aperit. Zvvelf.* ʒij.

Num. II.

℞. ⊖. *vol. oleoſ. cephal. D. SCret.* ʒß *M.*

Offt haben sich dergleichen Schwindel / nach langem Sausen der Ohren/ durch ein Ohren-Geschwär verlohren.

Theils haben die etwas frische **Enzian-Wurtzel** genommen / zerschnitten / und alle Tage Morgens

 15. gran/

15. gran / worinnen beliebig / eine lange Zeit eingenommen / und grosse Würckung gespüret ; welches nach absolvirung dieser Cur ebenmässig geschehen könnte.

Körbelkraut in allerhand Speisen genossen / ist ein Specificum.

Man hält viel von dem **Crystall** / wann er als ein Amulet angehänget wird / welches ohne Schaden zu probiren.

Ein gutes **Haupt-stärckendes Schnupff-Pulver** / so nicht niessen macht / sondern nur auß **destillirten Oelen / mit Zucker** vermischet / bestehet / dergleichen in den Welt-berühmten **Franckfurtischen** Officinen sonder Zweifel zu haben / könnte dem Gehirne viel Stärcke und Erleichterung bringen.

So viel aber die Diæt betrifft / will davon nichts melden / weil andere Herren Medici ordinarii dazu sonder Zweifel schon längsten nothdürfftige Anstalt werden verfüget haben. Nur dieses erinnere / daß man den **Wein** nicht lauter trincken / sondern sassafras und **Eichenmistel** / jedes 1. Loth / in 2. Maaß Wasser sieden / und unter 2. Theil **Wein** / 1. Theil solches gesottenen Wassers mischen / auch lange Zeit / als einen ordinari-Tranck gebrauchen solle.

Auf künfftigen Sommer / gel. es **GOTTE** / wolte wieder den **Schwalbacher - Saurbrunnen** Curweise zu trincken rathen.

GOtt segne die Medicin mit gedeylicher Würckung.

Salvo aliorum Judicio.

Nördlingen / den 12. Nov. 1696.

ROSIN. LENTILIUS.

* * *

De Venæsectione in febribus malignis.

Epistola

D.D. ROSÆ, Physici GUNZENHUSANI.

Ich habe vor 5. oder 6. Jahren / da die Contagion zu **Donauwörth** so sehr grassiret / die Ehre gehabt / daß auf mein damaliges Zuschreibẽ / mein hochg. Hr. Vetter mich mit seinem methodo, den er zur selben Zeit contra malignas febres gut befunden / bewürdiget hat. Nachdem aber in selbigem von keiner Venæsection nichts gemeldet / die Auctores aber wegen selbiger nicht einig / und doch gleichwol von vielen Medicis selbige exercirt / auch von dem gemeinen Mann meistens verlangt wird. Als habe meinen hochg. Hn. Vettern / da sich die febres malignæ zimlich mercken lassen / dienstlich ersuchen wollen / mir unschwer zu eröffnen / **was** seine **Gedan-**

dancken *de venæsectione in febribus malignis;* und seine Gewohnheit hierbey sey? Ob I. selbe præsertim si cum æstu vel vehementibus symptomatibus malignæ invadunt, ohne Bedencken könne den andern/dritten &c. Tag adhibirt werden? II. in specie, in pleuritide maligna, in qua dolorem magnum, & respirationem difficilem itemque inflammationem præsentem, venæsectionem maxime indicare puto, cum tamen eam multi Medicorum rejicere velint, vulgus vero maximopere ob consuetudinem expetat, dienlich und gut sey?

RESPONSIO.

BElangend Venæsectionem in febribus malignis, ist hierinnen zuforderst deren typus, welcher jährlich/ so wol nach deß aufmercksamen Sydenhams, als meiner wenigen Erfahrung / zu variiren pfleget/ und dannenhero/ wann solche Epidemice grassiren / auch dem geübtesten Medico nicht zu verüblen/wann ihm anfänglich / und ehe er in den genium morbi penetriret/ einige Patienten sterben/ zumahlen solche febres mehrentheils à caussa universali, & vitio aëris, welches dann nach Unterscheid der Witterung mancherley seyn kan / herstammen. In genere aber observire ich / daß die venæsectiones, ausser in vehementer plethoricis in den febribus malignis cum exanthematibus, in unserm climate, nicht wol zuschlagen/ quocunque tempore celebrentur, und das daher/ weil ich solche mehr pro morbis lymphæ vel seri, als sanguinis, halte/ deßwegen mich darinnen/ wie auch in variolis & morbillis der Mercurialium in concisa dosi gerne und mit Nutzen bediene. In andern febribus malignis aber sine exanthematis, finde ich die VSes in plethoricis, und in den ersten dreyen Tagen (nachdem solche febres langsam oder geschwinde steigen) sehr nutzlich/ etiam, ni symptomata remittant, iterato celebratas. Indicia sind mir gleich anfänglich calor intensus, cephalæa, consuetudo venæsectionis, und wann die Patienten sonst bekandtlich dem Truncke ergeben/ oder sonst üble diæt führen: wiewol so genau die Indicantia niemanden können beschrieben werden/ und prudentia Medici erfordert wird. Verwichenen Frühling haben die febres malignæ cum exanthematis zimlich bey uns grassiret/ ich habe aber beydes purgationes & venæsectiones, etiam à principio administratas, mehrentheils / si non semper, funestas gefunden. Einige haben von mir ihre ordinari-Frühlings-lustrationes per literas begehrt / denen ich willfahret/unwissend/daß sie allbereit einen fomitem luis epidemicæ bey sich gehäget/ welcher hernach bald außgebrochen/ und sie ums Leben gebracht. Andere / so nicht in meiner Cur gelegen/so bald ich auf die Fragen / ob sie purgirt uñ Adergelassen? affirmativam bekommen/ habe ich gleich das triste prognosticum gegeben / und meines wissens nie gefehlet. *Pleuritidem veram* betreffend/ glaube ich nicht/ daß in unserm Lande einige *sine administ-*

ministrata venæsectione sicher curiret werden könne/ quicquid etiam sit aliis visum. Ratio; quia adest inflammatio, genuinum venæsectionis indicans. Viel/ auch gelehrte *Medici*, gründen ihre *praxin* auf ihre *hypotheses*: Die jenige aber/ die ihre *hypotheses ex observationibus practicis variis talibus erui*ren/ finden öffters das Widerspiel. Beliebet meinem hochgeehrtn Hrn. Vettern/ über die Aderlässe/ was mehrers in curatiõe ejusmodi affectuum, so wolle man künfftig befehlen/ auch mir seine eigene Meynung unschwer entdecken.

* * *

De Scorbuto inveterato.

Epistola Ejusd.

Beygeschlossener Casus trifft einen guten Freund an/ welcher sehr übel dran/ und so wol von Herz D. Wedel/ Herz D. Volckamer Seel. und andern/ auch mir/ viele medicamenta bekommen/ doch alles nichts anschlagen wollen/ dahero er mich ersuchet/annoch einen guten Medicum, zu dem ich ein Zutrauen hätte zu consuliren/derentwegen ich meinen hochg. Hrn. Vettern dienstlich ersuchen wollen/ ob er so gütig seyn/ und seinen hoch-geneigten Rath schrifftlich ertheilen/ und einige gute Mittel/ sie mögen auch kostbar seyn oder nicht/ vorschlagen möchte/durch welche/wo nicht völlige Gesundheit/ doch eine merckliche Linderung erfolgen könnte. Litteratus annorum XXXII. Temperamenti Cholerici, à teneris gravi cephalalgia molestatus, remittente eadem circa pubertatis annos, studiis postmodum immoderatè incubuit, lucubrationibus indulgendo. Ante X. annos *Regiones BOREALES* invisit, tommoratus ibidem per unius anni spatium, mareque *BALTHICUM* in itinere trajiciens, in quo Cephalalgia recruduit, & post finem itineris accessit sapor in ore salsus, gingivarum cruentatio, oculorum frequens obnubilatio, musculosarum partium contractio, (es hat starck darinnen gezuckt/) ventriculi præsertim circa jejunium, dolor & molestia; (es gehet ihm im Magen gewaltig herum/ macht ihm eine Ublichkeit/ und den Kopff gantz schwach;) capitis item summa debilitas & ingenii quasi stupor cum memoriæ totali destructione, ructus, flatus, alvi obstructio &c. Utut vero mature auxilium quæsiverit, doloresque acuti capitis venæsectione primo fuerint leniti, insuperque tum vomitoria, tum purgantia, tum *antihypochondriaca* & *antiscorbutica*, *cephalicis & stomachicis*, mista à variis Practicis ordinata, *Ex*♀, ♂, *cochlear. trifol. fibrin. thée, chamædr.* ♃*i. succino, castor.* ⊖✳*co. Lign. aloës*, aliisque pluribus sub *Decortorum, Elixirium, misturarum, spirituum & pulverum* forma paratis; *serum lactis & accidulas*, ipsas quoque *EGRANAS* altera vice, *thermas* vero *CAROLINAS* semel adhibuerit æger, in nihilo tamen levata symptomata dicta, sed molestia ventriculi, capitis summa debilitas vertiginosa & nebulosa, cum memoriæ imminutione maxima, adeo aucta, ut officio suo præes-

se vix amplius valeat, metuatque ex capitis obscuritate & debilitate, (da ihm der Kopff gantz dumm/ dürmlicht und schwindlicht ist/ und ihm beständig vornen an der Stirn gar hart ligt/) apoplexiam vel aliud vehemens accidens. Sudor hisce diebus manuum salsus, sapor quandoque vitriolicus, nares utplurimum siccæ; nec tamen coryza levamen adferente. Antehac pollutione nocturna quoque sæpius vexabatur, nunc vero per aliquot menses in matrimonio vivit, non levatis, sed potius increscentibus capitis symptomatibus. Medelam anxie quærit Dn. Patiens, nec sumtibus ac medicamentorum salubrium emtione deterrendus modo spes ad sanitatem recuperandam supersit.

RESPONSIO.

Den proponirten Casum betreffend/ erscheinet auß genauer Uberlegung aller symptomatum, daß der Haupt-Affect anders nichts sey/ als ein tieff-eingewurtzelter Scorbutus. Indem aber nach deß *CHARLETONS*, mir vor andern sehr wol beliebiger/ Meynung/ der Scorbutus dreyerley ist: primò, ubi sanguis spiritibus & 🜍e balsamico orbatus, sero in eo acri cumulato, totus vappescit; secundò, ubi humores ⊖e vol. 🝆so inflammabili inficiuntur, & sanguis inde quasi rancorem concipit; tertiò, ubi sanguis acido fixo resoluto, instar vini acescentis, contaminatur: welcher Unterscheid dann ein überaußgrosses moment in cura hat. Als beduncket mich / daß in diesem subjecto zwar die erste species in etwas vordringe / jedoch auch von der dritten etwas vorhanden sey/ und daß ich mich besser explicire / sanguis 🜍e & ∽bus orbus, è contrario serum non tantū copiosum, sed & ⊖le fixo acri juxta & acetoso turgidum sey: dannenhero man mit den gebrauchten/ ohne Zweifel/ si ex matre de partu judicandum, trefflichen medicamenten nicht allerdings reussiren können. Meine wenige Meynung gehet auf 2. Wege. Erstlich daß man versuche/ durch langwührigen Gebrauch deß *corticis peruviani* vegeti, cum *invertentibus, præcipitantibus & volatilibus oleosis mixti*, sanguinem vigorire und serum dulcificire; v. gr. ich wolte alle Morgen früh um 7. und Nachmittag um 3. Uhr von den pilulis num. I. an der Zahl 6. eingeben in vehiculo convenienti:

Num. I.

℞. *Cort. peruv. subtiliss. 🜿isat.* ℥vj.
unicorn. fossil. succin. a. ppt. aa. ʒj.
⊖. *succin. vol.* ℈j. *ol. caryoph.* ℈ß.
gelatin. CC q. s. f. pil. pond. gr. iiß.

Eine Stunde darauf einen guten Trunck voon dem Infuso trifolii fibrini, cum ras. lign. sassafr. acuati, auf Art deß Thèe angebrühet trincken lassen: Circa novilunium die pilulas num. II. welche ein gantzes Jahr monatlich zu continuiren.

Num. II.

℞. *Extr. cathol.*
☿ii dulc. aa. ℈j. *M. f. pil. XX.*

Capiti *cucupham* exsiccantem & roborantem. Inustionem 2. fonticulorum in utro-

utroque brachio, aut unius in bregmate, & mane, ante sumtionem *pilularum*, masticatorium ex *semine staphid. agr. rad. pyrethr. imperator. mastich &c.* Wie denen Symptomatis in specie zu begegnen/ quum urgent, überlasse ich meinem hochg. Hrn. Vettern. Solte aber/ wie ich fast selbsten zweiffle/ dieser Weg nicht zulänglich seyn/ so ist das sicherste und allergewisseste Mittel/ die Salivatio Mercurial. Mein hochg. Hr. Vetter wolle mir/ als *EXPERTO RUPERTO* glauben/ daß ich dergleichen scorbutos pertinaces & inveteratos damit/ durch Göttliche Gnade/ felicissime curiret habe. Solte dieser letzte heilsame Weg placidirt werden/ so will/ auf großgünstiges Verlangen/ mit einer sichern methode an die Hand gehen. Wann ich dem Hrn. Patienten träulich und redlich rathen solte/ so riethe ich zur Salivation, und zwar je eher/ je lieber: Dann ich besorge/ wann alles hin und wieder/ mit allerley Curen/ tentirt wird/ so laufft es doch endlich auf diese Salivation hinauß. Es ist aber zu förchten/ sonderlich bey dieser Winter-Zeit/ da das serum immerfort fixius, acrius & viscidius wird/ wo man nicht bald mit Ernst zur Sache thut/ es möchte sich eine paralysis scorbutica ereignen/ die zwar eben nicht incurable, aber mit viel grösserer Mühe/ Kosten und Zeit Verlust zu heben seyn dörffte. Ich erinnere mich in Curland eines Cavalliers/ eines Beeren vom Geschlechte/ der sonder Zweifel auß gleicher Ursache in ein Coma somnolentum verfallen/ und damahls allbereit viel Jahre damit behafftet war.

* * *

De Affectu hysterico.

Casus ab Exc. D. D. MOEGLINGIO, Physico STUTTGARDIANO celeberrimo propositus.

GEnerosissimi Dn. de B. Colonelli Legionis desultoriæ Aufff. in Circulo *FRANCONICO*, Conjux, annorum 39. plethorica, corpulenta, jam 12. liberorum mater, passionibus hypochondriacis & hystericis, itemque nephriticis, jam à multis annis obnoxia, præterito mense *Julio* difficillimo partu, vel potius abortu, fetum octo mensium, grandiorem tamen & tertio die rursus defunctum, enixa est, subsequente largissima uteri hæmorrhagia. Recollectis abhinc quodammodo viribus, & sibi quasi in integrum restituta visa ægra, tertia à partu septimana rursus molam, absque tamen ullo dolore vel sanguinis profusione excludit, ovi anserini magnitudine, totam fibrosam, adeoque tenacem, ut obstetrix acuto cultello illam vix dissolvere potuisset, intus humore putrido sanguinolento refertam. Interjectis aliquot diebus dolore ani patiens fuit correpta fere intolerabili & contumacissimo, incassum scil. usurpatis vel sexcentis remediis internis & externis, à Medicis *SUEVOFURTENSIBUS* & *BAMBER-*

BERGENSIBUS, aliisq; empiricis, pharmacopœis, Chirurgis, mulierculis &c. præscriptis. Conjungebatur una intestini recti prolapsus, vel relaxatio potius & inversio labiorum Sphincteris musculi, & in hujus plicis observabatur exiguum tuberculum lividum, fabæ minoris magnitudine, tantorum cruciatuum caussa, qui absq; ullo intervallo ægram dies noctesq; affligebant, & post solutionem alvi, vel etiam adhibito aliquo linimento refrigerante, in immensum fere exacerbabantur. Ex multis in usum tractis medicaminibus, calidiora omnium optime profuerunt. Tentata aliquando hirudinis applicatio, pessime processit, quippe quam, cum decideret hirudo, sanguine scil. repleta, tanti & tam enormes dolores exceperunt, ut ad delirium & desperationem fere patientem, alioquin minime delicatulam, adegerint. Tandem tamen diuturnior, & aliquot hedomatas perdurans vexatio dedit intellectum, ægræq; applicata fuit per aliquot dies pila, vel sacculus lintens, ovi gallinacei magnitudine, *floribus verbasci* repletus, sicque vi fuit repositum intestinum rectum, cum totali intermissione hujus doloris; successit tamen, quasi per metastasin materiæ morbificæ, alius dolor in coxa dextra, & κατ' ἰξιν in subjecto pede itidem gravissimus, priore tamen longe remissior; opposita huic afflictioni plurima remedia pariter nullum effectum habuerunt. Vesica aliquando infra suram excitata, diuque, insperso sæpius *Or usto*, aperta detenta, tantam pedis inflammationem procuravit, ut de gangræna metus esset. D. D. S. Medicus campestris *C. FRANC.* præter *pulverem* seq.

℞. *Specif. stom. Pot. succin a. ppt. ana.* ℥ijß.
Reg. ♁. *medicinal.* ℈iiij.
ther. cœl. ℈ß.
mastich. gr. viij.

In octo doses divisum, *pilulas* præscripsit;

℞. *pil.* ♀. *Schröd.*
de succin. Crat. ana. ʒß.
extr. helleb. n. diagryd. aa. ℈j.
resin. gial. gr. xv.
troch. alb. gr. iiij.
⊖. *absinth.* ℈j.
myrrh. r. ʒß.
bals. de per. q. s. F. pil. cxx.

Et pro dosi nro. XV. imperavit. Prima dosis ægram ter, altera vero, elapso ab hinc octiduo, plusquam septuagies κάτω, & ἄνω septies evacuavit. Nunc (*Mense Novembr.* 1695.) cum Marito in hibernis degens patiens me consuluit, conquesta adhuc de dolore coxæ & pedis per intervalla, & plerumq; vesperi, affligente, cum prostratione appetitus, inflatione hypochondrii sinistri, anxietate præcordiorum, palpitatione cordis, quandoque deliquiis animi & sudoribus frigidis. Sæpius per aliquot dies ab his symptomatibus libera est ægra, & sanæ instar vivit; sub initium paroxysmi, vel recidivæ nauseam patitur & vomituritionem, sæpe actualem quasi frigiditatem in toto pede. In lecto melius se habet, quam extra illum, & sub aere frigido. Sudores optime fert, qui primum frigidi sunt, postea vero, corpore magis incalescente, dolorem tollunt. ⊟ sæpe turbida excernitur,

ad latera vasis arenulas deponens, & tunc abest lumbago; quandoque limpida est, aquæ fontanæ instar, cum exacerbatione omnium symptomatum. Elapso abhinc biennio patiens, sub usu *acidularum* G. simili, in sinistro tamen latere, dolore afflicta fuit, solis tunc *purgantibus*, iisque fortioribus ac frequentibus a D. M. præscriptis restituta. Prædixerat tunc temporis eidem hic Medicus ex *Chiromantia*, gravididatem corporis cum puero, brevi rursus occubituro & anno ætatis 41. lethalem morbum & siquidem omnino hunc superaret, vitæ finem *anno quinquagesimo septimo* certo certius obeundum. Ægra veritatem primi prognostici experta, nunc de altero anxia est, more *spleneticorum* omnia in deterius explicans, nihil quidquam me proficiente, qui vanitatem auguris ex eo, quod præsentem, & hactenus gravissimum morbum non præviderit, demonstrare conatus fui. Pro curatione vero doloris *Ischiatici*, vel potius *lumbaginis*, suasi interne *pulverem* ex

℞. *pulv. absorb. VVedel.* ℨv.
lumbric. 🜄 str. *ppt.* ℈j.
C. ale. philos. ppt. ℈ij.
ol. destill. cinnam. gtt. ij.
cary. ph. gtt j. M.

Mane & Vesperi ad ℈ß. exhibendum, & ... *CC.* ♀i. *ana.* ʒij. de quo cubitum itura gtt. xx ad xxv. *in* 🜄. *Ceras. n.* sumat, externe vero *vesicatorium* coxæ, non pedi, applicandum. Dissuasi una VSem ab alio Medico commendatam, & purgantia ulteriora, quod jam satis evacuata esset ægra, & *cachexia* imminere videatur. Vinum, quo, eodemque generosiore, forsan liberalius utitur, temperet suasi *Decocto Sarsa pariglia*: *Thermas CELLENSES* futuro vere usurpandas esse dixi: Quod ⊡ quandoque turbida excernatur, cum εὐφορίᾳ ægræ, pro hujus promotione *Dec. Diureticum* suasi:

℞. *rad. chin.* ℥ ij.
cicer. rubr. Mij.
ras. lign. sassafr. ℥j.
sem. anis. ʒij.
cinnam. ʒiij.

Cujus 4ta. pars in ℔iij. 🜄. *fontana coquatur ad ½ consumtionem*, de residuo bibat ægra, jussi, mane & vesperi, statim a sumpto *pulvere* vasculum, *Théébibulis* solitum, tepidum & colatum. Dolor ani autem, cujus præservationem quoque urget patiens, quid proprie fuerit, hæreo; modo *mariscas*, ex difficili partu exortas; modo tumorem *hæmorrhoidum cœcarum* accusans, modo sollicita mente revolvens verba illa *AMMANNI in Medic. Critica de hæmorrhoid. casu* discurrentis, ubi *plicas intestini recti sæpius Medicis anatomiæ non satis gnaris pro hæmorrhoidibus imponere dicit, licet longe alio modo curandæ sint.* Fateor, Patrone honoratissime, me hæc verba non satis capere, & te, *OEDIPUM*, si placet, provoco. Auctor non amplius ad manus est, ac in incendio *MARBACENSI* periit. Interim admiratus sum summopere confidentiam D D S. quod audacter pronunciaverit, *se vel centum istiusmodi tubercula in ano, levissimo negotio, & sola manu evulsisse*, habe sie mit den Nägeln ohne den geringsten Schmertzen abgepfezzet/

ægræque, renuenti tamen, persuadere conatus fuerit, se mulierculam quampiam, quam pro lubitu eligere in id negotium, possit, hanc encheiresin brevissime edocturum esse. Ego vero pro præservatione, si omnino hic dolor rursus molestus fuerit, suasi, coquant *milleped. no.* vj. it. *herb rut.* Mj *rad. scrophular.* ℥j *in* ℔j. ☍. *nuc. expr per ½ horam*, & oleo hoc colato humectent *pilas linteas floribus verbasci* repletas, easdemque, ut antea factum fuit, pro repositione ani applicent, vel sacculos conficiant, *ex rad. scrophul. Fl. chamom. & Sem. fœnugr. bosque in aceto & vino decoctos*, rursus expressos & calidos, alternatim loco dolenti applicent, vel etiam illinant tuberculum ☍. *in mortario plumbeo diu ad nigredinem agitato.*

Responsio.

Affectus, quem mihi, latissima symptomatum potiorum recensione, de Matrona nobili scripsisti, si quid judicatu valeo, non est alius, quam hystericus, qui haut raro Medicis, etiam satis exercitatis, sub aliorum quamplurimorum morborum persona, imponere consuevit. Ab ultima molæ exclusione, quam sine ullo dolore vel sanguinis profusione exclusam scribis, siquidem, nihil obstante priore larga uteri hæmorrhagia, aliquid tamen sanguinis, sine quo nunquam conjunctæ sunt istiusmodi molæ, excerni, sub lochiorum schemate, oportuit, quod in utero retentum, in aciditatem austeram corruptum fuit, unde per sublata miasmata spiritus animales inquinati, lacessiti & efferi facti, uno quasi momento & manipulatim, per nerveos plexus mesentericos in fibras ani delati sunt, & ibidem in angustissimum spatium concentrati, tantos dolores excitarunt, quos nec *condylomatis*, nec *mariscis* aut *hæmorrhoidibus* adserere valeas, id quod vel ipsa juvantia & nocentia evicerint. Quæ omnia ut eo melius intelligantur, optarim parvum, sed eruditum schediasma *SYDENHAMI*, de *affectione hysterica* pervolvere dignareris, qui omnia ista, cumprimis effera & dolorifica symptomata, hystericis familiaria, uni impetuoso & inordinato, inæqualique spirituum animalium, in istam partem, qua dolemus, influxui rectissime adscribit, &, cum a celerrima invasione & remissione, tum aliis quoque rationibus late deducit. Quorsum insuper facit, quod, uti medicamenta calidiora, Spiritibus amica, omnium optime tulit, ita a perfrigerantibus irritata fuit, sola pila, *floribus verbasci*, spirituum animalium furorem sulphure suo blando & roscido demulcentibus, paginam absolvente. Metastasin autem recte vocas, quæ contigit translatione doloris ad coxendicem, & subjectum κατ' ἰξὺν pedem, unde quid clarius, quam genus nervosum pati? Eadem, si ad *clavum hystericum*, immanem illum capitis dolorem, applicaveris, haut inique feceris. Porro spiritus animales heic in furorem percitos demonstrat mira *hypercatharsis*, a D. D. S mitissimis sub ista dosi, *pilulis*, exorta, cum inexpectatas ejusmodi evacuationes ἄνω &

& κατ' ἐξοχήν passio hysterica sponte nonnunquam excitare consueverit. Jam, si prostrationem appetitus, inflationem hypochondriorum, anxietatem præcordiorum, palpitationem cordis, animi deliquia, sudores frigidos, intervalla paroxysmorum, sub horum adventuritionem nauseam & vomitum, actualem in capite frigiditatem &c. consideres, jam propemodum nil superest, ad demonstrandam *passionem hystericam*, nisi hoc unicum, quod, ubi pessime habet, mingat limpidissimam. Hoc enim phœnomenon *SYDENHAM* industrius pathognomonicon affectionis hystericæ loco citato adserit, & me sedulo advertentem in mea praxi nunquam fefellisse, recordor, si modo scripsisses, quod tamen fieri credo, majorem etiam tunc, quam aliis temporibus, urinæ copiam succedere. Accedit postremo demens idea, vel quasi, a prædictione M. nobilissimæ ægræ impressa, qua, quid est hystericis familiarius? Curam quod attinet, nullam aliam profuturam credo, quam per *medicamenta antispasmodica, hysterica, spiritus efferos demulcentia, & sanguinem acido-austerum corrigentia* perfectam. Præscriberem *pilulas* sequentes diu usurpandas:

℞ *Antihect. Poter.* ℥iij.
♁. *nativ.* ♂ ij. *aa.* ʒj.
☿ *dulc. vit. par.* ℈j.
Gumm. galb ✠. *sol. & inspiss.* ʒij.
castor. opt. ʒß. *vel ejus extr.* ℈j.
laud. op. ℈ß.
cum tinct. myrrh. F. pil pond. gr. ij.

Sumat mane & pomeridie No. V. ex *ure* calido, in quo decoctum sit *trifol. fibrin.* & dissoluta *gelatina CC. & ebor.* Noctu exhiberem gtt. XX. *mixtura*, ex *cochl. aq. cinnam. bugloss.*

℞. 🜄. *rectificat. tinct. castor. aa* ʒvj.
🜕 ⊖✳ci. *aromat.* ʒß.
Gumm. galban. ℈ij.
ol. ♀ *fet.* ℈ß.
terebinth ℈j.
caryoph. ℈ß.
⊖. *succin. vol.* ℈j.
bals. de Copaib. gr. xv.
Stent in digest. per hor. 8. filtr. add.
ess. anod. bals. ♃. *terebinth. aa.* ʒß. M

Vino interdicerem, utque *potu* a Te præscripto diu uteretur, mandarem. Ab acidis & austeris ut abstineret, futuroque vere *balneas* a Te laudatas adiret, suaderem. *Purgantia* Spiritus magis irritare apta, cum venæsectione, valeant, alvo tamen aperta servata. Denique, si rediret ani dolor, cum *unguento e sola axungia castorei cum spermate ceti & oleo amygdal. dulc.* permixta, mulcere conarer, cui si tantillum *essentiæ anodynæ* addideris, forte non peccabis.

Locum *AMMANNI*, quod attinet, *OEDIPUM* Tu me quidem haut adeo felicem provocasti, pervolvi tamen librum, & reperi locum *Discurs. 61. pag. 377.* Est autem, me quidem opinante, verborum sensus iste: *Quod plicæ intestini recti, scil. præternaturales, quæ nobis vocantur condylomata, imperitis hæmorrhoidum cœcarum faciem imponant, cum tamen sint affectus diversi, diverso etiam modo tractandi, quod verum est. AMMAN-*

MANNUM vero per *intestini recti plicas condylomata* eligere, inde evinci posse puto, quod *plicæ naturales*, seu sinus intestini recti, qui, dum post reditum & contractionem sphincteris in anum, ani fibræ coarctantur, necessario oriuntur, nulla cura opus habeant, *condylomata* vero nil aliud sint, quam *plicarum naturalium præternaturalis intumescentia & excrescentia*, de quo vid. *GORRÆUS*, *Defin. Med. p. 238.* *Tuberculum* vero Tuæ patientis neque *mariscam*, nec *condyloma*, nec *verrucam*, nec *hæmorrhoin cœcam* fuisse crediderim, sed *condyliformem quendam ejusmodi plicæ tumorem*, ab impetuoso spirituum animalium, concentratorum & vi unita fortiorum, in istas fibras, plicarum motrices, influxu exortum. Postremo confidentiam D. S. in istiusmodi tuberculis sola manu levissimo negotio evellendis, jure miraris, quippe quod nunquam sine inflammationis & Gangrænæ periculo quisquam præstiterit. Videtur autem intelligere *verrucas ani*, quæ nil sunt aliud, nisi subjectæ cutis, nerveæque & glandulosæ tunicæ quidam quasi callus; per se hinc insensiles, & in carne porosa, cuteque tenui, qualis est intestini recti, minus alte & firmiter radicatæ.

* * *

Involuntarium urinæ profluvium ab usu nimio radicis ononidis.

Ex communicatione Dn. D. MOEGLINGII.

GEORGIUS Schreiber / miles gregarius, idemque tyro *Legionis pedestris DURLACENSIS* annorum 23. ante 3. circiter septimanas corripitur *dysuria* ac torminibus ventris, & consulit in vicinia Pastorem quendam, qui capellæ domesticæ, urinæ simili suppressione laboranti, se *radicem ononidis* (vocabat autem die Reistenwurtzel.) in vino decoctam præsentaneo cum levamine usurpasse dixit, & facto abhinc analogismo, eandem huic ægro suasit audaculus, scil. *manipulum ejus unum in vini ℔j. decoquendum*, illudque ipsum pro tribus dosibus, interjecto semper 6. horarum spatio, bibendum. Paruit æger, & a primo statim haustu abdomen sibi vehementer inflari sensit, continuavit tamen hunc potum, & assumto ultimo poculo tandem cum magno nisu urinam excernere cœpit, percepto prius dolore aliquo & fragore in hypogastrio, es habe ihm oberhalb des Gemächts einen Knoll gethan / & in contrarium protinus affectum incidit, incontinentiam sc. urinæ, vel potius diabetem; urina quippe ipsi continuo & præter voluntatem, die & nocte, vigili pariter & dormienti profluit, guttatim e glande stillans, & tota cruda, albicans, & mucosa, ut linteamina commaculata (Hemd und Hosen und Leylach werde alles gantz starricht davon /) viscosa plane redderet, cum virium indies majori prostratione, dejectione appetitus, siti, cachexia, sed absque ullo dolore lumborum vel alius partis. Per Chirurgum campestrem in consilium vocatus, suasi primum *electuarium*:

℞. *Diacor.* ℥vj.
bol. arm. ℨij.
Conf. flor. papav. errat. ℥iß.M.

Itemque *pulverem.*

℞. *CC. ust. ppt. rad. Consol. aa.* ℥iij.
bol. arm. ppt. ℥iß
mastich. ℨß.
Sacch. alb. ℥j. M.

Jussi itidem *radicis consolidæ majoris concisæ frustulum sæpius in ore masticet, mucilaginem sic exsugendo & deglutiendo*; verum, cum hæc nihil poficerent, commendavi *terebinth.* ℨvj. pro 3. dosibus in *vitello ovi* sumendas. &c.

Responsio.

DE virtute, quam possidet *Ononis*, diuretica nemini dubium existit. Pauperculis haut raro summo cum fructu suasi, ut biberent *cervisiam, virtutibus ononidis & hederæ terrestris imprægnatam*; absque ulla coctione, solis simplicibus nodulo inclusis, in urceum cervisiarium immissis. Qua se diureticâ vi eam pollere, vel militis exemplo clarum evadit. Aucta enim dosi, plena cumprimis vesica, quum urinam impetuosius propelleret, rupta per violentiam, sphincteris repagula, perennem urinæ transitum concedunt. Quod autem sit tota albicans, cruda, mucosa, ut linteamina commaculata, quasi per lotricum amylon rigescant, vereor, ne subter pubem collocatæ seminales vesiculæ quid passæ fuerint, sic, ut semen ibi collectum retineri non possit; sed in ipsamet urethra urinæ exstillanti alicubi commisceatur, eaque, quam descripsisti, facie prorumpat? solam enim urinam sic esse comparatam propterea quis dubitare posset, quod caussa non sit, cur adeo viscosa esse debeat, cum in urinæ incontinentia, quin ipsamet diabete & mictione pultacea, cruda quidem, non autem viscida, deprehendatur: Ut nil dicam de virium insigni prostratione, dejectione appetitus, siti, cachexia; quæ humorem urina nobiliorem simul excerni persuadent. Nam, quod de Diabete dicis, me quidem, pace tua, opinante, nihil est. Siquidem in ea non guttatim urina procedit, sed tantum est cita potulentorum, ante sui mutationem vel alterationem debitam, per vesicam redditio, idque in majori, quam assumta fuerant, quantitate; hinc & hydrops ad matulam dicta, ubi simul & semel, pleno radio, liquor profunditur, non exstillat. Quid? siquid venerei subesset? Quantum ad curam, metus est profecto, quin contabescat æger, & viribus depauperatus denique pereat; siquidem, quid sphincteris, cum vesicula seminali, aut una, aut pluribus, rupturam glutinare valeat, vix perspicio. *Adstringentium & glutinantium* vis ubi illuc perventum, partim elanguit, partim ob continuum urinæ affluxum partibus læsis affigi non potest. Si tamen, quæ prudenter ordinasti, ex voto non succedant, scriberem sequentia: Exhiberem aliquandiu *terebinthinam claram in vitello ovi solutam, cum Sir. de Symphyt. Fernel. & lap. osteocoll. ppt.* Præberem *gelatinam symphyti e radice in taleolas concisa cum aq. plantag. extractam, cum amylo & ichtyocolla remixtam,*

mixtam, cochleatim sumendam. It *Essent. vulnerar.* guttatim & *pilulas restringentes* travmaticas. Foris per syringam injicerem *Dec. ex vulnerariis cum ol. hyper. & essent. mumia*: Pubi & perinæo *sacculos ex adstringentibus & consolidantibus*. Sed noctuas Athenas.

* * *

De Tabula mea Consultatoria Judicium Excell. D. D. MOEGLINGII.

TEchnema tuum *Practicum* primo statim, quo accepi, momento legi, & attente, a capite ad calcem perlegi, & admiratus sum ingenuum tuum candorem ac solertiam in perstringendis, graphiceq; stylo ludicro, depingendis, communissimis pariter, iisdemque enormibus in praxi clinica occurrentibus erroribus, quos per omnem praxeos meæ decursum, sæpius contemplatus sum, tacito murmure mecum deplorans modo tarditatem ingenii mei, quippe cui praxis medica tot tantosque labores procreet, modo supinam quorundam negligentiam abstrusissimam hanc artem superficiarie tractantium. Licet autem decens ordo omnium nostrarum actionum potissimum sit subsidium, & usque adeo manifestum, enchiresin, quàm in *tabula* tua *consultatoria* adumbras, junioribus nostris practicis admodum proficuam fore, vereor tamen, ne illi ipsi a furno academico adhuc tepentes, & magno hiatu tumidi, (vitio vix emendando) sibi ignominiæ ducant, secundum præscriptam tuam normam, in præsentia ægrotorum, vel saltem illorum, quos hi subornant, schedulas e pera depromere, &, ut certius in cognitionem morbi, curamque feliciorem penetrent, singula, quæ æger proponit, penna notare, cum probe recorder, istiusmodi quosdam mihi pæne vitio vertere, quod plerumque Patientum statum curamque ad lectum ipsorum paucis quibusdam characteribus in memoriæ labilis subsidium adumbrare hactenus consueverim. Verum transeant hæc cum cæteris erroribus. Decisio tua problematis, utrum & quomodo bonus theoreticus, possit esse malus practicus; mihi non omni ex parte satisfacit, hactenus persuaso, theoriam medicam esse potissimum rem promtæ memoriæ, & praxeos felicitatem a limato judicio dependere, quæ duo tamen in uno subjecto secundum excellentem gradum vix inveniri posse, omnes uno ore confitentur Medici. Videris tu mihi hæc ipsa agnoscere, *pag. 38. cognitionem morborum lapidem offensionis vocans*, & *pagina subsequente medicinam* (loqueris autem de parte practica) *non per artem, neque scientiam*, (quid ergo exacta theoria sive cognitio per caussas & effectus tantopere ad praxin necessaria?) *sed per singulare divinæ gratiæ donum definiens*. Sed liberius hæc & vulgari modo sunt prolata. Tu boni consule &c.

Responsio.

TAbulam meam *Cosultatoriam*, Tibi, vir amicissime, probari, vel hoc solo nomine

nomine lætor, quod libere, atque ut cordatum virum & candidum decet, judicare consueveris. Ægrotorum salutem isto schediasmate quæsivi. Quod si quem ægre habet, quod Practicorum quorundam vitia petulantiore stylo perstrinxerim, ille me nec ipsius mei pepercisse noverit. Si qui novellorum Doctorellorum ignominiæ sibi ducent, pagellas, juxta normam a me præscriptam, in ægrotorum conspectu expromere, sibi habeant, si in scribendo & judicando hallucinentur. Si quem in itinere a calle trito in avia desciscere video, eum quidem periculi moneo; sin autem tunc nihilominus errare, quam commode procedere, maluerit, obtorto collo deviantem in semitam rapere meum non est. Cæterùm decisio problematis, eo, quod objicis, non obstante, firmo stat talo. Quantumvis enim theoria medica sit res promtæ memoriæ, praxis vero limati judicii, quæ in uno subjecto simul in excellenti gradu stare nequeant, quantumvis, inquam, in tui gratiam ista concessero, omnibus tamen rite explicatis ea me non feriunt. Sit res memoriæ theoria medica, labore tamen improbo adminiculante, etiam qui sunt memoria parum felici, nihilominus in doctos & exquisitos theoreticos evadere possunt, quorum exempla mihi sunt nota. Jam, ista theoria semel studio indefesso comparata, non facile Medicum propterea deseret, quod per continuatam praxin exerceatur & quasi recoquatur. Secus autem se res habet, si quis in pueritia, & quidem parum promte, addidicit, cujus per exercitii intermissionem oblivi-scitur. Sit vero? si praxis est elimati judicii, cui potissimum rei, nisi rationi? & si rationi, cui, nisi bonæ theoriæ, judicium innititur? Eodem igitur res recidit, elimati nempe judicii Medicum practicum esse neminem posse, ni sit bonus theoreticus. Et sic tamen cognitio morbi manet lapis offensionis. Practicus enim judicio suo dum utitur, e theoria morbi cognitionem eruere debet. Nec sequitur: Medicina practica est divinum *charisma*, ergo exacta theoria tantopere non est necessaria. Est *charisma*, sed communicatum homini non per habitum infusum, ut linguarum variarum instantanea cognitio *Apostolis* antea rudibus; verum, ut subjecto habili & apto. Quod in aliis quoque obtinet. v. gr. Concedit *DEUS* hominum cuipiam Rempublicam administrandi charisma, id vero non stoloni aut stipiti, sed viro ingenio & prudentia spectabili. Sic igitur illud tantum efficitur: Medicum quemque, etiam judicio pollentissimum, si velit *DEUS*, posse carere sanandi charismate, non item, posse hoc ipso pollere bardos & *OLFI* filios. *vid. præfat. mea. finem.*

* * *

De eadem Tabula Consultatoria Illustriss. Medici, D. JOHANNI JACOB BRUNNERI Epistola.

INter curiosa nuper mihi *ULMA* allata, tractatus quoque nuperus tuus mihi missus fuit: insigni mentis delectatione illum perlegi, qui eruditionem & lampadem undique spirat, ceu erudita tua scripta semper

semper solent. Laudem mereris, quod artem Medicam contra Empiricorum varie hanc involantium crudos ausus protegis, & suo nitori restituis, nec disjungi permittis, quæ conjungi debent. *Experientia enim, uti sine ratione fallax, ita hæc sine experientia mendax.* Utramq; recte conjungis, &, qui talis erit theoreticus, næ ille non poterit non esse bonus Practicus, si nempe animi nervos intendere velit in curatione morborum. Proprio id doces, & luculento exemplo; docuerunt idem magni passim nominis Medici, qui non minus theoriâ qum Praxi abhinc inclaruerunt. Et, quid valeat *bonus Theoreticus*, quousque rationis lumine penetrare, & in cognitionem morborum, quâ sine fluctuare solent *Empirici*, pervenire possit, recta καὶ ἄνευ ὑπεροφῶν laudatissima monstras methodo, qua initiatis, qua in Praxi adultis, quæ mihi apud veteranos quoque identidem desiderata fuit. Mirabar sæpius & obstupui, dum vidi eos, vix auditis vel perceptis ægrotantium querelis ad pulpitum & chartam properare, ut infinitis aliis hac ratione operam sum locare possent. In ruborem, pudorem, quin mei commiserationem sæpe numero me dederunt, cui tam felici esse nunquàm contigit, ut primo statim intuitu, vix perspecto ægro, agnita morbi caussa, remedia morbo contraria, ceu ex promtuario quodam, depromere mihi integrum fuerit. Sed misereri eorum alia vice contigit, dum in difficilibus, (non facilia autem mihi ea videntur, quæ vitam hominis & salutem proximi spectant) ipsis hæsisse aquam, quia toto cœlo errantes, nonnunquam in contraria currentes, cum præsenti ægrotorum pernicie deprehendi. Errori igitur, quem errarunt quoque magni nominis Medici, opportune docta informatione obviam venis, & gratiam apud plerosque cordatos ita inis denuo, famamque tuam ab una ad alteram solis domum, & honoris templum grassantem splendide promoves & adauges. Fac porro rem Medicam doctissimis tuis meditatiooibus locupletes: DEus vitam, vires & benedictionem suam largiatur. &c.

* * *

Stupor dextri brachii in Scriba DILLINGANO.

JAm a decennio stupore & quasi impotentia dextri brachii affligor, quo tamen ad scribendum opus habeo, nî fallor exorto a nimiis in vini potu excessibus, & brachii continua per indesinentes scriptiones delassatione. A primo statim accessu tanta brachii lassitudo erat, ut vix ac ne vix quidem calamum ad scribendum intra digitos tenere possem, ejusque augmentum sentio, quoties nova cœli temperies ingruit, tunc enim usque ad digitorum apices caloris sensus, eorumque formicatio, seu spasmus levis, **als wann sie entschlieffen**/ cum aliquali brachii dolore, & nonnunquam totum brachium a charta scriptoria, quasi vi quadam retrahi ac divelli videtur. Mane si haustum *vini sublimati*, & vesperi mensuram *generosioris NECCARINI* sorbeo, vires in brachio

brachio ad unam circiter vel sesqui horam augentur, ut promte scribendo valeam; Calorem vero externum vel pellium non sustineo; imbecillitas enim hinc major & fere totalis brachii *ἀκινησία*, quinimo dum è lecto recens prorepsi, & quamdiu lecti calor adhuc brachium possidet, scribere non possum, donec isto calore dissipato facilius, & tamen magno cum labore, opus procedit. Usus sum a multis, iisque celeberrimis Medicis, remediis multis, *Dn. D. KRAIS Archiater tunc DILLINGENSIS* nunc *EICHSTETTENSIS* pro nervorum perfrigeratione primo habuit, hinc autem judicavit e stomacho humorem aqueum in articulos effundi: Suasit ***Balneum medicatum ex herbis arthriticis cum acervo formicarum in aqua decoctis***, post balneum ***unguentum nervinum*** pro inunctione calida scapularum & brachii; Denique ***fomentationem ex herbarum decocto lateribus ignitis affundendo***, unde brachium vapores exciperet. Hac cura sum per 14. dies usus, bis diebus singulis, mane scil. & pomeridie balneando per horam unam. Peracta hac cura ministravit ***emplastrum NERVINUM***, quo per anni quadrantem, sed his omnibus absque ullo successu, me maceravi. Minus adhuc præsidii in *acidulis* repertum. Consultus postea *D. D. DURRIUS, AUGUSTANUS*, Affinis meus, judicavit, caussam in capite, nervis & fibrosa musculorum parte hærere, inde sequentes ***pilulas cephalicas*** ordinavit, singulis 14. diebus ad No. 11. plus minus, pro ratione operationis, deglutiendas:

℞. *Extr. Spagir. cochiar. arthritic aa* ℈j.
magist. gial. scamm.
⊖. *succin. vol. aa.* ℈ß.
Cum Essent. castor. F. pil. No. LX. De ☉.

Postea *Spiritus cephalici seq.* singulo mane 9. vel 10. gutt. ex *vino* vel *jure* sorbendas, jejunando per bihorium:

℞. ♌⊖✳ci. ℥ij.
essent. castor. ℈ij. M.

His nihil proficientibus, idem jussit, ut per octiduum balnearem in *aquis coriariorum è corticibus*, Loh-Bad / dictis, inuncto simul post singulas balneationes *unguento*. Nil inde levaminis. Tandem eo devenit, ut in stomachum culpam conferret; cui, ut mederetur, ordinavit ***vinum medicatum***:

℞. *Summit. absinth.*
fol. menth. crisp. Salv. aa. Mj.
bacc. junip. matur. ℥j.
rad. acor. ver. ℥ß.

Concis. cont. indantur sacculo oblongo, & immittantur doliolo 6. vel 7. mensuras vini capienti, post triduum aut quatriduum pro lubitu, cumprimis in prandio, haustus capiatur.

Addebatur *balsamum stomachicum* singulare, cujus mane 20. guttæ ex *cochleari juris aut malvatici a. vini muscati* hauriantur, aliquandiu continuando. Nihil effectum. Suaserunt alii *lumbricorum oleum*, sed effectu frustraneo *D. D. BAYR Medicus DILLINGENSIS* ordinavit ***Spiritum nervinum***:

℞. *aq. arthrit.* ℥iij.
♌. *lumbr.* ▽str. ℥ij.
lil. convall. lavend. aa. ℥j. M.

It. em-

It. *emplastrum* isti homoplatæ applicandum, spe concepta itidem decollante. Idem effecerunt *pilulæ* ab *Excell. D. D. BILGERO CAMPIDUNENSI* ministratæ, idem venæsectiones, idem scarificationes, idem fonticulus, idem *unguenta* a circumforaneo suppeditata: Quum itaque ab his omnibus levaminis ne quidem tantillum perceperim, ad Te confugio &c.

Responsio.

AFfectus est *stupor brachii, paralyseos* initium, oriens ab aliquali obstructione plexus nervei in dextro humero e sex nervorum paribus e vertebris colli & thoracis sigillatim prodeuntibus, ibi quasi concrescentibus, hinc iterum per totum brachium ad usque digitorum extremitatem productis, coagmentati, inhibito sic sufficienti spirituum animalium in brachii tendines & musculosas fibras influxu. Aliqualis ista obstructio est a lympha glutinosa ibi subsistente, quamvis & ipsos animales spiritus parum subtiles & quasi fatuos esse supponamus, lymphamque totius corporis, vehiculum istorum spirituum, non satis fluxilem, sed lentam & viscosiorem, ob nimios in potu excessus, redditam, quæ intra plexum nerveum dextri brachii magis quam alibi subsistit, quod illud brachium ob jugi scriptionem defatigatum receptioni sit aptius, quam corporis alia quietior pars. Tempestates a brachio sentiuntur, quod has aëris quasi quædam fermentatio præcedat, qui inspiratus humores totius corporis alterare aptus est natus, cumprimis autem Spiritus, quippe mobiliores, maxime autem animales, utpote, subtilissimos & pernicissimos. Ista alteratio in partibus robore naturali præditis aut non, aut parum in debilitatis a morbo; rheumatismo, vulnere &c. magis percipitur; inde est, quod aliqui *calendaria* quædam *perpetua* sibi in corporibus suis fingant. Tempestas ubi mutatur, Spiritus animales in nervis minus obstructis istius brachii in celeriorem motum percientur: obstructi vero nervi, cum Spiritus pro rata pauciores habeant, tendines & musculos hinc, pereunte proportione geometrica, æquilibrio & mechanismo, inæqualiter contrahi necesse est, unde spasmi, quin motus deniq; convulsivi. Quum patiens aut ipsummet *generosum*, aut *Spiritum vini* haurit, brachio vires accedunt, quod horum λεπτομερία lympha viscida attenuetur, & Spiritus vegetentur. Hisque obstructione tantisper expedita liberior influxus concedatur. Durat hæc virtus cum virtute liquoris hausti, qua pereunte perit. Calor externus lædit, quod Spiritus antea pauciores e poris hiantibus elabantur, relicta majori lassitudine, tamdiu durante, donec brachio quadamtenus refrigerato pori concidant. Quod jam per decennium affectus duraverit, cura supra modum difficilis erit, eoque magis, quod patientis vitæ genus brachio quietem nullam concedat, quædam etiam nimium excalfacientia externa *unguina*, *emplastra*, aliaque nervos magis debilitasse videantur. Non tamen desperandum. Cardo rei versatur in eo, ut intus *calfacientibus*, foris autem modice *refrigerantibus* uta-

utamur. Illud non sic explicandum, quasi liquorum spirituosorum immodicis ingurgitationibus patrocinari vellemus, sanguine enim hinc nimium ♀eo reddito, magis alibi nocetur, quam lymphæ & spiritibus animalibus commodatur. Proinde nitimur his indicationibus. (1. *primæ viscida evacuanda, primaq; viæ eluenda*: (2. *Lymphæ viscidıtas corrigenda*. (3. *Spiritus animales vegetandi*. Sumat mane jejunus *Electuarium lenitivum* una vice, cum regimine:

℞. *Elect. e. psyll.* ʒvj.
☿ij. *dulc.* ℈j. *dacryd. gr.* iiij. M.

Postea tempore matutino & pomeridie quarta hauriat sequentis *Decocti* quartarium dimidium calide per 14. dies, absque sudore, postea per 14 dies mane sudando, denique rursum per 14. dies absque sudore:

℞. *Cort. lign. guajac.* ℥ij.
rasi lign. guajac. ℥iiij. *rad. sarsap* ℥ij.
sassafr. rad. chin. aa. ℥j.
passul. min. ℥ij. *sem. fœnic.* ʒß.
miner. ♉ *in pet. lig.* ℔ß.

Coq. per 3. horas in diplom. cum ▽. *mens. v.* Post horam semper ab hausto *Decocto, pulvisculus* cum *jure* calido, in quo *nasturt. aquat.* ebulliit, sumatur:

℞. *Asell. ppt. gr.* xv.
⊖. *viper. vol. gr.* ij.
elæosacch. succin. ℈ß. M.

Lympha hac methodo fluxilitati suæ, spiritibusque subtilitati & vigori redditis, obstructio sua sponte rese rabitur. Foris per singulas 24 horas brachium calide inungatur *unguento e lithargyrio, superimposito emplastro e sperm. ranar*, incipiendo subter humerum tribus circiter transversis digitis, & exporrecto *emplastro* ad usque principium carpi: istis vero 14. diebus, quibus est sudandum, peracto demum sudore *emplastrum* imponatur. Diæta sit, qualis requiritur a *lignorum decocta* potantibus: Potus *decoctum*:

℞. *Rad. sarsapar.* ℥ij. *Chin.* ℥j. *liq.* ʒß.
passul. min. ℥j. *sem. fœnic.* ʒij.

Coq. in aq. font. mens. 4. ad Consumt. quartæ partis. Brachium *emplastro* munitum, conclave temperate calidum, nullatenus respuet. *Electuarium laxativum* post 6. hebdomatas poti *decocti* repetatur. Nisi hæc methodus, quod tamen speramus, succedat, extremum est in *salivatione mercuriali* remedium.

* * *

Dolor Ischiaticus rebellis in sene, *Epistol. D. Dr. KRAUTII Physici LAUGINGENSIS, in latinum versa.*

VIr annorum 70. belle tamen ætatem portans, temperamenti cholerico sanguinei, autumno præterito sumsit purgans, & venam in brachio sibi tundi passus est, consuetis etiam temporibus *cucurbitulis scarificatis* utitur. Vita laboriosa, ad iram pronus, scyphorum vacuator & vinum ordinarie bibens, jam per quinque septimanas Ischiatica passione laborat, terebrantissimo dolore nates, lumbos & os sacrum infestante, & præsertim in femur, tibiam & extremum pedem porrecto.

recto. Bis dedi *pilulas arthriticas* mediocriter purgantes, incidi venam Ischiaticam lateris affecti, unde in eo pede dolor atrocior. Adhibita *anodyna* varia, *mixturæ, unguenta, linimenta, fomenta ex herbis arthriticis cum* 🜅. *incenso, balnea*. His nihil efficientibus inustus pedi affectæ fonticulus. In coxendice *cucurbitulas scarificatas* adhibere aut vesicatorium applicare constitueram, sed reluctabatur ægrotus. Utrum caussa mali in venis; an vero nervis lateat, et quid amplius pro tanti doloris lenimine faciendum censeas, rescribe &c.

Responsio.

DOlor *Ischiaticus*, qualem merito vocas hunc morbum; nec in venis nec nervis proprie latet, quamvis horum contenta pro rata concurrere valeant, ad producendum effectum. Est *species arthritidis*, nec a *podagra*; nisi quoad locum affectum, differt. Subjectum doloris sunt partes nervosæ & tendinosæ circa lumbos & os sacrum; caussa, lympha acris & simul glutinosa, istis diverticulis incuneata, partesque sensiles istas expandens & rodens. Protenditur dolor versus femur ac tibiam, immo pedis extremos digitos ob nervorum consensum, quale quid in *nephriticis* quoque seu renum calculo observatur. Tu rem probe medicando curasti, affectus autem, in ætate præcipue decrepita, est rebellis, nec adeo curatu facilis, ut solent *arthritici* quivis morbi. Ego sequenti methodo incedere soleo: Primo præscribo *pilulas*:

℞. *M. Pil. de hermodact.*
☿ ij. *dulc. rit. par. aa.* ℈j. *M. F. pil.* xx.

Dentur pro una dosi. Postea sumatur *pulvis* mane ex *jure calido* per 12. dies, insuper sudando:

℞. *Pulv. lumbric.* 🜄str. *ppt. gr.* xv.
♁ *nativ. diaphor.* ♂*al. aa. gr.* v.
⊖. *CC. vol. gr.* iij.
sem. aquileg. gr. iiij. M.

Post sudorem ut & noctu, quum itur dormitum, fons & origo mali, pars affecta, lumbi nempe, & coxendix fricentur panno aspero, *succino & mastiche aa. fumigato*, ad ruborem usque, hinc inungatur sequens *linimentum*:

℞. 🜅. *opt.* ℥iiij. 🜍 *bacc. junip.* ℥ij.
🜍. *Cochlear.* ℥ß. ⊖✳ci. ℥j.
sapon. venet. in f. usta concis. ℥ß.
camphor. ℈ß. *croc. opt. gr.* viij.
philon. Rom. ℥ij. *ol. lumbric.* ℥ß.

Mixta stent loco calido ad omnium dissolutionem, sæpe agitando. Noctibus alternis; cum itur cubitum, præbeo nunc *pilulas*:

℞. *Extr. bezoard. Camer.*
papav. errat. aa. gr. iij.
F. pil. No. vj. *pro una dosi*:

Sumantur ex cochleari *vini*: nunc *emulsionem*:

℞. *Sem. melon. excort.* ʒij.
papav. alb. ʒiß.
c. s. q. aq. fl. paralys. F. l. a. Emulsio
add. Oc. +9. ppt. ℈j.
Jul. violat. par. pro una dosi.

His non juvantibus *vesicatorium* loco affecto, sed magnum, applico: latitudo sit minimum unius palmæ, longitudo spithamæ. Vesicam apertam teneo per

 inte-

integros 8. vel 10. dies, immo, quamdiu dolor non cessat. Id præstare poteris imponendo semper *emplastrum de spermate ranarum cum quarta parte emplastri* vesicatorii permixtum. Hoc semper juvare solet. Si nolit æger, sibi habeat. Ultimum *DEKKERI* refugium *Meth. med. edit. 1695. p. m. 33.* est *cauterium actuale* ferri candentis minimum digitum crassi, usque ad ipsum os coxendicis impacti. Precor ut sine his remediis horridis patiens tuus laborum dolorumque ἀνάπαυσιν consequatur.

* * *

An amygdalæ adstringant?

QUid commeruerunt *amygdalæ dulces*, ut passim apud vulgus *constipationis* vitio male audiant? Si forte Medicus ἀναλήψεως fine suadet *Emulsionem dulcium amygdalarum*, oppido contradicunt adstantes: Die Mandeln stopffen aber. Et hic error adeo irroboravit in quorundam animis, ut illi extirpando, non unus, quamlibet celeberrimus sufficiat Medicus, immo tacere & connivendo assentiri cogatur, ne apud mulierculas ignorantiæ dedecus incurrat: Dicerent, soll das ein Doctor seyn / und weißt das nicht. Quis autem non miretur, etiam proletarios quosdam Medicos, qui artem a cauda prehendunt, id est, a Medica praxi discere incipiunt, eandem cum vulgo cantilenam cantare? canunt tamen, & sic opinionem sui faciunt. Ut igitur amolirer notam inscitiæ, haut semel, ut *passulæ* prius in ista *aqua*, quam emulgendis *amygdalis* erant adhibituræ decoquerentur, mulierculis imperavi, sic enim fore ut vis *adstrictoria amygdalis* inesse credita tolleretur. Aliter statuunt saniores omnium seculorum Medici, hinc in *botanicis*, in *Diæteticis*, aliisve de *materia Medica* libris de *adstringente amygdalarum facultate* altum silentium. *Quid si dulces amygdalas alvum subducere credamus?* Certe id soli non statueremus, sed, præter alios, cum acutissimo *Medico Philosopho CASPAR HOFMANNO*, qui, *de Medic. Officina l. lib. 2. cap. 162. § 27.* ait: *Ubi alvus ob pituita copiam immorigera est, sive cum dolore sit, sive sine illo, incidendo & abstergendo, movent illam loco. Et hoc est, quod DIOSCORIDES ait: esse ἀνώδυνα, καὶ κοιλίας μαλακτικά. De oleo expresso certe res est longe clarissima, eo nempe alvum laxari:* Hinc infantibus adstricta tardaque ob fecum siccitatem alvo tortis, multo cum successu *olei amygdalini recentis cochlear* unum ante pultis præbitum, ut propinetur suadeo, sic enim lubricantur intestina: Es geht auß als wanns geschmiert wåre. Potissimam autem *amygdalarum* partem constituit *oleum*, cætera vix attendi merentur. *Cortex* fortasse quid adstrictoriæ virtutis possideat, istum vero ex *emulsionibus* exesse jubemus. *HOFMANNUS loc. cit. §. 35.* quærit: Quid præsidii ab *amygdalis* sit in laxiore alvo? Et respondet, *GALENUM in de alim. expresse dicere, non habere facultatem ullam adstringendi, nec quidquam prodesse ventri retinendo.* Pergit; *at nostri commendant vel ipsos*

nucleos

nucleos, vel lac cum aq. calida factum? Dico, prosunt; non adstringendo, sed humorum acrimoniam temperando & incrassando. Hoc ob substantiæ crassitiem, qua morantur aliquandiu in intestinis: illud, ob lenitatem oleosam. Accedit quod *emulsiones* ad unam omnes adstrictioni parum aptæ videantur. Hinc recte *VVEDELIUS de comp. medicam extemp. Sect. 2. cap 3. p. m. 66. Vulgus*, inquit *in hoc maxime peccat, quod in diarrhœis & aliis ventris laxitatibus promiscue sæpe utatur emulsionibus ex amygdalis, roborare, adstringere easdem, persuasum.* Oleosa enim contrariari potius adstrictioni videntur. Nos errorem inde putamus ortum; nam quia in his alvi fluxibus frequenter *emulsiones* præscribi viderant, id fine *adstringendi* factum arbitrabantur, quod potius *temperandi, demulcendi, roborandi, incrassandi &c.* intentione factum erat. Si quis nobis objiciat, in his ipsis *MISCELLANEIS* a nobis in *dysenteria* passim ejusmodi *emulsiones* fuisse præscriptas, illi noverint subjecta discernere: Quorum aliqua calidæ & siccæ temperiei læduntur a potenter *adstringentibus*, quinimmo rem *demulcentibus*, nonnunquam longe felicius agi: præterea *emulsiones* nostras duobus parietibus dealbandis inservire, quippe, quod humorum acrimoniam non tantum demulceant, verum & lympham restituant, & denique *adstringentibus* quibusdam, ceu *Dec. CC. ust, & rad. torment. e. ▽. chalybeata*, aliisque, morbo magis accommodas redditas fuisse, quas loco suo benevolus lector evolvat. Absolvendum igitur ab adstrictionis, qua talis, crimine innocentissimum *lac amygdalinum*, & quoties e re videbitur, audentius propinandum existimamus.

Frequentissima etiam apud nostrum vulgum est hæc de emulsionis amygdalinæ vi adstrictoria cantilena, quam tamen in hoc Exc. Dn. Autoris discursu satis discussam videmus. Ego contrariam sententiam etiam secutus, multoties in variis morbis, inprimis variolis, ubi diuturna alvi siccitas aderat, nec aliud quid usum amygdalorum prohibebat, vel eum in finem, quo alvus moveretur, emulsiones tales exhibui, ut plurimum exoptato cum successu, tum quod ab oleosa earum substantia intestinorum siccitas lubricaretur & indurata scybala nonnihil emollirentur, tum morbosus acor oscula vasculorum excretoriorum in glandulis intestinalibus obstruens & constringens lymphæq; exitum præcludens corrigeretur. *Lucas Schrockius D.*

* * *

Rhachitis.

Puellum nobilem *rhachiticum* trium circiter annorum juxta præscriptum *Exc. MURALTI* curavimus:

℞. *Tamarind.* ℥ß. *fol. senn. s. s.* ℥ij. *rhabarb.* ʒiß.
Conc. cont. coq. in s. q. ▽ font. in Colat. ℥iij *dissolv. man calabr. sir. ros. solut. aa.* ℥j. M.

Præbita singulis diebus tria cochlearia per ἐπίκρασιν, quod in corpusculo viscosum oberrabat, expurgabant. Pectori prominenti & abdomini prætumido inunctio bis indies repetenda:

℞. *Ungu.*

℞. *Ungu. cardiac.* ℥j.
ol. lil. alb. ℥ß.
gumm ✱ *ac in* ✢. *sol* ʒiij. *M.F. linim.*

Ab his cum belliſſime haberet, poſt abſolutam *mixturam purgantem*, mane & pomeridie ℈ß. *pulviſculi* ſequentis ex *jure* datus:

℞. *Rad. pæon. mar.* ʒj.
millep. ppt. ℈ij. *lumb.* ▽ſtr. *ppt.* ℈j.
ſantal. citr. ſem. naſturt. aa. gr. xv.
ſacch perlat. ʒij M.

Noctu, quum ibatur cubitum, guttæ 20. mixturæ, ex *cochl.* potus ordinarii:

℞. *Tinct.* ⊕♁. ♂ *Zwelf.*
∿. *fuligin. aa* ʒj. M.

Sternum, quod valde extaret, non tantum continuatum *linimenti* uſum commendavi, verum & thoracem e corio tenero fieri curavi balænarum coſtis tenerioribus firmatum, e duabus partibus conſtantem, antica ſcil. & poſtica, illa ſternum, hac ſpinam muniente, ab utroque latere ligulis coriaceis anguſtius ſucceſſive conſtringendum; Ita brevi reſtitutus eſt, nunc hilaris & σύμμετρος.

* * *

De varia purgantis ejusdem in eodem ſubjecto diverſis temporibus exhibiti operatione.

QUum e *CURLANDIA* diſcederem, aliqui pharmacis meis, cumprimis *purgantibus* adſueti, formulas, iis per omne vitæ tempus uſuri, petebant. Idem quum *CRAILSHEMIO* huc migrarem a nonnullis factum. Idem & alibi & hic locorum quotidie fieri comperio. Sunt hic, qui *infuſis*, *pilulis*, *pulveribus* &c. per annuas luſtrationes utuntur a *D. D. KLEINIO*, *D. D. HOECHSTETTERO*, *Phyſicis* olim *NORDLINGENSIBUS*, quorum vix oſſa ſuperſunt, ordinatis, aliqui cum, aliqui ſine optato ſucceſſu, ſic ut harum formularum aliquas mutare coactus fuerim. Enimvero, ſi ullibi, certe hic verum, quod *Poeta* canit:

Tempora mutantur, & nos mutamur in illis.

Non eodem ſemper effectu coronantur medicamenta eadem, ſed diverſis temporibus exhibita, vel quod ſucceſſu temporis κρᾶσις ipſa corporis humani multum immutetur, per ætatem, per morbos, per alia; vel quod in officinis interdum non eadem ſemper ſit pharmaci, ob ingredientia minus vegeta, pondus non adcurate obſervatum &c. præparatio, vel aliam ob cauſſam. Erat hic aliquando *Conſul* ſenex ad marasmum diſpoſitus, ex quo denique vivere deſinebat; Is a Filio Medico formulam acceperat e *reſinis purgantibus in vini vel aniſi Spiritu ſolutis*, qua ob guſtus ſuavitatem per aliquot annos contentus erat. Operabatur ex voto, quamdiu ſucci plenus erat Dn. *CONSUL.* Confectus autem ſenio marasmodes & cachecticus, aliquando me properanter accerſivit, hypercatharſin ab *aqua vitæ purgante*, quam ita vocabat, paſſus. Ego *inter tunc & nunc* eſſe diſtinguendum, *aliamque vitam alios mores, aliam ætatem alia pharmaca* ſibi repoſcere, nec ejus naturam ἀδρατικὸν ejusmodi, vehementerque calfaciens & exſiccans, immo vero cauſticum purgans tolerare

rare dixi, utque imposterum ab eo absti-neret, monui. Atque, ne quid diffitear, ista purgandi formula nunquam sum delectatus. Violentius operatur, biliosis, calidis & siccis nimium negotii facessens; obesi & phlegmatici facilius ferunt: Redemus, unde digressi sumus. Varietas operationis unius ejusdemque *purgantis* in eodem subjecto diversis temporibus exhibiti, ut clarius ostendatur; exempla quædam e celeberrimo monasterio *NERESHEIMENSI* in quo Medici ordinarii munere fungimur, in medium producturi sumus:

Reverendissimus Dn. ABBAS SIMPERTUS pilulas deglutire solet:

℞. M. Pil. *aloeph.* ℈j.
magist. gial. gr. vj. *scammon. gr.* iiij.
ol. carv. gtt. ij. M. *F. pil.* xxx.

Anno 1694. vere purgarunt *quinquies*; Autumno *septies.*

Anno 1695. vere *decies sexies*, etiam *ἄνω* cum vehementia; Autumno, cum eas mutari nollet, *sexies.*

Anno 1696. vere *duodecies*; Autumno, *ter ἄνω*, *Sexies κάτω*, cum vehementia & torminibus.

Maxime Reverendus Dn. PATER PRIOR pilulis utitur.

℞. *Extr. panchym. Cr.*
M. Pil. *de succin. Crat. aa.* ℈ß.
☿ ii. *dulc. gr.* xij. *mag. gum. gutt. gr.* vj
F. pil. No. xxx. *De* ☉.

An. 1693. Autumno purgarunt *decies.*

Anno 1694. vere non nisi *quater.*

Autumno mutavi *pilulas*, quæ *decies* purgarunt.

℞. *Extr. panchym Cr.*
M. Pil. *de succin. Crat. aa.* ℈ß.
magist. gial gr. vj. *gum. gutt. gr.* v.
F. pil. xxx. *Deaur.*

Anno 1695. vere eædem *pilulæ, magisterio gialapii ad gr.* ij. aucto, *novies* purgarunt: Autumno *sexies*, demtis iterum *magist. gial. gr* ij.

Anno 1696. vere, vernæ prioris anni *pilulæ semel ἄνω* & *octies κάτω purgarunt*: Autumno autumnales prioris anni *octies.*

Pl. Rever. Dn. Pat. SUPPRIOR infusum bibere solet:

℞. *Species pro infus. lax. nostr. desc. add. rhabarb. ver.* ʒß.
agar. troch. rad. mechoac. a. aa. ʒij.
D. pro 3. vini quartariis.

Ab autumno 1693. ad autumnum 1695. inclusive *quinas* semper sedes movit.

Anno 1696. vere addidi *Speciebus rad. polyp. quern.* ʒiij. unde *sexies* alvus mota: Autumno ab eodem *decies.*

Pl Rev. Dn. P. PLACIDUS, rei frumentariæ præfectus: *Anno 1695.* Autumno cepit *haustum*, qui quidem ad institutum nil facit, attamen propter effectum anomalum adscribi meretur:

℞. *Rad. mecho. a. agar. trochisc. aa.* ʒiij.
polyp. quern. ʒij.
fol. senn. s. s. ʒv.
crem ♀i. *sem. carv. aa.* ʒj.
Coq. in s. q. ▽ *font. Colat.* ℥iij. *add.*
sir. diaser ℥j. *aq. cinnam* ℥ß. *conf. alb.* ʒj. M.

Hic haustus aliquoties per *vomitum*, per *secessum* nunquam purgavit.

Pl. Rev. Dn. P. THASSILE haustum parari voluit:

℞. *Rad. helleb. n. ppt.* ℥ß.
polyp. qu. ℨiij. *rhab.* ℨij.
fol. senn. s. s. ℨiij. *sem. carv.* ℨj.
Crem. ♀i. ℈iiij.
Conc. cont. coq. in s. q. aq. font. Col. ℥iij. *add.*
Sir. diaser. ℨx. M.

Anno 1693. Autumno non nisi *quater* movit. *Anno 1694.* vere, cum fortius desideraret, *cujuslibet radicis* ℨiij. scripsi, *fol. senn.* ℨx. *sir. diaser.* ℥iß insequente tamen non nisi eadem operatione. Hinc Autumno istius anni accessione ℨiß. *agar. trochiscati* pharmacon auxi, additis loco *sir. diaser. sir. de cich. crh.* ℥iß. Sed natura in sedes *quaternas* jurasse videbatur. Pertæsus itaque *potionum Anno 1695* vere *pilulas* postulavit:

℞. *Extr. panchym Cr. gr.* xv.
magist. gial. scammon. aa. gr. vij.
gum. gutt. gr. iiij *F. pil.* xxx.

Octies operatæ sunt: Autumno *totidem vicibus.*

Anno 1696. vere *semel ἄνω, quinquies κάτω.* Autumno *semel ἄνω, sexies κάτω.*

Pl. Rev. P. UDALRICUS habuit *pilulas:*

℞. *Extr. panchym. Cr.*
M. Pil. *de succin. Crat. aa* ℈ß.
magist. gial. scammon. aa. gr. vj.
F. pil. xxx. *De* ☉.

Anno 1694. vere moverunt *quinquies:* Autumno *sexies.*

Anno 1695. vere *octies*; Autumno *decies κάτω,* & *semel ἄνω* cum vehementia.

Pl. Rev. Dn. P. LEONHARDUS accepit *pilulas.*

℞. *magist. scamm. gial. aa.* ℈ß.
troch. alband. gr. iij. *Oc. 69. ppt gr.* vj
tereb. q. s. F. pil. xxx.

Anno 1693. vere, *omissis Oc. 69. & troch. alb. grano uno auctis,* non nisi *sedes binas.* Autumno cum eadem dosi *purgantia terna,* sed non cum *terebinthina* compacta exhiberentur, corpus turbatum *ter ἄνω* & *quatuordecies κάτω.*

Anno 1695. vere, dosis *purgantium* imminuta:

℞. *Resin. scamm. gr.* xij. *gial. gr.* xj.
troch. alband. gr. ij. *F. pil.* xxx.

Sexies blanda purgatio: Autumno *quater.*

Anno 1696. vere iterum *resin. gial.* & *troch. alb. uno grano aucti,* alvum, quod mireris, *semel* tantum moverunt.

Pl. Rev. Dn. P. BONIFACIUS pilulas deglutivit:

℞. M. Pil. *de suc. Crat. gr.* xv. *mast.* ℈ß.
magist. gumm. gutt. gr. iiij *gial. gr.* v.
ol. menth. majoran. aa. gtt. j.
F. pil. xxx. *De* ☉.

Anno 1693. Autumno *ne una sedes* inde secuta.

Anno 1694. vere mutatæ sunt:

℞. M. Pil. *de succin Crat.*
Extr. panchym. Croll. aa. ℈ß.
magist. gumm. gutt. gial. aa. gr. vj.
ol. menth. gtt. j *F. pil.* xxx. *Deaur.*

ἄνω ter, κάτω sexies purgarunt: repetitæ autumno *vigesies,* attamen sine torminibus aut virium deperditione.

Anno

Anno 1695. vere eas denuo rogavit, sed, ut ne sequerentur vomitus, curarem: hinc mutatæ:

℞. *Extr. panchym. Cr.* ℈j. *mag. gial.* ℈ß. *cal. arom. gr.* ij. *F. pil.* xxx. *De* ☉

Decies, nunquam ἄνω moverunt.

Anno 1696. eædem, non nisi *sexies*

Pl. Rev. Dn. P. AMANDUS assumsit *pilulas*.

℞. *Extr. panchym. Cr.* ℈j. *magist. scamm. jal. aa. gr.* vj. *F. pil.* No xxx.

Anno 1693. Autumno *decies* purgarunt.

Anno 1694. vere *quindecies*: Autumno *decies octies*.

NOT. in aliquibs subjectis purgantia quævis, non nisi post pastum, operari, qualis mihi est notus quidam ex *Ord. S. Bened* jam 58. annorum, in aliis vero vim horum post pastum, statim obtundi.

* * *

Appetitus ad mala citrea.

RUsticum divitem aliquando ferunt emisse *malum citreum*, quod & ea constare caro, & ab opulentioribus frequenter coëmi vidisset, concludens inde, necessarium esse, ut sint ea saporis suavissimi. Tale tamen vix admorsum in lutum projecit, exclamans, ô quam stulti sunt divites, qui tantum pecuniæ in rem acerbissimam expendunt. Alius prudentior exclamasset: Was soll der Sau die Muskate! Nos virum pæne sexagenarium novimus, qui adhuc junior tanto appetitu ad *mala citrea* ferebatur, ut eorum numero *duodecim* uno pastu, nulla hinc sequente noxa, aut ventris gravitate, quin alteratione sensibili, absumere posset, immo soleret. An scorbutum, quo jam nunc senex affligitur, inde sibi consciverit quis dubitare posset ex eo, quod *mala citrea* vi *antiscorbutica* multum pollere credantur.

* * *

A matribus ætate provectioribus nati, imbecilles.

RELigiosus quidam a matre, jam 52. annos ætatis numerante natus, textura semper debiliore fuit, quamvis ingenio pollens & statura procerus, macilentus tamen. Quum ipsum primo vidissem, erat annorum 38. Sexagenarium tamen & vultu propemodum & coma referens; Anno 1695. *VENETIAS* profectus in itinere crebris vomitibus & dejectionibus, appetitu prostrato, multum debilitatus rediit. Studiosus esse diætæ cogitur. Num & alii ejusmodi serotini parentum ætatem texturæ debilitate luere necesse habeant; operæ pretium esset, ubi se obtulerit occasio, observare.

* * *

In stomacho frigoris actualis sensus.

ALius quidam *Religiosus* annorum 33. temperam. *Phlegmatico-Cholerici*, ad colicam abinde a pueritia pronus, conqueritur ab aliquo tempore de *frigidita-*

Oo 2 *te sto-*

te stomachi actuali, eaque tanta, ut glaciei quasi sensum in eo se percipere diceret, cum pressione præcordiorum, &, quamdiu ista pressio duraret, anhelitu difficili, it. agrypnia: ordinavi *tragema*:

℞. *Pulv. stomach. Birckm.* ℥vj.
anticol. Cam. ʒiij.
Spec. Imperat. ʒj. *ol. carv.* ℈j.
sacch. ros. tabulat. ℥ijß. M. *F. trag.*

Post pastum ejus portio *pani tosto vino* immerso adspergatur, & comedantur omnia. Mane & noctu, esurialibus cumprimis diebus, (quos minime omnium sufferre poterat,) cochlear unum sequentis *mixtura* hauriat:

℞. *aq. vit. Matth. compl.* ℥iß. *cin. fort.* ℥j
elixir. menth. ℥iß. ... *cydon.* ʒvj.
ol. caryoph. gtt. v. *mac. gtt.* iij.
sir. cinnam. ʒij. M.

Stomacho applicetur *sacculus*, quem barbare vocant, *interpassatum*.

℞. *Fl. chamom.* Miij.
herb. absinth. menth. aa. Mj.
sem. carv. ℥ß. *bacc. junip.* ℥ij.
Conc. cont. gr. m. consp. ... *suc. F. saccul.*

Tragemate ordinato uti non potuit: *mixtura* vero *stomachica* cum *sacculo* ex voto cesserunt, sic ut *mixturam* dictam repeteret. Colicis doloribus, si quando furerent, sopiendis *pilulas* No. viij. pro dosi sumendas ordinavi:

℞. *Extr. bez. Camer.* ʒß. *papav. err.* ℈j.
zedoar. gent. cal. arom. aa. ℈ß.
croc. gr. v.
ol. carv. dest. gtt. vj. *anis.* ℈ß. M.
F. pil. pond. gr. j.

* * *

Cordis palpitatio. Mors Subitanea.

ANNO 1693. *Religiosus* quidam, *Pictor* 34. annorum, me consulebat, conquestus de cardialgia & cordis palpitatione jam per longum tempus durantibus. Spiritus aliquo modo difficilis. Appetitus constabat. Vultus nil mali præferebat. Quod nil, præter *purgationem* desideraret, ei ♀em ordinavi:

℞. *Pulv. gial. n. resin. Crem.* ♀i. *aa.* ℈j.
dacryd. gr. iij. *ol. mac. gtt.* ij M *F.* ♀.

Qui septies cum euphoria movit. Sanguis e mediana prolectus superne lardosus. *Anno 1694. d. 6. Maji st. n.* conquerebatur de palpitationis istius augmento: Datus idem *pulvis purgans uno dacrydii grano auctus*, qui sexies purgavit.

℞. *Conch. ppt. Coral. r. ppt. aa.* ʒij.
ebor. philos. ppt. matr. perl. ppt. aa. ʒj
⊕*-li* ♂. ℈ß. ♄. *nativ.* ʒß.
Pulv. anticol. Cam. ʒiij.
caryoph. gtt. v. M.

Omnia frustra. Palpitationem acceptam ferebam pigmentis, quorum mixtioni trituique immorabatur. Sunt enim aliqua venenatis halitibus prædita. Cum nil curando proficerem ille domum abituribat; Confratres eum de *nostalgia* suspectum habebant, quod esset *HELVETIUS*. *Anno 1696.* in *monasterio FULTENBACENSI* mane fores Religiosi pulsans, his apertis, in limine mortuus inventus est. *Si conjecturæ locus*, *fortasse quis non sine fundamento polypum cordis adfuisse suspicetur.*

Massa-

* * *

Massarum carnearum periodica per alvum excretio.

MAtrona Nobilis annorum 52. in conjugio propemodum triginta annorum nunquam mater facta, temperamenti sanguineo-phlegmatici, postquam ex *dysenteria*, nescio, an per adstringentia maturius cohibita, redux e *thermis VVISBADENSIBUS* ante $4\frac{1}{2}$. annum, membrorum contracturam incurrisset, continuo lateris sinistri dolore subter spurias costas lacerante affligitur, qui nonnunquam versus inguina, nonnunquam sub stomacho versus latus dextrum porrigitur. Hic dolor, cum per aliquot septimanas plus minus duravit, anxietate cordis internecina corripitur, voce tunc, ut vix intelligatur, diminuta, animam quasi protinus exhalatura, cum sudore frigido. Elapsis aliquot diebus ex alvo secedebant *magnitudinis diversæ membranulæ, nunc sine, nunc cum sanguine*, quæ arefactæ vesicas urinarias aridas & inflatas referebant; nunc autem ab aliquo tempore sensim increscunt istæ membranæ *in faciem massarum carnearum uncialis crassitiei, tendines, non tenacitate, sed crassitie æquantium*: His exclusis, remanente tantum sinistri lateris, sed tolerabili dolore, symptomata alia cessant, ipsaque sibi sana visa ad negotia redit. Olim post excretionem dolorum pausa major, nunc autem interdum vix aliquot horarum, aut diei dimidiæ, raro nycthemeri induciæ. Morsicatio perpetua in naribus. Nonnunquam appetitus firmus & major, quam pro tolerantia, interdum, & quidem maximam partem, plane nullus. Caput vertiginosum, debile: vertex, seu nucha potius, frequenter riget. In latere læso sensus quasi ebullitionis. Prodeuntibus istis massis oculi caligant, sic ut ne quidem per conspicilia videre queat, excrerione cessante visus integratur. Ad cibos indifferenter se habet, nec ab aliis magis juvatur aut læditur. Quin & acidis nonnunquam nullo majore cum incommodo vescitur. *Acidas* jam per multos annos ad fontem suo tempore bibere consuevit melius autem tunc & mitius habuit. *Balnea salubres*, quibus jam est usa diversis, nullæ profuerunt. Terror ac timor excretionis adfututæ indices: illo autem frequentissime affligitur, melancholica etiam, & quidem eo magis, quo minor & rarior excretio. Salsa non exspuit, sed sæpe actu frigida. Tussis frequens, coryza nunquam, immo ne mucus narium ordinarius. Est bene habitu nec macilenta: in summis quidem ac diuturnis cruciatibus contabescit, his autem cessantibus carnes brevi farciuntur. Exanthemata scorbuti proles, nunquam; eructatio nulla, nisi dum vomere cogitur, nec tamen dentes nunc, uti solet in acidis vomitibus, obstupescunt. A flatibus libera. In nucha sæpe dolores prope intolerabiles, quin & alii passim per omnes capitis plagas vagabundi, & tunc caput rigidum ac immobile. Dolores dentium & aurium oppido crebri. Menses, qui tamen per totam vitam parcius fluxerunt, cùm adventante affectu, fluere de-

fierunt. Somnus per momenta quævis interruptus, & nil levaminis post somnum, immo plus laboris atq; fastidii. Jejuna melius habet, post pastum anxietas & palmus. Diarrhoea fere continua, qua cessante pejus habet: interdum lienteria, excrementa parum digesta, spumosa. *Balneas domesticas e formicarum acervis* tolerat. A *laxantibus* bene, a *purgantibus* male, ab *enematis* optime Frequentissime summa lassitudo, cumprimis a somno, sic ut digitos aliquandiu non sentiat. Noctu sensus frigoris intercutem, sine tamen horripilatione aut cute anserina, & tantum in sinistro latere: phlogoses interdiu molestissimæ, vel duodecies recurrentes intra diem naturalem. Ante excretionem horror. Gingivarum fere nulla laxitas, dentes autem cariosi, sæpe dolentes, non stupidi. Nares sanguine nunquam stillant. Primo vere mitius degit. Sub initium antummi, nempe post *acidulas*, optime valet Cum diutius uni loco, includitur, magis ægrotat, minus autem, ubi aerem subinde mutat. Potum ordinarium bibit *decoctum cinnamomi*. Urina, quamdiu est aquosa, pessime habet, quamdiu turbida melius. Medicorum jam multorum eorumque celeberrimorum consilia rogavit, sed a nullo adhuc medicamento vel parcissimum levamen sensit. *Clysteres amari* conducunt, & materiam mucosam promtius accient. Magni nominis quidam Medicus per litteras consultus, adesse certam lumbricorum speciem existimavit. Tempore verno *d. 29. Maji Anni 1696.* venam dextri brachii medianam pertundi jussi, sanguis erat floridus & consistentia laudabili, serum acre. Hoc statim in calore concrevit in consistentiam albuminis ovorum. Ab instillato ∽⊕-li nil patiebatur, uti nec admodum multum a *spir. salis armoniaci.* Ab *oleo* ♀i mollius reddebatur, non tamen dissolvebatur. Sanguini concreto instillatum hoc ♀*i* °°°*um*, eum incarnatum & floridissimum reddebat, ∽⊖✳*ci* parum immutabat, ∽⊕-*li* extemplo rubicundum calorem auferebat, eumque totum quasi saniosum & horridum aspectu, in filamenta quasi fusca concrescentem, instar ascaridum reddebat. Dixisses te videre *magisterium scammonii per aquam noviter e* 🜄=*tatum*, dum adhuc est fluidum. Rogatus, ut sententiam meam lingua vernacula descriptam, ut scil. *Nobilissima Matrona* legere posset, explicarem; sequentia super memorabili casu fui meditatus:

J. N. J.

Auff reiffe Uberlegung aller Umstände dieses seltsamen Zufalles/ kan anders nicht schliessen/ als daß der Sizz desselben in dem intestino colo, oder Grimm-Darm/ welcher sich unter dem Magen überzwerg gegen der lincken Seite ziehet/ und von dannen abwarts gehet / und hinter der Hüffte sich an den s. v. Mast-Darm hanget/ auch mit vielen Fächlein und Hölen begabet / darinnen sich der zähe/ scharfe Schleim aufhalten kan. Die Materie dieses Zufalles bedüncket mich obberegter scharf- und zäher Schleim seyn / der zwar in Form eines hellen krystallinen Wassers

sers aller Orten durch kleine Drüsen von dem Geblühte abgeschieden wird/ bey Miltzsichtigen/ Melancholischen/ Hypochondrischen und Scorbutischen Personen aber/ durch die Säure und Schärfe sich coaguliret/ oder gleichsam sulzigt wird. Die Manier aber/ wie solcher Schleim in dergleichen hautigte Fleisch-Gewächse sich zusammen gibet/ ist/ meinem Beduncken nach/ folgende: Durch die s. v. rothe Ruhr/ welche Ew. Hochf. Gnaden vor 4. Jahren nach Gebrauch des **Wißbades**/überkommen/sind die Drüsen des Grimm-Darmes verletzet/ oder doch wenigstens in ihrer action geschwächet worden. Diese rothe Ruhr/ oder vielmehr diarrhœa cruenta und blutige Durchfall/ hat sich vermuthlich allzuzeitig gestellet/ daher dann die noch übrige scharfe Materie, zurükk bleiben müssen/welche sich anfänglich in die Glieder geschlagen/ und daselbst eine Lähme verursachet/ist hernach doch von der Natur wieder in die Gedärme getrieben worden/ da sich dann von dem starcken und stäten Zuflusse/ die Darm-Drüsen mehr/ als sich gebühret/ erweitert/dannenhero sich aufgeschwellet/ in welchen der scharfe Schleim gleichsam gestokkt/ und/ weil immer mehr und mehr zugeflossen/endlich in solche hautigte/ zäserichte und fleischigte Gewächse/ nicht anders/ als wie die Mutter-Gewächse in falscher Schwängerung/ verwandelt worden/ worzu nicht wenig die Fächlein des Grimm-Darmes geholffen/ als in welchen sich dergleichen sulzigter Schleim desto länger aufhalten/und von dem Zuflusse der nahrhaften theile aus dem dünnen Gedärme (partium chylosarum) sich vermehren und desto besser zusammen wachsen können/ bis die Natur/ dessen überdrüssig/ denselben durch s. v. Stulgang außgeführet hat: und/weil sich gemeldte Natur nun bereits dahin gewöhnet/ allen Uberfluß des Seri oder Blut-Wassers durch die Gedärme außzuführen/ als währet das Weggehen dieser Gewächse fort und fort/ hingegen bleibet anderer Orten der Außfluß oder Außführung dieses Seri zurükk/ daher dann kommet/ daß Ew. Hochfreyherzl. Gnaden nichts durch die Nase s. v. fliessen/ nicht schnizzen können/ auch nicht viel urin machen/ weil sich nemlich alle wässerigte Feuchtigkeit gegen die Gedärme ziehet. Daß aber so ein grausamer Schmertzen/und gewaltige Hertzens-Angst und Bangigkeit dabey/ rühret daher/ weil der Schleim nicht allein durch seine Säurigkeit und Schärfe die entfindlichen nervosische und hautige theile des Gedärms/ anfrezzet und beisset/ welche dann auch den übrigen theilen des Leibes/ die ihres gleichen sind/ solche Entfindlichkeit mittheilen/ sondern auch/ weil er durch seine Sulzigkeit die Drüsen und Wasser-Adern gar zu fest außdehnet/und spannet/ dahero sie sich zusammen ziehen/ und folgbar die

Nerven/ an denen sie hangen/ auf eine gichterische Art bewegen: welches auch die Ursache des fast beständigen Kopf-Schmerzens und spannens im Genikke/ nemlich nichts anders/ als contractiones spasmodicæ, oder gichterisch-krämpfigte Zusamenzihung der Nerven. Ja die Blödigkeit der Augen/ die alsdann gefühlet wird/ wann wirklichen der Anfall vorhanden/ rühret von nichts anders her/ als von Zusammenzihung der Gesichts-Nerven/ dadurch der genugsame Einfluß der animalischen Geister in das Aug verhindert wird. Wie dann alle sich dabey eräugende übrige Nebenzufälle leichtlich/ theils aus der Schärfe und Sulzigkeit des Blut-Wassers/ theils aus der gichterischen Bewegung der Nerven/ hergeleitet werden können.

Einen fast gantz gleichen Zustand beschreibet Herr D. **Wedel** / berühmter Professor zu **Jena** in denen *Curiosen Ephemeridibus Dec. II. Ann. II. Obs. 182.* unter dem Titel: Diarrhœa carnosa, oder fleischigter Durchbruch.

Diesem nun so fest eingewurtzelten Zustand abzuhelffen/ kostet in Wahrheit viel Mühe: Dann/ ob schon dem Sero oder Blut-Wasser durch einige gute Medicamenten seine Schärfe und Sulzigkeit endlich noch/ zum wenigsten in etwas/ zu benehmen/ so ist doch damit nicht mehr zu gewinnen/ als daß die Materie nicht so leicht in solche Stükker zusammen wachsen kan; an deren Stelle aber dannoch der beständige Durchbruch nicht außbleiben/ sondern mehr und mehr zunehmen/ und die Kräften über die masse schwächen därffte/ weil sich die Natur daran gewehnet/ durch diesen Gang die meiste wässerigte Feuchtigkeiten außzuführen/ und die Drüsen an dem Grimm-Darme bereits also erweitert/ daß sie durch Medicamenta nicht gar füglich wieder einzuzihen. Jedannoch aber wäre mit nachfolgenden Medicamenten ein Versuch zu thun/ und dabey der Göttliche Segen zuerwarten:

(1. Wäre folgender **Holztrank** bey 14. Tagen dermassen zu gebrauchen/ daß man Morgens früh/ und Nachmittag um 3. Uhr ein halb Viertelein warm trincke: welcher nicht allein dem Sero seine Schärfe benimt/ sondern anbey auch einer etwas anzihend und außtrokknenden Kraft ist:

℞. *Ras. lign. guajac.* ℥iiij. *sassafr.* ℥ij.
rad. sarsapar. ℥iß. *chin.* ℥x.
glycyrrh. ras. ℥vj.
passul. min. ℥j. *sem. fœnic.* ℥iij.
Conc. cont. coq. s. a. ex mens. iiij. ▽. *font.*
vase clauso ad reman. Mens. iij. M.

(2. Nachts um Schlaffenszeit hielte vor rahtsam von meinem ☍. ℥ ii. 8. Tropffen in einem Löffel Wein zu nehmen.

(3. Alle Tage aber nachgesezztes **Klystier** Vormittage oder gegen Abend zu appliciren:

℞. *Com.*

℞. *Com. absinth. fl. chamom.*
summit. cent. min. aa. Mj.
rad. gentian. alth.
cortic. fraxin. aa. ℥ß.
sem. fœnigr. ℨj. *lin.* ℨvj.
Coq. in s. q. ▽ *font. Colat.* ℥ix. *add.*
ol. laur. elect. hier. picr. aa. ℥j.
⊖ ♀i. ℥iß M. F. *Clyster.*

(4. Wann nun die 14. Tage über der Holztrank gebraucht worden / könten Ew. Hochfreyherrl. Gnad. sich dieser Essentz / Morgens früh zu 30. Tropfen / in einem Löffel Suppenbrüh / und Nachmittag um 3. Uhr des beygefügten Pulvers zu 3. Messerspitz voll / beständig und eine lange Zeit bedienen:

℞. *Essent. lignor.* ℥ß. *trifol. fibrin.* ℨij
anodyn. ℨj. M.

℞. *Pulv. lign. sassafr.* ℥iij
▽. *catech. croc.* ♂. *adstr. aa* ℨij.
CC. ust. ppt. ℨj.
ol. caryoph. gtt. iiij *nucist. expr. gr.* vj.
Sacch. penid. ℨvj M. F. ♀.

(5. Alle 14 Tage aber 2. oder 3. Tage vor dem Voll- und Neumond / ein gelindes Laxativ, und selbigen Tags sonst nichts einnehmen. Das Ordinari-Trinkwasser aber könte einen Zusazz von 1. Loht China-Wurzel leiden.

Den Sauerbrunnen betreffend / weil sich Ew. Hochfreyherrl. Gnad. jederzeit darauf in vielen Fällen wol befunden / kan zwar nicht völlig abrahten; glaube aber / daß die Eingiessung vielen Wassers / wann schon die Säurigkeit davon eingeschlukket wird / dannoch die bereits genug erweiterte Darm-Drüsen noch mehrers außschwemmen und erweitern mögte. Allermassen dann / so viel die Diæt betrifft / mehr auf eine außtrokknend / als anfeuchtende incliniret; wiewol Ew. Hochfreyherrl. Gnaden aus langer Erfahrung allbereit erlernet / was Ihnen nuzz oder schädlich / dannenhero davon viel Worte zu machen unnöthig.

Der höchste GOtt verleihe zu vorhabender Cur sein gnädiges Gedeyhen / und erfreue Ew. Hochfr. Gnaden mit erwünschter beständiger Gesundheit ꝛc.

Salvo melius sentientium Judicio.

Nördlingen / den 5. Junii / 1696.

* * *

Lingua Medicorum.

NOn injuste vapularunt jam olim ab *Illustri BORRICHIO Pharmacopœi*, quod artis nostræ terminos complures barbare & incondite pronunciarent, corripiendo syllabas, quas produci, producendo, quas corripi decuerat, ut pluribus videre est in elegantissimo ejusdem tractatu, quem, *Lingua pharmacopœorum*, inscripsit. Et certe, modus eorum pronunciandi, quo materiæ medicæ peregrini cumprimis idiomatis voculas torquere, castrare, varieque immutare solent, interdum absque cachinno vix audiri potest.

test. At, at, vereor, ne ipsismet nobis *Medicis* haut raro *PLAUTINUM* illud objici queat: *Non videmus mantica, quod in tergo est.* Siquidem in pronunciandi barbarie palmam sæpe numero Pharmacopœis non modo dubiam reddere, sed omnino præripere sustineamus, Nec vero in sola pronunciatione Medicorum labes acquiescit, sed in ipso sordidissimo dicendi genere, solœcismis & barbarismis enormibus, affectato in utrisque linguis & obscuro stylo, ridiculis translationibus &c. volutatur, sic ut alio *HERCULE* opus esset, qui hoc *AUGIÆ* stabulum expurgaret. Nam, *sicut* optime monente laudatissimo *BORRICHIO non audiendi sunt illi Pharmacopœi, qui perinde esse arbitrantur, quo nomine, qua inter pronunciandum mora exprimantur pharmaca, dum prosint, & invisum humano corpori morbum expugnent; ita nec e Medicorum numero isti, qui parum interesse stylo existimant, qua vel dicendi puritate vel impuritate, libri Medici conscribantur, modo res ipsa ad ægrorum salutem sint bene comparata.* Hoc enim faciendum, alterum non omittendum. Ut plurimum qui barbare scribunt & in *Grammatica* leges peccant, eorum mentem etiam *lectores* haut facile assequi possunt, siquidem vocabulis in alieno frequenter significatu, non domestico, utuntur. Et, licet non diffitear, ab incomtis ejusmodi scriptoribus utilissima sæpenumero realia in medium proferri, ea tamen molestissimo styli barbarici genere ita sepeliuntur, ut, nisi a valde sollicitis vix attendantur: verborum autem poppysmi gratiam interdum libris tantam conciliant, ut a linguæ peritis vel ob elegantiam Sermonis æstimentur, tametsi, ubi phaleris ejusmodi scripta nudantur, præter stipulas inanes quandoque reliqui nihil omnino ostendant. Quisquis autem ab impuritate latini sermonis (in hoc præcipue libro temere & inter negotia compilato) me velle exemptum esse arbitratur, is næ toto cœlo errat, & in meum candorem impingit. Tenuitatis meæ sum probe conscius. Quinimmo jamjam alicubi me castigatum recordor; videlicet in *Anno 1689.* Der monatlichen Unterredungen/quorum *Auctor p. 593.* elogio me sequenti mactavit: Ich will aus den folgenden Observationen Rosini Lentilii, Stadt-Physici zu Nördlingen/ welche zwar wol zu lesen/ aber übel Latein haben/ etwas anführen &c. pro qua publica castigatione ipsi publice gratias agimus, quamvis metuamus, ut in hac nostra ætate latinius scribere discamus, attamen certi simus, inter maxime barbaros medicarum rerum scriptorum, nos adhuc puriorum subsellia mereri. Hinc tum obscure, tum barbare scribentium aliquot exempla in medium producturi sumus, non tamen ista intentione, ut cujusquam famæ labeculam affricare sustineamus, sed ut tyrones artis moneamus de humanioribus ante in trivio probe addiscendis, quam artem sacram addiscere incipiant: Siquidem hac ratione barbariem loquendi multamq; obscuritatem effugient, ipsi Medicos terse loquentes melius intelligent, libentius legent, & eruditionem in sua facultate solidam consequentur. Inter complures Medicos erudite satis, at obscure scribentes, si *B.*

Dn. LU-

Dn. LUDOVICI numeravero, ipsius manibus injuriam nullam intulero. Quam enim polychrestus, & nulli Medicorum non summa cum diligentia terendus, est ipsius de *Pharmacia moderno seculo applicanda* tractatus, tam est idem quoque obscurus, & plurimarum parenthesium, longissimarum periodorum &c. labyrintheis tractibus involutus, sic-ut, qui linguæ latinæ non est probe compos, eum non omnino, difficulter autem ille, assequatur, qui bonus alioqui latinus unum paragraphum ter quaterve summa attentione perlegerit, quod aliquos de laudatissimo tractatu conquestos novi. Exemplo autem uno alterove res fiet clarior. » *Dissert. I. p.m. 262.* hæc habentur verba: » *Qui missa tantum non omnium simpli- » cium huc spectantium coacervatione, » (moderno theriacali spiritui ad fami- » geratissimam illam Tincturum bezoar- » dicam communiter destinata) paucas » saltem antepositas radices cum myrrha, » croco, &, si libet, aliquota pulveris vi- » perini parte, proportionaliter miscue- » rit; ac pro totius, v. gr. unciis decem, » Opii præterpropter* ʒj. *(cum castorei » quoque, si placuerit, particula,) adjece- » rit; miscellam hanc cum octuplo spiritus » ardentis simplicis vel abstractitii (boni » tamen, nec adeo phlegmatici,) decenter » extraxerit; porro vulgatissima solum » mixtura illius simplicis, a tinctura be- » zoardica operosiori, & nimis fere (licet » multum inter acidorum accessum post- » modum secedat) nonnullibi camphora- » ta, parum in fundamento proportio- » neque differentis imitatione, tantisper » saltem inter se permiscuerit, paratæ isti- » us tincturæ (spiritu theriacali abstra- » ctitio vulgari oppido præsentioris) uncias » forte decem; (duabus essentiæ campho- » ræ drachmis prius exaltatus) [symbol]us » ♀i (tanquam diaphoresis potissimi hic » Auctoris)* ℥viij. *etiam non rectificatas: » & demum spiritus ⊖li subtilioris (pa- » rum sic præcipitantis, spiritu ♂ali pa- » rabilioris & hic æquivalentis, præque » clysso malignarum nauseas una compri- » mentis)* ℥ij.; *compendiose tam in perco- » lato hoc; & vel essentia papaveris er- » ratici, aliquanto magis colorato liquore » sufficienter habebit, quod non solum an- » tedicta mixtura simplex, & (ad abusus » usque nonnullis familiarior) Tinctura » bezoardica pollicentur; verum etiam, » quod in aliis istorum imitationibus, va- » riationibus & substitutis (invicem sæ- » penumero semet perimentia adsciscenti- » bus) item in essentia antidotali alexi- » pharmaca (simul viperina) pretiosiori, » viliorique in liquore alexipharmaco » emulsioniformi (cum myrrha tamen) » & consimilibus operosioribus aut in- » gratioribus passive quæritur.* Hucusque paragraphus decumanus, parenthesibus insuper duodecim inclusus, quem, nisi sexies recoctum, facile, quod sufficiat, nemo intellexerit. Nos hunc ipsum longe clarius ita reddi posse putamus: Cum famigeratissima illa *Tinctura bezoardica* & valde sit operosa, & nimium alicubi *camphorata*, tametsi per acida, quæ post accedunt, camphoratus sapor multum obtundatur, nos, missa tot simplicium coacervatione, quæ ad *spiri-*

tum theriacalem requiritur, *Tincturam bezoarticam* sequentem substituimus:

℞. *Rad. angel. Carl. enul. zedoar. aa.* ℥ij.
myrrh. rubr. ʒx.
castor. (si placet) croc. aa. ʒiß.
op. theb. ʒj.
pulv. viperin. ʒiij.
E cont. & conc. c. 🜄 *. simplicis aut alius probe dephlegmati q. s. v. gr.* ℔v.
extrahatur l. a. Tinct.

Hujus Tincturæ filtratæ, spiritu theriacali camphorato vulgari melioris. ℥x. ad imitationem *mixturæ simplicis*, a *Tinctura bezoardica* vulgari in fundamento & proportione parum differentis, add.

Ess. camphor. ʒij.
🜍 ☿i *non rectificati* ℥viij.
⊕li *subtilioris.* ℥ij.
M. Cola & c. s. q. Ess. papav. errat. tinge.

Et hac ratione, cumprimis, quia 🜍us ☿s *diaphoreseos* hic auctor, & 🜍 ⊕li, 🜍u ♂ali parabilior est, & malignarum nauseas præ *clysso* felicius comprimit, *Tincturam* tibi comparabis tantæ virtutis & efficaciæ, quæ non tantum *mixturæ simplici*, & *Tincturæ bezoarticæ* vulgari, qua multi nimium abutuntur, verum & aliis, ad harum imitationem excogitatis, quarum ingredientia se nonnunquam invicem destruunt, item *essentiæ antidotali alexipharmacæ*, etiam *viperinæ*, item *liquori alexipharmaco emulsioniformi*, *myrrhato*, decantatisque plurimis, palmam faciat dubiam.

» Adhuc unum ex ejusd. *Differt. p. m.* » *668*, addere placet: *Tandem vero ano-* » *dynus quoque huc accedat liquor: isq;* » *(dum superioris, hujusq; seculi hypnoti-* » *ca narcoticaque aqua ingrata ac levi-* » *denses, specifica vero (ceu vocantur)* » *anodyna diffusioris indeterminatiorisq;* » *dosis sunt) simplicissime quidem (citra* » *ambrata, aliaque exoterica, immo ipsa* » *crocata additamenta) vulgatis tamen* » *paullo proportionalius compositus: v. gr.* » *Opii, seu crudi, seu (si seorsim placeat)* » *per divaporationem in graveolentia sua* » *prius mitificati, partē unam, cum aqua* » *apoplectica nostra, & 🜍 ⊕li roridi su-* » *pra dicti, aut ejus loco 🜍 ⊕li philoso-* » *phici aa. partibus quatuor, per dies ali-* » *quot digerendo & filtrando; quo medio,* » *tanquam* 🜔*, vel a ⊖ ☿ prius abstracto,* » *immo 🜍 æruginis ♀to, ipsoque cydo-* » *niorum (reliquis haut ita pridem sin-* » *gulariter prælato, at, post fermentatio-* » *nes quoque semet specialius non exsol-* » *vente) succo præsentiori, Tinctura ha-* » *betur elegans &c.* Quid si modo sequenti immutata melius intelligi possent: Inter alia *anodyna* polychresta quoque & nobilis est *essentia*, cuj. (præ antiquis juxta & modernis aquis hypnoticis & narcoticis, quippe ingratis & perfunctorie commixtis, item præ specificis aliis anodynis, haut raro diffusioribus, & quorum determinata dosis non est,) longe commodior est. Talem multi vario modo parant & extrahunt, aliqui cum 🜔, vel a ⊖is 🜍u prius abstracto, alii cum 🜍 ⊕ ♀ato, alii cum succo cydoniorum, qui ultimus haut ita pridem reliquis singulariter prælatus fuit, cum tamen, licet fermentatio quoque accedat, nihil magis, quam aliæ quævis essentiæ anodynæ præstare visa sit. Nos elegantem & reliquis,

dictis

dictis modis & menstruis extractis præsentiorem, citra additionem *ambræ, croci*, aut aliorum exoticorum, simplicissimum talem exhibemus:

℞. *Opii vel crudi, vel, si placet, per divaporationem in graveolentia sua prius mitificati v. gr. ℨß.*
in frustilla concisa affunde in phiol. vel CCta.
aq. nostr. apoplect.
🜂 roridi nostri, vel philosophici vulgaris aa. ℥ij.
Digerantur per dies aliquot calore leni, post filtrentur. S. &c.

Nescimus profecto, an nimium nobis blandiamur, si credimus totum istum, vere aureum, libellum multo majore cum utilitate a quamplurimis lectum & intellectum iri, si ista indutus veste in publicum prodiret; quem laborem, ut alii quibus est otium, in se aliquando suscipere vellent, optamus. Quem autem in latino sermone tot parenthesibus intricatum, adeoque perobscurum sibi stylum delegit *B. Dn. LUDOVICI*, eum per omnia in Germanico Idiomate sectatus est Fautor dum viveret noster, χαριέςατος & pius] *D. D. MILLER*, Medicus quondam *AUGUSTANUS*, præmaturo heu fato ex phthisico malo defunctus, ut quivis facillime deprehendit, qui eruditas ejusd. annotationes ad *D. D. BRAUNII* Biberachtischen Jordan legere non dedignabitur. Sic, ut unius saltem mentionem faciamus, *p. m.* 118. ista verba: Was die Temperamenta ihrem Wesen nach seyen/will sich an diesem Orte die Gelegenheit nicht geben/ diesen Schul- und Professors-Streit außzufechten/ 72. lineis absolvuntur: nam, inter verbum temperamenta, & verbum, ihrem/ diversis parenthesibus, tractatur controversia de *temperamento justitiali*, increpantur *PARACELSI* vita & quædam dogmata, recensetur *CORN. AGRIPPÆ* mors & alia plura. Qualia exempla plura in dictis annotationibus passim videas, quæ lectorem in assequenda *B. Auctoris* intentione multum remorantur & suspensum tenent, facili tamen negotio emendabilia. Nam licet ipsimet scriptorum talium *Auctores* facillime sua intelligant, alii tamen, quibus materia substrata nondum est æque cognita, mirum quantum impediuntur, & elegantissima ejusmodi meditata legendi tædio efficiuntur. Quidquid autem sit, in his omnibus est leve peccatum. Multo minus autem sapinas & illatinissima, ut sic loquar, barbaries condonanda est Medicis, qua libros suos fœde conspurcant, sive sint illi veteres, sive neoterici. *Arabum Medicorum AVICENNÆ* scil. *AVERRHOIS, MESUE* &c. veteres interpretes, bone *DEUS* quam impudico, quam scabro sermone, qui vomitum legenti concitare valeat utuntur? Sic *GERARDUS CARMONENSIS AVICENN. lib. III. Sect. III. tr. IV. cap. 1. de pleuritide.* ita vertit: *Multoties cadit ad loca vacua, & carnes glandosas, & facit evenire apostemata in eis, quæ sunt, sicut duo inguina, & almagaben, id est, loca sub assellis, & post ambas aures.* It. alibi: *Phlebotomia quidem non multum confert, nisi quando materia est inter duas cutes: si*

autem profunda fuerit, tunc ejus juvamentum minoratur, & fortasse attrahit. Alibi: *Apostema erysipelæ non fit, nisi in eo, quod apparet de cute, & phlegmon profundatur in carne etiam. Et erysipela pura serpit & ambulat, & non est ita phlegmon. Et virulenta vesicat, & minoratur illud in phlegmone.* Alibi: *Aut est ejus præparatio (constitutio) talis, quod non est possibile materiam malam effundi ab ea: aut est in ea Os, aut jam ostracata est, & facta est fistula, & fit in ea humiditas mala valde: Et est tunc in judicio ulcerum, non vulnerum.* Numquid arrident hi flosculi? Tales vero plures reperias passim in *G. H. VELSCHII* curationibus ab *Illustriss. nostro Dn. Præside, SCHROEKIO AUGUSTANO* editis, Recentiorum autem nominibus ideo parcimus, quod eorum aliqui cætera sint magni nominis Medici: Quorum tamen scripta, qui legerunt, facile intelligent, unde spicilegium istud expromserimus. Ita *D. D. F. D.* passim in suis scriptis, cumprimis autem in *E. M. P. C. M. M.* sequentia:

Totius corporis concussionem *præcedere sternutationi.*

Vapores, flatusve plures ad cerebrum *ascendi faterent.*

Suffitu hoc *circa vesperi* utitur.

Dolores gravativi, *spasmata*, febres, tusses &c. generantur.

Ut pæne insania *corripiebatur* ægra,

Præcordiorum anxietas ita *adauxit* (pro, aucta fuit)

Usurpaverat *singulis vesperi* ℥iij. de vino medicato.

Ex amaritie percepta male *concludêrunt.*

Siti maxima *ipsi* urgente.

Merito acidiora &c. per temperantia &c. corriguntur, quam ita injucunde ac non tuto ægros talibus humoribus scatentes, curare.

Postea rediit, *petiens* purgans quoddam.

Brevi cholera *ipsi* invasit, tali cum febre, *ut* mox mox moriturum adstantes *putarunt.*

Continuo ita scalpsit, *ut* brevi tota femora *fuere* aperta.

Totum caput jam jam *disrupturum* putabat ægrotus.

Humor ita acris, ut *circumjacentem* cutim *eroderit* nonnunquam.

Vim purgantium medicamentorum facile *ferit.* (fert)

Jurisconsultus quispiam *evenit*, post nimiam ciborum appetentiam, *ejusque indulsionem*, *quod inciderit* in vomitum.

Cibum assumere *nequientes* ægrotantes.

Febris intermittens *ipsis invasit.*

Clamore illo *præcesso.*

Bis præ torminibus ventris *animo liquefacta* fuit.

Cum vino, *rorismarino* infuso, assumsit.

Accersitus retulit uxor (Cum accersitus essem)

Magnum levamen ægra *lentiit.*

Confestim *lecto* calefacto *se contulit.*

Vir

Prodeat nunc alius quidam Medicus veteranus, & qui ex odio in recentiorum dogmata, quorum Adsertores, *Medicos hypotheticos* per contumeliam vocare solet, aliosque, se longè doctiores, passim in scriptis suis traducit; Is nempe *M. L.* in *E. M. D. Q. M. C.* *Priscianum* ubique miserrimè torquet, cujus aliquas plagas animi gratia recensebimus:

Vomitus in arthritide (sc. per medicamenta accitus,) magis *vexabilis* est ipso morbo, (id est, ægros magis affligit.

Huic rei fidem facit, *quod* sæpe *expertum* est, (id est, quod experientia sæpe comprobavit.

Totus homo *e lecto in curriculum mobiendus* est, ut *una aut altera hora* extra urbem quotidie *rusticaret.*

Ex frigore *recidavit*, (id est, recidivam passus est.)

Cochleare unum capit, pro ratione *alvies* (alvi) motæ, & *dejectionum tolerantia.*

Malum ad *Ischiam* dextram sæviit.

Post alteram septimanam *ex eodem medicamento se purgavit.*

Imprimis *sanguinem mittendum* (mittere,) *jussi*, hujus *crassamenti refrigerati*, (cui concreto, postquam refrixisset,) pollis crassa & albida *adhasit.*

Emplastrum viride exhibui, *ex molli aluta illitum*, (super alutam tenuem extensum.)

Sanguinis frigidi crassamento rubro *coriaceum tegumentum* crassum adhæsit.

Adhibitum est remedium anodynum *nullo secundum.* (nulli.)

Morienti femina (ad moribundam feminam.) *accersitus.*

Ad decimam diei horam *vocatus*, *sanguis* admodum *difficile* comprimi *potuit*, (cum ad decimam diei horam vocarer, sanguis admodum difficulter sisti potuit.)

Quo (magis,) *malum* auctum est, eo urinæ *certiores* (id est, certius febrim indicabant,) & *rufiores.*

Hæ maculæ late *setaceum* (hirsutum,) *pectus* occupabant.

Qui *se aquis medicatis* (qui aquas medicatas,) *ingurgitant.*

Hydrargyrus autem primum inventus.

Pridie nocte, id est, nocte antecedente.

Intra sex menses integram sanitatem recuperavit, *nihil mali relicto.*

Priorem labem *succo limonis* ex sero lactis fovere soleo.

Manus ita contractæ fuere & rigidæ, *ut* nec digitis aliquid comprimere, *nec intra eos aliquod depositum ejicere potuit.*

Hæc, quæ sequuntur, *ad intelligentiam morbi* maxime faciunt.

Nam, *pejorante malo* (ubi malum exacerbatur,) valde cupiunt bibere.

Hujus quidam antagonista *C. L.* de *P. L.* quasi barbariei quoque lau-

ream,

ream ab eo promeriturus, illis phrasibus delectatur:

Cum phthises autem scorbuticæ præ cæteris *furiunt*, eas choream ducere *statumino*.

Ex præmissis *mihi videtur inferre liceat*, ab utero semen virile per vasorum extremitates *absorbetur*, (quod absorbeatur,) vel absorberi.

Latex serosus, qui per lymphatica *peregrinare* debuit, *massæ sanguineæ regurgitat*.

Quapropter a visciosis hisce saburris venæ lacteæ *mesenterio disparent*, sicut in cœlis gelaxia propter densas nubes *interponentes*.

Bilis itaque *sanguini regurgitat*, ex ea cum acidis in sanguine effervescente lenta febris *sequenter* (per consequens,) in tabidis gliscit.

Visceribus vel lymphaticis *insanis* (cur non cerebro? Occurrit, quod de studioso disputaturo narratur, eum nempe commilitonibus per schedulam significasse, disputationem stato tempore habitum non iri, quod Dn. Præses esset *insanus*,) nil, nisi malum, *fit*, (est,) pronunciandum.

Urgente *dyspenea* (dyspnœa,) *ex opiatis, tanquam a peste fugiendum est*. (Opiata, ceu pestis, fugienda.

Si per catharsin alvus fit *subducendus*.

Tussi continua titillante tempore decubitus *insomnis jecit*.

Spiritum vini dies noctesque *siccavit*: id est bibit.

Aquas Epsomenses de die *siccavit*.

Vires indies *labefactabant*.

Indies autem in *pessum* (pejus) *abiit*. Cur non in condylum?

Tanta debilitas, *quod* vires vix ei sufficerent, *ab alia teri* parte ad alteram *sibi movendo*.

Decoctum vice potus communis *instituui*, (substitui.)

Tanta *cum raucedine correptus* erat, *vix ullus vocem illius caperet*.

N. N. vico de Cr. habitans (in vico,) *pro me misit*, (me accersivit.)

Vultus erat pallidus, nec non *tabe universali macerabat* corpus.

Fontanellam in brachio *celebrandam*.

His adhibitis modicum salutis statum recuperavit, & adhuc *muniis solutis obitur*.

Vultus erat *virido-nigrescens*.

Cursum chalybeatum instituimus, (curam chalybeatam præscripsimus.)

Corticis peruviani usu tunc temporis hac in regione vix *lanuginem adepto* (id est, cortice hoc vix in usum vocari cœpto.) Jam, ni fallimur, iste cortex venerabilibus canis superbiet.

Sanguis eductus fuit tantopere spumosus, *haut adhuc similem vidi*;

Ingurgitationem julapiorum refrigerantium, & succorum institui, (id est, sirubos & julapia refrigerantia bibere jussi.)

Vir præ-

Vir præclarus ad medicamenta *veterna*, quasi valentiſſima auxilia *confugiit*. (id eſt, quibus jam ante uſus erat.)

Per vomitum tantum ſanguinis diſpendium paſſa eſt, *vix fuit inter vivos habenda* (ut vix fuerit.)

De *dolore terebranti pulſatili ventriculo* conqueſta eſt.

Chirurgus expertus *apoſtema ventriculo pronuntiavit*.

Iſtis cœlorum plagis hic morbus præcipue graſſatur, *quibus particulis ſalinis atmoſphæra conſtipatur*. (Mira ſane & in audita *conſtipatio*, quam clyſmata nulla ſuſtulerint.

Circa mediam noctem *lecto, quaſi tauro Phalaridis, aufugiit*, &, levaminis cauſſa, per horam unam vel alteram *cathedra prope ignem ſe appoſuit*; appetitus proſtratus erat, & *vix noſocomium Skeleton quoddam magis viſui objiceret. Calore & ſiti immunis fuit.*

Domina ſcorbutica totam fere antiſcorbuticorum *encyclopædiam tentaſſet* (ſic igitur & medicamentorum encyclopædia datur.)

Sanguinis uncias aliquot *e brachio ſumendas* ſuaſi.

Feminis *inſit* (ineſt) fermentum quoddam internum, a pubertate finita ad *ſenectutis uſque lanuginem* (egregie. Cur non etiam a pubertatis canitie?)

Appetitus *diæta cujuslibet obſcena* (ita mulierum picam vocat.)

Methodus medendi, quæ *ſpem* raro aut nunquam *abludit*. (fallit.)

Quibus ſit in animo bolus: (id eſt, cui forma boli magis arridet.)

Suaviſſimus autem, ſi Dîs placet, eſt, quem honoris cauſſa nominare decet, *NICOLAUS* quidam *GRIMBERGH*, *obſervationum Medicarum ſcriptor*. Præter enim, quod medicamenta nonnunquam mirabilia, & inter alia unguentum *ægyptiacum* pro interno uſu præſcribat, lepidiſſimo ſtylo, *epiſtolis obſcurorum virorum*, ſi non anteferendo, tamen æquiparando, utitur. Terſiſſimus ille Danorum *CICERO*, *B. OL. BORRICHIUS* in laudem Auctoris opuſculo præfixit *Epigramma*, ſed tale, quale promeritus eſt ipſe, ſcil. ut ſimiles haberent labra lactucas; quippe, quod a nullo Poëta ſcandi poſſit, & eſt ſequens:

In breve dum vaſtam comprimit Nicolaus artem
Quam ſit vita brevis nos meminiſſe mandat:
Idem tam certa in morbos dum tela miniſtrat,
Quam ſit vita brevis nos meminiſſe vetat.

Cognoſcemus autem *ex ungue Leonem*.

Vir 40. annorum *habebat cephalalgiam flatuloſam* cum *punctoriis doloroſis*.

Fiat *ſirupus* purgans ſemel *uſurpandum*.

Vir 40. annorum *habebat hemicranium*.

Fiat unguentum, quo *pars doloroſa illinanda* eſt.

Habebat cephalalgiam *cum alvo adſtricto*.

Doſin eſt à gutt. xv. ad xx.

Sic

Sic *juvavi*. NB. hoc eſt plurimarum obſervationum epiphonema.

Vir 30 annorum *cruciebatur* miſerrime memoriæ læſione.

Fiat *balſamus veſperi tantum uſurpare*.

Uſurpavit *Spiritum ſequentem membra illinandi*.

Fiat aqua *quotidie cochleare unum uſurpanda*.

Ordinavi *ſequentem Collyrium*.

Fiat gargariſmus *quotidie collum abluendi*. (gargariſmis collum abluere, res plane nova.)

Fiat confectio cordialis, ſemper *magnitudinem nucis juglandis accipere*.

Habebat colicam *cum dolore calculo renum*.

Coque in lacte *vaccina*, & colat. add ſolutionem aluminis *calcionati*.

Externe applicavi *cataplaſmatam*.

In uſu habui balneum *ſequentem*.

Femina 36. annorum *accipiebat vehementer punctoria acria & corroſiva*, in latere dextro, ſub coſtis *notis* (cur non ignotis?)

Vir 38. annorum *accipiebat ulcerationem* putridam in pulmone, cum reſpiratione brevi. (NB. Huic *Ungu. Ægypt.* pro uſu interno ordinatum.)

Mulier 56. annorum *accipiebat* debilitatem artuum, *ne pedes à loco movere poterit*.

Fiat *pulvis quotidie dentes fricandi*.

Applicavi *emplaſtrum ſequentem*.

Puella 26. annorum laboravit cardialgia cum *punctoriis* vehementibus circa *cordem ſuum*.

Miſce & deſtilla *juxta morem Chimicam*.

Fiat aqua, *quotidie orem colluendi*.

Hac mixtura mammis cum pannis *applica*.

Ancilla 20. annorum verſabatur circa culinæ focum, pedes mirum in modum *aqua adurentur*.

Fiat aqua, *qua toti faciei imponatur lintea imbuta, ubi exſiccata fuerit, renovetur imbutis & applicat*.

Virgo 22. annorum *laboravit ædema*.

Longa ſanitas conſtat in hiſce notis, ut *teneamus diætam rectam* & modicam in alimentis & *potis*, & ſingula vice non habeamus tam multa fercula, ut moris eſt, quando unus amicus viſitat alterum.

Sunt aliqui homines, qui interdum interrogant, *qua cauſſa, ut ſic ex ore ſuo fœtent*.

Tandem *corpus totum cum tempore tabeſcitur*.

En Attica bellaria! Non igitur nos ejusmodi Commilitonum pudeat? Enimvero quam illa diſtant a caſca barbarie, qua ſe prioribus ſeculis Medici pæne ſinguli deridendos politioribus propinarunt? quam a ſpurcitie, qua Medicos exagitat *FRISCHLINUS* in *PRISCIANO vapulante*? Et horum ſane Medicorum facile plures occurrunt, quam alii crediderint? Haut ita pridem cum aliquo ſermones miſcebam, qui multa diſcurrebat de ſucco quodam melancholico, qui in *pyloro* hæreret: Alius quidam de *ſale abſinzii* loquebatur; alius narrabat, nuper ab ægroto conſultum fuiſſe, qui à diuretico

vim

vim tantam urinæ eminxerit, ut inde facile potuerit oriri *Diabes*, & quæ sexcenta sunt alia. Delibemus etiam auctores Germanicos. Non eam facimus controversiam nostram, quæ libros Practicos idiomate Germanico conscribi pro scelere habet: Ejusmodi libros qui edunt, & maleferiatis medicastris hac ratione manum commodant, gladiumque eorum, ceu (non furientium, ut multi scribunt, sed,) furentium, manibus ipsi ministrant, qua id conscientia faciant, ipsi viderint. Id modo paucis adducere liceat, (1. Aliquos libros in vernaculam stolidissimo proposito verti, cum, quod facilius in latina intelligantur, tum, quod eorum contenta a linguæ latinæ imperitis, adeoque illiteratis, ceu sublimiora philosophica, plane capi non possint. Cui enim bono *HELMONTIUM*, obscurum per obscurissimum philosophandi genus hominem, lingua vernacula videmus? Cui bono *HIPPOCRATIS aphorismos?* cui bono consimiles alios libros? Hos enim neque pharmacopola, neque Chirurgus aut Balneator quisquam, si vel centies legerit, assequetur; Eruditis vero clarior erit sermo nativus. Certe, per has versiones bonæ horæ pessime prodiguntur. (2. Satagunt aliqui terminos artis germanice reddere, tanta infelicitate, ut numeris platonicis obscuriores sint istæ versiones, immo, si maxime in germanicum idioma vertendi fuissent isti libri, terminos tamen technicos retinere, quam monstrosissima versione deturpare, sicque lectorem, non tam remorari, quam confundere præstitisset. Tales sunt e. gr Germanicæ versiones operum, *OVERKAMPIANORUM*, *STALPARTIANORUM*, *BLANCARDIANORUM*, horumque similium. Et quam monstrosæ sunt observationes Chirurgicæ, alias satis elegantes, *JOBI VAN MEEKREN? Edit. Germ. Norib. 8. 1675.* Ipsa opusculi rubrica versionem ad instar soricis prodit; v. gr. geneeßkünstige Anmerkkungen; ist est, *observationes Medicæ.* Immo, ne in nimium excrescat hic discursus, solos observationum titulos leviter percurramus: Cap. 1. von Hirnschalbrüchen oder Pfann-Wunden: Cap. 2. von einer Eitergeschwulst (abscessus) so im Hokker der Leber gefunden worden (gibba parte hepatis) Cap. 7. von einem Klump Bastart-Fleisch (caro fungosa, s. hypersarcosis) Cap. 8. von einem halbseitischen Haupt-Wehe/ (hemicrania) Cap. 11. von einem Knorpelbeinigten Nasen-Geschwär (polypus narium) Cap. 13. p 119. ein Bastartfleischiges Außgewächse der Nase/ (excrescentia fungosa narium) Cap. 24. von einem Patienten/ der den Urin täglich durch den runzelichten Mast-Darm außgelassen. Cap. 32. von einem Geschwär in dem Hertz-Säkklein / (pericardio) Cap. 43. von Einsenkung des Gallführers / (de insertione poti choledochi) Cap. 46. von einem außgebeulten (prolapso) Darm / so durch den schlaffen Fortsazz des umspannten Fells des Unterbauchs in den Hodensakk geschossen/ (per relaxatum processum peritonæi abdominis) Cap. 52. von einer un-

durchborten Scheide/ (vagina uteri connivens aut imperforata) Cap. 58. von einem schwieligen Röhr-Geschwär am Aftern (fistula ani) p. 506. eine Talk-eiterende Geschwulst (steatoma) ibid. In der Eröffnung dieser Geschwulst haben wir einen weisen Leichnam/ (corpus album) und in demselben wieder einen Leichnam von eben solcher Art befunden ; ibid. Nachdeme nun erstgedachter Leichnam eröffnet wurde/ fanden wir in die 20. runde weise Leichnam in einander gefüget. &c. quid magis ridiculum, quam vocabulum *Corpus* hoc sensu acceptum, germanice vertere Leichnam? & quis non melius intellexisset, si ita vertisset interpres, wir haben 20. corpuscula, oder Gewächslein darinnen gefunden! Jam, si in dicto Auctore consideremus, quam sit mirabilis quorundam medicamentorum in additis receptis (quas vocant) germanica versio, a risu temperare non possumus: v. gr. zugericht/ nicht außgedrukkten Mohn-Saft/ id est, laudanum opiatum. p 95. Interpres valde suavem & ingeniosum se prodidit, ita vertendo :

℞. *Ceruss.* ℨj.
Opii
sarcocoll.
lact. nutrit. aa. ʒiij

Nimm Bleyweiß 2. Loht.
Mohn Häupter Saft,
Sarco-kol oder Fleischleim.
Frauen-Milch jedes 3. Quintl.

Divisit enim in latino quæ conjungenda erant, scil. *sarcocolla lacte nutrita*, hoc est, Fleischleim / so etlichmahl in Milch eingeweicht worden. Ex ignorantia autem bonus interpres pro *lact. nutrit.* legit *lac nutricis*, quo, quid ineptius dici possit? p. 96. Dn D. *SASS* scripsit epistolam ad *JOBUM MEEKERANUM*, eumque sic alloquitur: Vir laboriosissime ; Interpres reddidit : Arbeitsamer Mann: alibi : vir humanissime: Bescheidener Mann : Quis ita germanice scribere solet? P. 119 Diaknizzen-Syrup/ (Sir. Diacnici) Calcinirten und versüßten Todten-Kopf von Kupfer-Wasser (caput mortuum vitrioli calcin. & dulcif. p. 128. Roßmarin-Schuß-Spizlein/Wermuth-Schuß-Spizzlein ; id est, summitates rorismarini & absinthii p. 153.

℞. *Mucag. sem. lin. fœnugr. alth.*
Extr. ex Decoct. ficuum aa. ℨj.

Nimm Leinsamen-Schleim/
Fenugreck oder Bockhorn-Schleim/
Eibischwurz-Schleim.
Extract. ex Decoct.
Feigen jedes 2. Loht.

Quam bella versio ! scire debuisset interpres *mucagines* extrahendas fuisse cum *Decocto ficuum*, ideoque vertendum erat : Mit abgesottenem Feigen-Wasser außgezogen. p 156. Heilig-bitter/ id est, hiera picra Piget plurium. Obsecro per omnem hominum fidem, an balneatores aliique Medicastri, quorum in gratiam hæ versiones adornatæ sunt, talia promtius intelligant, quam inscriptiones *Terra Sigillata TURCICÆ* aut *JAPONICÆ*? Quam vero litterati ad istas versiones nauseant : *Particula*, die

die Teilgen / *particulæ spirituosæ*, die geistigen Teilgen / *massa*, der Mang/ *dentes incisores*, die Schneide-Zähne/ *fermentatio ventriculi*, der Magen-gier /*valvulæ*, die Schlußfallen/*succus pancreaticus*, der Brösele-Saft/*motus peristalticus*, die Darmhafte Bewegung / *succus nerveus*, der Tierliche Saft/ *Spiritus animales*, die Tierliche Geister/ *vena arteriosa & arteria venosa*, die Pulsadrige Blut-Ader / und Blutaderige Pulß-Ader / *ventriculus cordis*, der Herz-Magen; Hæc igitur sufficiant, e quibus in haustum unum commixtis hypercatharsis deleteria facile cieatur. Scilicet, non omnia commode vertuntur in germanicam, veluti, si quis vocabula germanica quælibet in latinum vertere præsumeret, frusta sit acturus. Recordor amici cujusdam, qui Logicam germanice est interpretatus. Initium ejus tale fuit: *Logica*, die Logic, *est ars*, ist eine Kunst / *de re qualibet*, von einer jeden Sache / *bene disputandi*, wol zu Kazzbalgen. Revera si hic risum meretur, merebuntur & illi, qui terminos artis Medicæ, secundum edita a nobis specimina, in linguam nostram vertere sustinebunt. Sic manum de tabula.

Hucusque miscellaneorum Pars Prima.



 Incipit

I. N. J.

ROSINI LENTILII

MISCELLANEORUM MEDICO-PRACTICORUM TRIPARTITORUM

PARS II.

Ejusdem

CUM PARTE PRIORI ARGUMENTI.



ULMÆ,

Impensis Georgii Wilhelmi Kühnii, Bibliopolæ,

Anno M. DC. XCVIII.

S. R. I.

LIBERÆ ET INCLUTÆ REIPUBLICÆ NORDLINGENSIS CONSULIBUS QUINQUEVIRIS AC TOTI ORDINI SENATORIO VIRIS

Illuſtribus, per quam Strenuis, Magnificis,
Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Excellentiſſimis,
Conſultiſſimis, Prudentiſſimis,

Dominis ſuis, Fautoribus atque Patronis,
cultu ſubmiſſo venerandiſſimis,

Dei gratiam, Fidem orthodoxam,

Pacem, Ubertatem, & Felicitatem perpetuam!

VIRI SUMMI
REIP. NORDLINGENSIS
PATRES CONSCRIPTI!



Ecte TACITUS; Unum insatiabiliter parandum, prospera nostri memoria. *Tredecim præterlapsi sunt anni, ex quo,* Physicatu Crailshemensi *in* Brandenburgicis *abdicato*, Civem & Physicum vestro *me gremio excepistis, non excepistis modo, sed & gratioso sinu fovistis. Moriturus eram intra mœnia* vestra, *& contiguus ossibus, desideratissimæ Conjugis*, Stüberidis Eslingatis, *duorumque ex ea susceptorum pignorum, gloriosum futuræ vitæ seculum expectaturus,*

peccaturus, nisi aliter DEO, *rerum humanarum arbitro, visum fuisset. Quo ita disponente, familiam in Sedem Ducalem* WüRTENBERGICAM *tralaturus, impetrata à* Vobis *abeundi licentia, non ante mihi discedendum esse duxi, quam publice testatum fecissem, me inclytæ* Reip. NORDLINGENSI *fidelem & obstrictissimum servum discedere, & quocumque loco fuero, talem, quoad vixero, victurum. Magna sunt* vestra *in me, fateor, merita, quæ me, ut apud* vos *diutius morarer, pellicere merito debebant, præsertim cum signis haut admodum obscuris, animorum* vestrorum *erga me propensionem declaraveritis. De eo solo lætor, prosperam mei memoriam in Urbe* vestra *aliquantillum adhuc perennaturam, nec abitum meum fronte tam hilari exceptum, eique tam votivis acclamationibus adgratulatum iri, quam si* CATILINA *Urbe* ROMA *excessisset. Nam ita apud* vos, *aut mihi blandior? vixi, ut neque* vos *mihi collati, neque me suscepti* Physicatus Nordlingensis, *fortasse pœnitere queat.* Vester *igitur sum, O* Patriæ Secundæ Patres, *absens, tanquam præsens, & occasionem nullam e manibus unquam elabi patiar, quam ad servitia,* vobis *& liberis* vestris *præstanda, nactus fuero. Benevolentiam* vestram, *favorem, patrocinium & alia beneficia, grato sub pectore semper condam, & unicum, quem apud* vos *genui, superstitem* Filium, *ita, si* DEUS *vitam utrique concesserit, educabo, ut, quantum debeat* vobis, *&* Patriæ *suæ dulcissimæ, cognoscat. Ut vero magis per orbem eruditum, quo a* vobis *animo transmigrem, innotescat,* Miscellaneorum horumce tertiam partem, illustribus vestris nominibus *dedicare sum ausus, quam gratiosa, qualem mihi semper obvertere consuevistis, fronte suscipite, vestrique* Lentilii, *hisce char-*

tis monitoribus, memores, quousque placet, vivite, quin & vestro *me*, Filiolumque *meum* Nordlingatem, *usque favore prosequimini.* DEUM *precor, ut* Rempublicam *vestram, &* vos, *ejusdem Antistites, quam diutissime servet incolumes, ut saluberrima* vobis *semper Consilia inspiret, eaque successu beato coronet. Ego vero nuspiam alius vivere morive cupio, quam*

Vobis, Illustres Viri, & inclytæ
Vestræ Reipublicæ,

ex animo deditissimus

Rosinus Lentilius.

ILLUSTRISSIMO

ET

EXCELLENTISSIMO

COMITI ac DOMINO,

DOMINO

HENRICO VVOLFGANGO,

S. R. I. COMITI DE GEYER IN GIEBELSTATT &c.

DOMINO IN GOLDBACH, REINSBRONN, NEUNKIRCHEN, ET INGELSTATT, &c. &c.

DOMINO ET COMITI SUO PERCLEMENTI ET LONGE GRATIOSISSIMO,

ILLUSTRISSIME ET EXCELLENTISSIME COMES,
DOMINE PERQUAM CLEMENS ET LONGE GRATIOSISSIME!



Librorum Dedicationes *a plurimis jam annis pro-pemodum odiosæ fieri cœperunt, eo, quod ut plurimum esse petaces, & vim contractus innominati possidere censeantur. Impulsiva, dicunt aliqui, quibus hoc subtile mendicandi genus palliari solet, frivola sunt, & momenti plane nullius. Quodsi enim* Libro Defensorem *quæras &* Patronum, *arma, quibus malevoli Sanniones hunc istumve scriptorem adoriri solent, fere sunt chartacea, atque sic, ni sui optimus Defensor ipse Scriptor existat, caussa jam cecidit: Nec enim imagineris tibi,* PRINCIPEM virum, *cui librum dedicasti, militem in Tui gratiam, contra litterarium aggressorem esse conscripturum.* Gratitudinem *si prætendas, beneficia, a* Magnatibus *in eruditulum quendam collata, plerumque majora sunt, quam ut per ejusmodi schedas, quæ frequentissime ne quidem, eorum, quibus dedicatæ sunt, intuitum promerentur, par meritis gratitudo rependi queat. Verisimilia prima fronte, quæ contra* dedicationes *afferuntur, apparent, Apparent solum. Primam enim, a* libri patrocinio *petitam, rationem, ut missam faciam, cur* gratitudinis *altera locum non inveniat, perspicere vix valeo. Par pari referre, gratitudo quidem est, sed talis, quæ in hominis plebeji fortunam non cadat. Sin igitur par pari referre nequeas, omnino silendum? Absit.* Gratitudo *parva etiam est* gratitudo, *quæ ingressum apud omnes, idque merito, invenit, qui* in altis resident, & humilia respiciunt. *Quin, si thesauros rependas, tertius interdum, utrum gratus fueris, nec ne, nunquam experitur. Si vero* Magnatum *clementiam, per* Dedicationes *humillimas, in orbem ebuccines, illorum virtutes, volucri fama, per terras & maria disseminantur, & grato te animo fuisse, qui sunt a te quam longissime dissiti, cognoscunt. Tot & tanta sunt,* COMES ILLUSTRISSIME tua, *in me, humillimum Servum, profusa beneficia, ut, sin ea recensere vellem, impar meis viribus opus aggredi tentarem. Nunc per integros septendecim annos thesaurum mihi credidisti, post*

eam, qua apud NUMEN DIVINUM *polles, gratiam, in cariſſimis* tibi *merito habitum*, tuam *dico, &* ILLUSTRISSIMÆ CONJUGIS, valetudinem: *idq; tanta fiducia, ut, quum per aliquot annos in* Aula Cæſarea *morareris, mea, per litteras, conſiliola exquirere dedignatus non fueris, quin & me*, Stutgardiam *transmigrantem, Archiatrum* tibi *manere clementer volueris. Quanta fuerit interea temporis* tua, *erga me, hominem abjectiſſimum, gratia, ſilere & venerari, quam inſufficienti partium enumeratione extenuare, præſtat. Jam in* Tuas, ILLUSTRISSIME COMES, *ubi laudes deſcendere ſuſtinerem, omnes* tuas, *quibus eximiis & oppido raris præfulges, virtutes, uno titulo complexus fuero, ſi* te COMITEM CHRISTIANUM *appellavero. Tanta enim eſt* tua, *tanta* CONJUGIS ILLUSTRISSIMÆ Pietas, *ut, qui* Par *aque* par *in* orbe Imperante *invenire audeat, ni fruſtra laborare velit, olei tamen & operæ vim haut exiguam impendere neceſſe habiturus ſit. Iſtam* pietatem tuam *fideles pediſſequæ*, Fides & Caritas *perpetuo comitantur. Quinimmo, ne* tibi CHRISTIANO COMITI, *quidquam deſit, perſecutionis quoque & odii mundani charactere talem* te *eſſe probas, qualem ſibi non* Mundi, *ſed* DEORUM DEUS, *Imitatorem exoptat. Et, niſi me omnia fallunt,* Te, COMES ILLUSTRISSIME, prolis *ullius* Parentem *nominari* DEUS *noluit, ut, quando vergentem in panoletriam immundum mundum, & ſub cineribus adhuc gliſcentes, brevique, ni* DEUS *ex machina proſpexerit, emorituras pietatis chriſtianæ ſcintillas, pedetentim deficere videmus, nulli potius, quam* Illuſtriſſimorum Parentum *in pietate diſſimiles Filii ac Nepotes e tanto ſanguine prodeant. Deſino plura. Tu potius,* ILLUSTRISSIME COMES, *gratitudinis* Lentilianæ *ſignaculum*, ſecundam *horum* Miſcellaneorum partem, *ſuſcipe, quam* Illuſtriſſimæ tuæ Excellentiæ *dedico; Medicus, uti per hæc plus quam tria luſtra, ita, quoad cordis mucro palpitabit, fidiſſimus* tui *futurus. Sic* DEUS *te ſervet*, O Comis COMES, *cum* ILLUSTRISSIMA CONJUGE, *in ſeros annos;* te, *inquam* CHRISTIANI COMITIS *verum exemplar, donec vitæ, rerumque terrenarum, ſaturatiſſimus,* Sacratiſſimi Palatii cœleſtis COMES PALATINUS, *honore æternum duraturo creere, quod vovet*

ILLUSTRISSIMÆ TUÆ EXCELLENTIÆ,

Medicus fidelis & ſervus
humillimus

ROSINUS LENTILIUS.



Incipit

Miſcellaneorum Pars Secunda.

*
* *

Sternutatio crapulæ Index.



NObilem quendam virum olim novimus, qui ſtrenue pateris ex hauriendis invigilabat, nulla crapulæ nota, Quam vero primum incepiſſet *ſternutare*, quod equidem tunc plus quam vicies & ultra fieri ſolebat, id fuit indicio certiſſimo, eum jam crapulam ſentire, **es war ein Zeichen/ daß er ſeine Ladung hatte.** Id quoque apud alios ſibi viſum Amici teſtabantur. *VVEDEL. de medicam. facult. lib. 2. ſect. 2. cap. 11. Sternutationem Fulgur. microcoſmicum* haut inepte vocat. In ultima peſte *VIENNENSI Anno 1679.* graſſante, *Dn. P. de SORBAIT ſternutationes* multas eſſe ſalutiferas comperit. Cæterum fumo ♀is creberrimas cieri *ſternutationes*, exemplo plane ridiculo, per quod etiam *ſternutantibus* apprecandi ſalutem mos vetuſtus probatur, declarat *APULEIUS aur. aſi. lib. 9. p. m. 158.* **Als Adam vom Wurm erſchaffen ward/ hat er ſich aufgerichtet / einen Nieſer gethan / und geſagt: GOtt ſey gedanckt. Als dieſes die Engel höreten/ ſagten ſie: O Adam/ die Güte Gottes ſey über dir. Schweiggers Alkoran** *lib. 1. cap. 13. p. 55.* Judæi crepitum ventris *ſternutationem* per inferiora vocant, quæ, ſi precanti, accidat, malum, ſin per ſuperiora bonum exiſtat ſignum. *BUXTORF. Synagog. cap. 5. p. 179.* Si quis alicui ſermoni *ſuperſternutaverit*, illud vim habere præſagii, non eſt noſtrorum demum hominum ſuperſtitio, ſed fundatur in *HOMERI ODISSEA lib. 17.* ubi, cum *TELEMACHUS*, recenſente ſubulco *ULYSSIS* poſſibilem reditum, frequenter *ſternutaret*, id bonum omen inſecuturi reditus *PENELOPE* interpretata eſt. **Wann die *TUNQUINESER* ins Feld gehen/ und nur einmal nieſſen/ kehren ſie geſchwind um/ in Meinung/ wann ſie fortgangen/ begegnete ihnen gar gewiß etwas widerwär-**

derwärtiges; Niessen sie aber 2. mal/ so gehen sie mit Freuden fort/ und versehen sich selbigen Tages über keines Bösen. *TAVERNIER Relat. regn. TUNQUIN, Cap. 15.*

* * *

A Terrore Epilepticus.

IN vicinia quidam Theologiæ Studiosus, Juvenis eruditus, & qui jam sæpe de suggestu dixerat, ut in primario templo declamaret, serius, quam ut suæ memoriæ concionem satis imprimere posset, requiritur. Is timidior solito, & quasi attonitus cathedram sacram conscendit, vix orationem exorsus obmutescens. Schedas Tuas, quin expromis, &, quæ concepisti legis, adclamat *Superintendens*? Eas vero miser in sacrario forte reliquerat. Illinc petuntur, porriguntur, legit, & cum se reliqua memoriter dicturum denuo consideret, rursum, idque tertium obmutescit, adeo quidem, ut ne lectioni amplius sufficeret. Adclamante iterum *Superintendente*, ut epilogum adnecteret, ille attonitus toto corpore contremiscere, expallescere, nutare. Commode duo cives ascendunt, qui jamjam supinum, non sine capitis periculo per scalas delapsurum amplexibus excipiunt, inque sacrarium deducunt, ubi totus mutus diu consedit, postea domum delatus, per integrum octiduum epilepticos insultus violentissimos exantlabat. Quod mirum vero, perfecte curatus & Pastor inde ruralis factus etiamnum egregie concionatur. Felicior eventus fuit terroris uxori *CONDEANÆ*, incussicum enim *An. 1567.* Septimum mensem gravida ipso Paschatis die *MURETUM* proficisceretur, & Rustici juxta Luzinon supplicationes per agros celebrarent, ipsiusque nobiles pueri non tantum Cruci reverentiam non exhiberent, sed & rusticos deriderent, saxis in Lectica petita *ex pavore nimio enixa est gemellos* ut est ap. *THUAN. Hist. lib. 29. p. m. 598. a.* Das heisst/ man soll den Bauren ihre Kirchweih lassen. Paroxysmum podagricum in *MELENIANO Duce*, *terrore* sublatum, idem *THUANUS* recenset *lib. XV. p. 311.* *Terroris* effecta graphice depicta vid. ap. *APULEI aur. asin. lib. 10. p. m. 177.*

* * *

Opiatorum in Hydropicis noxa.

TInctor asciticus cum de agrypnia quiritaretur, a Chirurgo, me nil sciente, accepit *theriacæ cœlestis* grana tria cum *laudani opiati* uno grano. Inde fractæ adeo vires vitales, ut triduo post extingueretur. De *opiatorum* noxa in hydrope testantur complures practici, vid. *MOELLENBR. de variis*, it. *WEDEL. de medicam. facult. lib. 2. sect. 2. Cap. 10.* aliosque. Nec propter raritatem phænomeni a me recensentur ista, sed, ut per exempla plura absterriti practici juniores caute procedant, rasores autem ad pelvim suam confideant.

* * *

Podagram repellentibus temere curari.

VIR quidam 55 annorum jam per multos annos podagricus, ita paroxyſmum abigere didicit: *Rapas recentes in taleolas conſcindit, & in aquam frigidiſsimam immergit; has poſtquam artubus dolentibus circumligavit, denique ipſos artus tamdiu infrigidam recondit, donec dolorem abactum ſentiat, quod ut plurimum brevi temporis ſpatio contingere aſſolet*; cum olim per aliquot ſeptimanas, re nulla juvante, miſere tortus, nunc per aliquot vix horas aut dies patiatur. Hoc invento, centum, ſi Dis placet, boum mactatione digno, multum ſibi vir optimus placebat, eventu tali, ut ante ſesquiannum per plus quam ſemeſtre dolores longe atrociores expertus fuerit, cum tanta nervorum reſolutione, ut ſaniſſimus quoque ſibi viſus, pedibus inniti vix valeat, paralyſi totali procul dubio inſecutura.

Capitaneum quendam *podagricum* novimus, qui dolores, anodynis reliquis omnibus exaſperatos, cataplaſmate lenit, *e ſtercore bubulo recenti, cum limo figlino, aceto, & ſale remixto.*

MOLENIANUS Chiliarcha in obſidione *SENENSI podagra* correptus, cum forte fortuna tormentis bellicis ſeſe obſeſſi defenderent, dictusque *MELENIANUS* in caſa quadam decumberet, globus e tormento, advolans, tentoriumque, & propemodum ipſum petens, magnum ipſi *pavorem* incuſſit, quo *pavore* tum temporis paroxyſmus ſolutus. *THUANUS hiſt. lib. 15. p. 311.*

* * *

Scarificatio pectoris infauſta.

MEdicus quidam, poſtquam ex febre maligna decumbenti mulieri ἐν ἀκμῇ conſtitutæ, *pectus ſcarificare* juſſiſſet; eaque paullo poſt interiret, magnum famæ detrimentum eſt paſſus.

* * *

De Eryſipelate quædam.

VIr quidam fide dignus aſſeveravit, ſe frequentiſſime ſublatum *eryſipelas* vidiſſe, amuleto ex lingua vulpina intra *ſcapulas ſuſpenſo*, ſed ita, ut ſexus reſpõderet. Alios vidi aves, quas Gümpel aut Gollen vocant, in hypocauſtis alere, hac fini, ut *eryſipelas* amoliantur. Nonnulli perſuaſum habent, ſi *eryſipelate* correpti, ſuper pedem affectum ſcintillas ignis e chalybe pyritis ope excutiant, ſic enim morbum nunquam rediturum. Conſilio militis cujusdam *Anno 1694.* ruſtica mulier ignem ſacrum pepulit ſequenti amuleto: *Dum ſcrofa caſtrata mactatur, & ſanguis pelvi excipitur, cruor, qui cochleari ligneo, quocum ſanguis effluens, ne concreſcat, agitari ſolet, adhæreſcit; torrefaciendus, & linteo incluſus de collo ſuſpendendus fuit.*

Ad eryſipelas capitis, in ſexu inprimis femineo haud adeo apud nos infrequens, præcavendum, nuper conſuetudo multum

tum invaluit, ut nostri turturum par in hypocaustis alant, magnam in eo fiduciam ponentes; quamvis exiguo cum successu, ni simul in causis amovendis & diætâ præcipuè observanda exactiorem observent. LUCAS præservationem CHROECKIUS D.

* * *

Cæcitas a calce viva oculis inspersa.

ANNO 1688. Heic *NORDLINGÆ* obstetricis cujusdam filio 14. circ. annorum, ab alio quodam petulante puero *calx viva* oculis inspersa, ipseque hinc omnino excœcatus fuit, malo nulla arte sanabili. *Cæcitatem* ab usu *vini generosi* ortam recenset *HILDAN. Cent. 5. obs. 30.* a nimia *sternutatione* idem *Cent. 1. obs. 24.* a *Venæsectione. NIC. FONTAN. Exempl. 10. fol. 48.* a *veneno Tulp. lib. 1. obs. 31.* ab *ictu teli, DEKK. Meth. med. p. m. 111.* zu Genf ist die Jungfrau Dalckenierin / da sie noch nicht recht ein Jahr alt gewesen / aus Unvorsichtigkeit von jemanden allzunah an einen glühheissen Ofen gehalten worden / daß sie gäntzlich um ihr Gesichte kommen / und nur mit dem obern theile des Auges ein wenig einen Schein hat / wann etwas in die Höhe gehalten wird / solches gegen dem Lichte zu unterscheiden. *BURNET* Reißbes. *part. 1. p. 308. HENRICUS LUZENBURGIUS*, Pater *CAROLI BOHEMIÆ REGIS*, etsi captus erat oculis, in hostem tamen *ANGLUM EDUARDUM* pugnavit, sed in prælio succubuit. *Frossard. Hist. lib. 1. p. m. 42.* Hoc erat revera, *ANDABARUM more pugnare.*

* * *

Intemperies Cerebri humida.

CAnonicus quidam *EICHSTETTENSIS L. B. a Pf.* 30. circiter annorum de sequentibus conqueritur:

Von vielen Jahren / und bis dahero ein sehr beschwerliches Ohren-Sausen.

Nun ist auch vor einer geraumen Zeit darzu kommen / das insupportable Spannen der Schläffe / worbey auch das Kopfwehe / neben einem sehr starken Hirnreissen.

Leide dabey ziemlich an dem Schwindel / ja / so gar / wann ich mit Leuten / oder sie mit mir reden / zum öfftern gantz durmlich / und alles mit mir herumgehet.

Die memorie wird mir durch diesen schlimmen Zustand ziemlich geschwächet / auch dessentwegen in etwas an den Augen leide / und in etwas das Gesicht schwächet / zum öfftern / als wann Nebel vor dem Gesichte wären rc.

Resolutio,

Hochwürdiger / Wolgebohrner rc.

SO viel alle / theils von Ewer Hochwürd. und Gnaden beschriebene

schriebene/ theils von mir mündlich außgeforschte/ genau überlegte Umstände zu erkennen geben/ so ist der Zustand/ mit welchem sie nun so geraume Zeit behaftet/ eine intemperies cerebri humida, oder übermässige Hirnfeuchte/ und ein Ansazz zu einem hydrocephalo interno, oder vielmehr hydrope cerebri, oder Gehirn-Wassersucht. Ew. Hochw. und Gnaden sind von Natur eines phlegmatischen Temperaments/ zu Flüssen geneigt/ und eines etwas feucht und kalten Gehirns. Solche Feuchtigkeit im Gehirn/ welche nicht im Geblühte selbsten/ auch in keiner Materie oder Eiter/ sondern blos im Sero oder Blut-Wasser bestehet/ kan sich mittler Zeit durch viele estrapazzen und Aufhalten in kalt und feuchter Luft/ feuchten verdumpfenen Gemächern/ sonderlich Schlaff-Zimmern/ und/ da etwa das Haupt/ nicht jedesmal mit einer guten Nachthaube wol verwahret gewesen/ it. durch einige starke excesse im Trinken/ vermehret haben/ daß nunmehr allmählig sich eine zimliche Quantität/ solcher wässerigter Feuchtigkeit/ sowol in denen Hirnhölen/ als zwischen beyden Hirnhäutlein oder meningibus gesammlet hat/ wodurch die medullose Substanz, wie auch die Nerven des Gehirns/ sonderlich die jenige/ so zu den Ohren und Augen gehen/ zuviel angefeuchtet und gedrukket werden/ daß kein genugsamer noch rein subtiler Einfluß der animalischen Geister durch dieselbe geschehen kan: Woraus dann alle die jenige Zufälle leichtlich zu deduciren/ mit welchen Ewer Hochw. und Gnaden sich beschweret finden. Massen dann das bereits so lang taurende Ohrensaussen nirgend anders herrühret/ als von einer beschwerlichen Feuchtigkeit/ die mit den animalischen Geistern/ vermittelst der Nerven/ zu dem Gehörhäutlein tympanum genandt/ geführet wird/ und dasselbe gantz schlaff machet/ daß die daran stossende Luft sich nicht so bald wieder abstossen oder zurükk prallen kan/ sondern/ an gedachtem Häutlein um dessen Feuchte willen/ haften bleibet. Das insupportable Spannen aber in den Schläffen/ kommt von einer spasmodischen/ oder Gichterischen contractur der Nerven und Senn-Adern/ welche unter den Schläffen lauffen/ indem diese Feuchtigkeit des Gehirns auch eine ziemliche Schärfe/ wie alle solche stagnirende Feuchtigkeiten/ welche ihre freye Bewegung nicht haben/ sondern an einem Orte lang still ligen müssen/ an sich zu nehmen pflegen/ bey sich führet/ von welcher Schärfe dann ged. Nerven gepfezzet und angebissen werden. die/ um ihrer Entfindlichkeit willen/ sich alsdann zusammen zihen/ und durch dieses Zusammenzihen ein Spannen verursachen/ welches an den Schläffen mehr/ als anderstwo an fleischigten theilen gespühret wird/ weil die Haut daselbst gar zu blos und dünn auf dem Schlaffbein aufligt. Gleiche Bewandniß hat es mit dem Kopf-

Schmertzen / und Reissen deß Gehirns / nemlich / die Schärffe derselben Feuchtigkeit greiffet die überauß empfindliche Hirn-Häutlein / dura & pia mater genannt / an / daher dann der Schmertzen entstehet: Der Schwindel aber findet sich / weil die Animalischen Spiritus mit solchem Gewässer zu viel angefeuchtet / gleichsam schwer werden / daß sie sich nicht ea promtitudine, oder / mit solcher Fertigkeit und Ordnung / in den Gesichts-Nerven bewegen können. Wie dann auch ferner nicht anders seyn kan / als daß die *Memoria* geschwächet werden muß / weil / der gemeiner Sententia Medicorum nach / Memoria habitat in sicco, und / je feuchter das Gehirn / je schlechter die Memoria, weil die Species durch die Feuchtigkeit / in den Behältnüssen der Memoriæ, gleichsam als durch einen Schwamm außgewischet / und vertilget werden. Das Gesicht wird geschwächet / und ist gleichsam ein Nebel vor den Augen / weil die Gesichts-Nerven von dem Gewässer / wiewol nicht gantz / (sonst konte man gar nicht sehen /) zusammen gedrucket werden / daß die Animalischen Geister / nicht in solcher Quantität und Reinigkeit / als zu Illustrirung deß Aug-Apffels vonnöthen / zugeführet werden. Und dieses alles ist nicht jederweilen in gleicher Vehemenz vorhanden / sondern nur / wann etwa zu gewissen Zeiten solche wässerichte Feuchtigkeit sich im Gehirne mehr hin und her beweget / davon dann diese Zustände rege werden / biß sich gedachte Feuchtigkeit wieder in etwas gesetzet / und zu Ruhe begeben.

Dieser Zustand nun ist in Wahrheit besorglich / und kan viel Unheil nach sich ziehen. Wann sich die wässerichte Feuchtigkeit nach und nach vermehret / die Spatia im Gehirn mehr und mehr einnimmt / die Nerven besser zusammen drucket / pfetzet und beisset / so ist zu beförchten / daß Ew. Hochw. und Gn. allmählich um Gesicht / Gehör und Gedächtnüß kommen / auch nicht mehr aufrecht stehen können möchten / sondern / als ein Trunckener / hin und wider wancken / und sich anhalten müssen. Ja / wann solche in die innerste Concamerationes deß Gehirns eindringet / gegen das Principium der Nerven und Ruckgrad-Marcks / so wird sich erstlich ein starckes Spannen deß Genicks finden / und ein darauf erfolgender völliger Schlag-Fluß kaum zu entgehen seyn.

Solchem Unheil aber vorzukommen / wird höchst nöthig seyn / daß man dahin trachte / wie das Gehirn dieser wässerichten Feuchtigkeit entlediget / in etwas außgetrucknet / und gestärcket werde:

werde: welches zu effectuiren / unterschiedliche Manieren in der Praxi vorfallen. Die Purgationes allein thun es nicht. Dann ob wol durch diese das Gewässer einiger massen auß dem Gehirne zu bringen/ können sie doch nicht nur allein nicht hindern / daß kein anderes Wasser darinnen generiret werde / sondern/ man müsse sie auch gar offt und viel gebrauchen/ dadurch dann nothwendig der Magen geschwächet / und der übrige Leib gar zu sehr außgetrucknet würde. Mit Aderlassen ist noch weniger zu richten/ (wiewol es anderer Ursachen halber dannoch zu seinen Zeiten nicht zu unterlassen /) weil der Fehler nicht in sanguine stricte sic dicto, sondern in sero, oder im Blut-Wasser bestehet. Schweiß-bringende Artzneyen thun auch viel zu Außführung der wässerichten Feuchtigkeiten; so viel sie aber etwa dem Haupte nutzen dörfften / so viel würden sie der Leber schaden / die Galle verschärffen / die Gedärme erhitzen und außtrocknen / und das so genannte Humidum radicale verzehren. Gleiches ist von den Harn-treibenden Mitteln zu sagen. Die s. v. Speichel-ziehende Artzneyen / Schnupff-Taback / ꝛc. thun ebenermassen das ihrige / sind aber nicht zulänglich / wie dann ein gleiches von denen Vesicatoriis, Schnur-ziehen und Fontanellen zu sagen: Welche Arten das übrige Gewässer / so wol in specie auß dem Kopffe / als in genere, auß dem gantzen Leibe zu führen / zwar alle nicht wenig beytragen / indem sie doch immer von der Materie etwas entziehen / die dem Gehirne sonst in grösserer Menge zufliessen würde; was aber allbereit im Gehirne vorhanden/vermögen sie nicht/ der Genüge nach/abzuzapffen. Noch ist übrig eine Methode von dem berühmten alten Herrn D. Wepfer erdacht / welche hierinn bestehet / daß ein Vesicatorium über den gantzen Kopff gezogen werde / dabey man sich folgender massen zu verhalten. (1. Zu Außreinigung deß Leibes / belieben Ew. Hochw. und Gn. von folgendem Kräuter-Wein Morgens früh ein halb Viertelein warmlecht zu trincken; wird jedesmahl etwas 2. gelinde Sedes verursachen. Hiemit wird der Leib zur künfftigen Cur præpariret:

℞. *Rad. gramin. bryon.*
helen aristol. rot. ver. aa. ℥ß.
cort. lign. sanct. ℥j.
herb. chamædr. majoran. beton. aa. mj.
sem. fœnic. ℥ij.
passul. min. fol. senn. s. s. aa. ℥ß.
cass. lign. Zinzib. ⊖ *tartar. i. aa.* ℥j.
Conc.

Conc. cont. coq. vas. claus. per 3. horas in vini alb. & ▽. font. aa. ℔iij. Colat. D.

(2. Nach abgetrunckenem Kräuter-Wein nehmen dieselbe von den Haupt-stärckenden Pülverlein alle Morgen früh / um 7. und Nachmittag / um 3. Uhr eines in warmer Suppen-Brüh / und fasten darauf / biß zur Mahlzeit:

℞. ♁. *diaphor.* ℥ß.
CC. philos. ppt. Coral. r. ppt.
unicorn. fossil. ♁. *nativ. aa.* ʒj.
Sacch. alb ℥j. ⚘. *cinnam. gtt. ij.*
M. F. ♀ *subt. divid. in XXIV. p. equ.*

(3. Sie lassen sich alle Haare vom Haupte glatt wegscheren / hernach nur von dem gemeinem / in allen Apotecken befindlichem Vesicatori-Pflaster / (nicht aber einem Teig / wie theils Barbierer haben /) auf ein zart Leder / eines Feder-Kielen dick so viel aufstreichen / auch das Leder darnach schneiden / daß es den gantzen Kopff / so weit / als Haare gestanden / wie ein Häublein bedeckt. Wobey man dann zweyerley in Acht zu nehmen / erstlich / daß es fest anlige / und nicht weichen könne / so mit einer umgebundenen Laß-Binde / oder anderer Bandage, zu bewerckstelligen: (2. Daß das Pflaster keinen Theil der Haut erreiche / worauf kein Haar gestanden / weil es daselbst Bläsen ziehet. Wann nun dieses Pflaster 10. Stunde gelegen / so nehme man es weg / und trockne den Kopff mit einem warmen weichen Tüchlein wol ab / täglich dreymahl / und verbinde ihn allemahl mit einem Kraut-Blate und frischer Butter / oder anders / &c. wie man sonsten ein Vesicatorium zu verbinden pfleget / so lang / biß man spüret / daß kein Wasser mehr außrinne: Nach diesem lege man das Pflaster nochmahls über / und dieses zum drittenmahl / und procedire allemahl auf gleiche Weise / so werden sich / vermittelst Göttlicher Gnade / die üble Zufälle verziehen; wie man dann zwischen der Zeit / wegen eines und deß andern / Bericht thun kan.

Weil aber das Gehirn theils von Natur feucht / theils durch langwührigkeit deß Zustandes / bereits also geschwächet / daß der Character in demselben / welcher hierinnen bestehet / daß dasselbe immer mehr Wässerigkeit / als nütze ist / generiret / schwerlich gantz außzutilgen; Als ist / præservationis loco, zu rathen / daß Ew. Hochw. und Gn. künfftighin die Haupt-reinigende Pilulen / so hiernach gesetzt / alle Monat / 2. oder 3. Tage vor dem Vollmond / früh Morgens / worinnen ihnen beliebig / einnehmen. Werden 4. biß 5. Sedes machen / und dazu dienen /

dienen / daß sich die Feuchtigkeit im Gehirn nimmer so gar starck häuffen könne / sondern von Zeiten zu Zeiten verringert werde:

℞. *Extr. cathol. Mercur.* ij *dulc. aa.* ℈j.
ol. majoran. dest. gtt. ij.
F. pil. n. XXV.

Damit aber auch dem sehr beschwerlichen Ohrensaussen in etwas begegnet werde / halte ich für das rathsamste / folgendes Mittel zu gebrauchen: Man nehme rothen Wein ein Viertelein / lasse darinnen bey dem Feuer gestossene Wurtz-Nägelein ein Quintlein / und 15 Gran Campffer / eine halbe Stunde lang aufwallen / seihe es hernach durch / und lasse Morgens früh / und Nachts um Schlaffens-Zeit ein zusammen gedrehtes zartes Tüchlein damit warm netzen / und deß Tages eine gute halbe Stunde lang in beyde Ohren stecken / über Nacht aber darinnen bleiben. Sonst aber zum Schwindel / Kopff-Wehe / Spannen der Schläffe / Gesichts-Blödigkeit / rathe ich nicht viel äusserliche Sachen zu gebrauchen.

Was letztlich das Baden und Sauer-Brunnen-Wasser betrifft / so kan zwar keines / sonderlich das Mernscheiner-Bad / nicht tadeln; allein halte für rathsam / keines Cur-weise / sondern nur gleichsam par negligence, zu gebrauchen / weil sie dem Hauptwercke wenig helffen / und ein Bad Cur-weise gebraucht / den Leib zu sehr außdrucknen; der Sauer-Brunnen aber Cur-weise getruncken / das Gehirne noch mehr anfeuchten würde / wiewol dieser letzte / ratione mali hypochondriaci, sonst sehr verträglich wäre. In der Diæt werden sich Ew. Hochw. und Gn. Zeit währender Cur und extra eam von selbsten zu portiren / und hierinnen anderer Medicorum Verordnung nachzuleben wissen.

Der höchste GOTT aber wolle zu bevorstehender Cur sein Göttliches Gedeihen in Gnaden verleyhen / daß hierauf gute und beständige Gesundheit erfolgen möge; welches von Hertzen wünschet / und anbey sich zu beharzlichen Gnaden unterthänigst recommendiret

Ew. Hochw. und Gn.

unterthäniger Diener /

Rosinus Lentilius.

Nördlingen / den 12. *Junii*. 1696.

* * *

Hydrops Ascites.

D. 7. Jan. 1697. ad me litteras exaravit *Excell. Dn. D. L. A I B*, *Physicus Reip.*

Reip. DINKELSBüHLENSIS, nomine sui Dn. *Collegæ Excell. Dn. D. WALCHII*, quarum hæc erat sententia: Conqueritur Dn. Collega meus inde a quatuordecim diebus de tussi fera, nimiaque ad somnum propensione, appetitu tamen sic satis integro, alvoque cottidie respondente. Quod vero medicamentorum usui affectus cedere nolit, quinimmo Scrotum tumere incipiat, & metus adsit ingruentis forte hydropiseos, eo magis, quod urina hodie lixiviali colore rutilans primum sit observata, tuum ut Consilium per litteras exquirerem ipse rogavit. Alvus ipsi per catharses a cunabulis difficulter mobilis, quippe, qui hodie, sine ejus ulla turbatione, *magisteriorum gialapii* ℈j. *& scammon. gr.v.* adsumserit. Nunc in crastinum denuo *catharticum*, inde vero, diebus alternis; *lixivium diureticum* haurire constituit, Propensioni itidem ad somnum *spiritum salis armoniaci tincturæ castorei* sociatum oppositurus, *Vesicatorium* nuchæ destinavit, & intestina quotidie *clysmatibus* eluit. Quærit igitur, num istis medicamentis insistere commodum, an vero methodum quadamtenus immutandam esse censeas, &c.

Responsio.

Præviis &c. Tametsi duo ejusmodi expertissimi Medici Consiliolis meis quam commodissime carere posse videantur, quod tamen animi mei sensa explorare minus vanum existimetis, ea candide vobis propalare nil quidquam detrectabo. Morbum suspicor *ascitem* jam forte in corpore diu latitantem hostem intestinum. *Qui sunt obeso corpore*, quali est satis vasto Dn. *Collega*, *sæpè tam infelices existunt, ut, sub obesitatis Conopæo,* hydrops ascites *intra eorum viscera semet occultet, sic ut etiam* asthma, *quo cum conflictantur, abdomini suo acceptum ferre soleant,* quod tamen latentis morbi symptoma utplurimum est, qui ab obesioribus negligitur, donec per alia signa in apricum denique prodeat, unde haut raro perit rei bene & ex methodo gerendæ occasio. Idem Dn. Patienti obtigisse suadet (1. *Asthma*, quod in eo jamdudum, & tale quidem observavi, cujus emphasis a sola pinguedine mihi deduci posse non videbatur. (2. *Tussis*, quæ, uti hoc tempore epidemia esse potest, ita familiarissimum hydropicis accidens habetur. (3. *Tumor Scroti*, qui non ascitici mali Candidatis, sed iis demum, qui jam altius provecti sunt, obtingere assolet. (4. *Propensio ad somnum*, hisce morbis propterea non infrequens, quod spiritus animales per aquarum diluvia fatuentur. (5. *Urina lixiviosa*. Et quamvis de *pedum tumore*, ac *siti* nulla mentio, adesse tamen nihil dubito. Bona signa sunt *appetitus firmus* & *alvus libera*, quæ robur viscerum adhuc mediocre indicant. Quoad curam, ea mihi methodus ineunda videtur, quæ aqualiculo quantocyus exhauriendo invigilat, ne viscera, diutius, quam par

 fit, aquis

sit, aquis innatantia, vitium postliminio quasi capiant, quo semel contracto, morbus rarissime, saltem cum metu recidivæ, curatur. Proinde *hydragoga*, si non alternis, certe tertio quolibet die repetenda, stomacho cumprimis adhuc valido. Ea vero hydropici δραστικὰ sibi petunt, ni frustra laborare velis. Quum itaque Dn. Collega per se & ex sua Natura difficulter moveatur, quod resinarum purgantium tanta dosis in eo requieverit, non miror. Me suasore sequentibus *pilulis* (quorum effectus mihi fere semper faustus exstitit.) aliquoties utemini:

℞. *Extr. esul. gr.* Xviij.
elater. gr. iij.
magist. gumm. gutt. gr. iiij.
F. *pil. n. XX. pro una dosi.*

Immo vero, si hæ non 10. ad 16. Sedes moveant, *elaterium* in Substantia propinandum arbitror. *Hydrops enim est Rusticus, & aulicam civilitatem repudiat.* Quod si *purgantia* sint leniora, & rarius exhibeantur, in istis intervallis plus aquæ denuo in abdomine colligitur, quam per istud purgans exantlatum fuerat, ægri frustra vexantur, nec roborantium tonicorum ullus est usus, quamdiu viscera diluviis inundantur. Legesis *MALPIGHII tr. de Oment. Op. part.* ij. *p. m.* 232. Quod autem ab *hydropicis purgantia* validiora requirantur, partim ab inertia sanguinis, ad fermentationem non facile ciendi, partim a glutinositate lymphæ difficulter mobilis derivandum. A *lixiviis* effectus vidi longe præsentissimos; & quamvis contra methodum agi videatur, ut materia morbifica per locum affectum, id est, aqua in scroti tumore, per diuretica, expellatur, hoc tamen non obstante, &, quod viscera adhuc satis valeant; *lixivium ex cineribus rad. bryon. herb. absinth. fol. persicar. & lign. juniper. cum vino albo paratum*, diebusque a *purgatione* vacuis, mane & pomeridie, ad ℥iiij. haustum, non improbaverim. Quid si hujus una dosis quindecim *spiritus salis armoniaci* guttulis semper augeretur, numquid efficacius lixivium æstimetur? Quid vero, si scroti tumor hinc non subsideat, immo potius crescat? Ego certe tunc ipsummet scrotum caute aperiendum esse cultro velim. Id mihi ante annum in Religioso quodam *KEYSERSHEIMENSI* feliciter cessit. *Gangrena* elotione vulnusculorum cum 🜄 *camphorato* avertitur. Aqualiculo probe exhausto, ad tonum viscerum roborandum fibrasque firmandas erit usus diuturnus *pulveris*, bis in die ad ʒß. ex jure hauriendi:

℞. *Ras. lign. sassafr. Guajac.*
cort. fraxin. rad. gentian.
🜃. *catech. aa.* ʒj. *croc.* ♂. *adstr.* ʒiß.
milleped. ppt. ʒij. ⊖. *stip. fabar.* ℈ij.
sacch. ℥j. M. F. ♀.

Propensio

Propensio ad somnum peculiaria sibi non poscit. *Vesicatoria* hic minus congrua. Spiritus animales amant lixiviosa; *Lixivium diureticum*, præcipue viribus *spiritus salis armoniaci* auctum, isti quoque dormituritioni contraibit, & cerebro a lymphæ superfluitate liberato, dicti spiritus, in libertatem adserti, promtius vigilabunt.

* * *

Ischiatica Passio.

Non possum non commendare in *ischiaticis* doloribus summis, etiam, ubi jam particularis *atrophia* cum coxendicem, tum & pedes occupavit, immo, in qualibet id generis *atrophia* particulari (in Schwindung der Glieder.) *Arcanum FEL. WüRZII*, quod describit in sua *Practica* der Wund-Artzney / *Part. 3. cap. 22. p. m. 641. f.* & est tale: ℞. *Alum rochæ* (*plumosum* alii accipiunt, quale quoque Auctor indigitare videtur his verbis: Ich meyne nicht den rauhen / scharffen / und sehr stechenden / sondern den milden / linden und zarten Alaun / der also auß seiner Erde genommen wird.) ℥iiij. ⊖ *fusi subtiliss. trit.* ℔j. *p. m. Mixta induntur crucibulo, & probe lutata committuntur △i reverberii ad 12. horas, ut omnia candescant. Refrigeratis sponte omnibus materiam in crucibulo repertam solve in aq. font. mens.* iiij. *Quod ad fundum præcipitatur, nec in ▽ solvitur, hac decantata exsicca: aqua calefacta perfricato locum dolentem cum femore toto; pulverem autem præcipitatum commisce cum ☋ lauri, ut adquirat consistentiam unguenti, quo itidem inungatur pars affecta, semel in die per dies viginti.* Et quamvis Auctor *Balneum* certum, *decoctumque* pro potu addat, quod *loc. cit.* p. 643. videre licet: Ego tamen istis solis medicamentis hactenus aliquoties feliciter utor, quin alios usurpasse cum fructu vidi, etiam in leniendis doloribus *arthriticis*. Puella decem annorum horrendissimis doloribus *Ischiaticis* subito correpta unica perfricatione istius *lixivii* convaluit, ut altera die sine impedimento per viarum strata mearet. Chirurgus quidam 45. circiter annorum *podagricos*, quibuscum per 3. septimanas antea afflictus fuerat, dolores eodem *lixivio* confestim abegit.

* * *

Melancholicorum varia deliria.

Eorum, cum pleni sint omnes libri, varietas tamen delectat. Mulier quædam circiter 50. annorum per plus quam tres menses delira omnes liquores, qui ipsi offerebantur, præcipue autem *vinum*, pronunciabat esse *sanguinem CHRISTI*, quem ideo linteis exceptum naribus adstantium offerebat: Dicebat se esse mulierem istam parturientem *apocalypticam*, & Draconem jam expectare, partum, ut infantem devorare posset. Alius Juvenis sibi imaginabatur, quod cum puella quadam *Monacensi* conjugium stipulatus esset, ad matrimonii consummationem

tionem eo profecturus, nisi vi cohibitus fuisset. Subornatus hic tabellarius cum epistola & supparo lugubri, quibus mors amasiæ nunciabatur, hominem sibi restituit. Alia persona illustris duorum Medicorum ope utebatur, quorum alterum credebat esse *DEUM Patrem*, alterum *DEUM filium*, hosque, ubi videret, προσκυνῆς adorabat, quin aliquoties cogere volebat, ut vita defunctos quosdam viros resuscitarent. Alius quidam Ludimoderator omnia in toto Mundo, *DEUM* ipsum, seipsum & quosvis alios homines, immo quæcunque oculis obversarentur, omnia, inquam, mera esse phantasmata, & omnino *Nihil*, asserebat: Interrogantibus, annon per tot annos fuisset Ludimoderator? respondebat, sibi quidem & aliis ita visum fuisse, sed revera se nunquam vixisse, nunquam in rerum natura fuisse, nunquam docuisse, comedisse, bibisse, prolem genuisse. Objectantibus, id comparative ad summum *DEUM*, qui sit omnia in omnibus, acceptum ita se revera habere, perstitit tamen, &, me sciente, adhuc dum persistit in ea opinione, etiam nullam esse rerum ullarum essentiam, adeoque *Omnia nihil.* Et hi omnes erant sine *febre*, tertia autem persona *furore*, ut circumstantiæ innuunt, *uterino* laborabat, e consortio τῶν τριβάδων. Aliud unum adhuc addo, de muliere quadam, quæ omnia sua se Judæis debere somniabat; Hæc ficto quodam sui Principis decreto, quod eam ab omni debito absolvebat, sanæ menti reddebatur.

* * *

Epilepsiæ infantilis antidoron.

Quum infantum illa pestis, *epilepsia*, tam immaniter, his præcipue in locis, in misellos grassari soleat, & multa, excogitatissima quoque remedia, frustra passim adhibeantur, eo curatius in *euporista* varia & *empirica*, medicamenta vulgus inquirit, præcipue talia, quæ infanti demum nato propinata *convulsiones* arcere valeant. Horum autem circumferuntur bene multa, inter quæ admodum nuper mihi sequens commendatum, ea, qua fide accepi, communico. Mulier paullo ante partum comedat *mustelam fluviatilem* coctam integram; *Spinam* vero cum reliquis *ossibus* tostam & in *pollinem* comminutam infanti recens nato successive præbeat cum lacte, quoad omnis consumta sit, nec *epilepticis* unquam insultibus corripietur. Illustriss. quidam *Comes* aliquot liberos per hanc pestem amisit, a *Capucino* denique hoc *euporiston* edoctus jam aliquot liberos viventes cum gaudio intuetur. *Spinam mustela fluviatilis* jam ante complures annos ad *epilepsiam* commentari legimus, quin &, quantum recordamur, *specificum epilepticum D. MICHAELIS* uno ingredienti auget.

* * *

Cervisia calida juxta & frigida tussim excitat.

Hoc anno 1697. *Tusses ferinæ epidemicæ* nostris in oris grassabantur, quarum plurimas abegi tantillo *belenii* cum *cervisia* decocto, admixta *portione mellis* aut solius, aut *rosarum* virtutibus medicati. Sorbebant haustum mane noctuque, quam poterant, calidissime, & postridie clarum loquebantur, qui ante non nisi mutire valebant. Plurimi *tussim frigidis* aut aquæ aut cervisiæ *potibus* accersebant, *calidis*, quod dictum, fugabant. Inter alios me consultum iverat quidam, qui ab unico potu cervisiæ ad fornacem calfactæ *raucedinem* ac *tussim* sibi contraxerat. Idque plures ante multos retro annos mihi conquestos esse recordor, se nempe a cervisiæ frigidissimæ potu nil mali sentire, catarrhis autem illico tentari, *raucedine* cumprimis ac *tussi*, quoties eam ad fornacem excalfactam potarent. Quæ subsit ratio, disquiri meretur. Nobis equidem jamjam non vacat.

Cervisia ad fornacem dum calefit, novam fermentationem, qua de innumeræ bullulæ, instar spumæ albicantis superficiem obtegentes testantur, subiens, latentiaque ita acidiuscula spicula exserens, faucium partes membranosas, præsertim frigido aliàs potu allui adsuetas, pungendo & quasi inflammando, raucedinem atque tussem excitare posse, mihi videtur. Quamvis etiam, si acescentia mistam abesse, aut saltem nocere haud posse, ponamus, præsens ibi locorum, in epidemica aëris constitutione, major lymphæ quantitas, à potu calido concitari in motum queat, ut copiosiori ac rapidiori agmine partes istas inundet, distendat, adfectusque hos ita producat.

(*L. Schröck.*)

* * *

Puerperas haut raro nimium laute haberi.

Paupercŭlas mulieres frequenter per sua puerperia ditioribus longe melius valere cernimus. Caussam utplurimum haut aliam accusare queas, quam, quod hæ laute nimis habeantur. Convenit his, primis præcipue diebus, tenuior victus, quod sanguis fere nunquam non majore, quam pro modulo, copia profusus, vires debilitet, spiritus depauperet, unde stomachi robur infractum cibis multis digerendis impar existens gravitatis pressusque molestiam inducit. Adde quod sint ad *febres*, illas præcipue *lactarias*, multum proclives. Cernas autem opulentiores tam opipare plerumque pasci, ut *sybaritice* victitare dici queant. Nec vero considerandus earum cibus ratione quanti molis, sed virtutis: sunt scilicet ista *caponum jusçula*, aliave *consummata*, tot *panatellæ*, *pultes*, *amydalata*, *gelatinæ*, ut, si rationem ducas, intra nycthemeri spatium

tium nutricatu lautiore tractentur, puam coquus in principis culina. Mater illustris primipara haut ita pridem saginam istam non parvo sui periculo luere cogebatur: Quum demum peperisset, de re nulla conquerebatur, viribus haut leviter pollens, *lactis* affluxu, *lochiorum* profluxu rite habentibus, affligi paullatim cœpit, appetitus languere, stomachus dolere, lassitudo oriri, pressio circum præcordia sentiri, spiritus moleste duci, febricula ingruere. Medicus adducitur. Socrus interrogata de primiparæ victu, eheu, inquit, nesciam profecto, utrum princeps mulier sollicita magis cura refici queat, ita per singulas propemodum horas exquisitissimis eduliis, quorum maxime succulentorum simul catalogum recensebat, meam nurum, mihi quippe carissimam, hactenus pavi, nec tamen ullo modo viribus quidquam profecit, ut indies potius reficere magis videatur. Cui bono, Medicus inquit, ista sagina? subtrahendum victui, in forte nimium benefaciendo pessime cum nuru tua agere malis imprudens mulier. Quod cum socrus fecisset, puerpera viribus paullatim collectis sanitati reddebatur.

* * *

Circa negotium coitus, & lithiasin, quæstiones propositæ A. 1690. mens. August.

(1. An *calculus renum* impedire queat *ejaculationem seminis*, &, si hoc, num *expellentia* solum, an *confortantia* (renum) solum, an ambo simul adhibenda, & quænam sive hæc, sive ista, præcipua?

(2. Quid, si contingat, ut ante congressum maritalem penis equidem rigeat ac distendatur, at talis non permaneat, sed ante seminis immissionem flaccidus fiat, & in uteri saltem collum immitatur, immo extra tantummodo, titillatione solum percepta effundatur (nullum alium ob finem, quam, ne retentio seminis majora afferat incommoda) quibusnam sive *medicamentis* sive *alimentis* pristinæ Naturæ vires restitui queant!

(3. Quomodo semen tenue, ac instar seri aquosius redditum, condensari vel incrassari queat, ut perfectius excoquatur & spirituosius, ut fieri debet, evadat?

(4. Quid? si accidat, ut congressurus semen haut lactis similitudine, sed modo fuscum, modo cruentum, immo sanguinem purum loco seminis semel, cum titillatione itidem emittat, hoc tamen mox iterum in fuscum, vel luteum degeneret colorem, quibus mediis *facultati seminificatrici* debilitatæ succurrendum?

(5. An, & quænam *signa* denominari possint *diagnostica* ejusmodi Affectuum originem? an nimirum illi ex naturæ enervatæ infirmitate, (cujus tempus præterpropter, quando nempe locum ætate gravescente inveniat, desideratur,) an *Diabolica* Φαρμακευ-

τέιας

τρία ortum trahant, concernentia, & hæc ab illis fecernentia? &c.

Responsio.

Calculus renum seminis ejaculationem impedire vix potest, etiamsi grandior. *Calculosos* ad venerem alacrius non invitari tantum, verum & generare fecundius per experientiam docemur, quod insit illis serum acre, salinum, stimulans. Nil renibus negotii cum spermatopœia, longe minus cum vasis ejaculatoriis. Dolor *calculi* renalis nimium intensus forte coitus voluptatem minuere, ejusque actum remorari queat, sed idem & alii dolores efficiunt. *Calculus* vesicæ forte quid impediat, quamvis neque hoc, si structuram τῶν ἀπεράκτων spectemus, satis explicari possit. Quod igitur ad prius quæstionis membrum negative respondere cogamur, ad alterum seu posterius simul, quod sufficit, respondimus, nimirum hic neque *confortantibus*, neque *expellentibus*, neque utrisque opus esse, nec ea propterea determinari debere.

(2. Hæc *medicamenta* pro caussarum ratione variant. Vel enim erectio penis a seminis vitio in quantitate & qualitate; ejus nempe paucitate & aquositate; vel a spirituum animalium torpore, vel musculorum penis *totali*, aut *semiparalysi*, vel a fascino; aliove morbo dependet. Igitur, quid caussæ hic subsit, dispiciendum? De paucitate hîc nulla querela. De qualitate seminis in quæstione 3.â & 4.â; de fascino in quinta tractaturi sumus. *Paralysis* totalis non adest, quia alias plane non erigi posset membrum; videtur ergo ista imbecillitas cum a spirituum animalium torpore quodam, tum a seminis aquositate &c. dependere. Spiritus animales excitant *spirituosa*, *aromatica*, *stimulantia*, qualia sunt cumprimis *rotulæ stimulantes Mynsichti*, quarum duæ tresve mane noctuque, quum itur cubitum, deglutiuntur. Magnarum virium est *mixtura* sequens cochleatim, pro ratione indigentiæ, sumenda.

℞. *Vin malvat.* ℥iiij.
aq. cinnam. fort.
magnanim. aa. ℥j.
essent. ambr. liq. ʒij.
Diacinnam. reg. Mynf. ʒj.
brod. rad. Zinzib. cond. ℥ß ʒij. *M.*

Cavendum tamen, nequid nimis, eo quod ejusmodi medicamenta sint excessive calida. Dantur etiam *unguenta* ex *ungu. nervin. cum sem. eruc. sinap. pulv. canthariḋ. ol. scorpion. & Zibetha*, quibus aliqui *euphorbium* admiscere non verentur. Enimvero hæc talia mihi minus probantur. Insuper est hoc apud te omnino consideratione dignum, quod uxor tua (veluti es mihi jam olim conquestus) sit propemodum imperforata, sic, ut præter exiguam pertusionem, quæ urinæ profluvium transmittit, rima capiendo virili membro satis patula non adsit. Igitur af-

tur affrictu isto penis ab initio quantumlibet rigidus, propemodum ex lege necessitatis ante prolectum & effusum semen marcescere debet, quod sine dubio non fieret, si intra vaginam admissus, & ab ea circumcirca complexus, operi suo liberius absque offendiculo vacare posset. Ne dicam, semen per ejusmodi molestos congressus tardius emulgeri, tantam voluptatem non sentiri, & quæ sunt alia.

(3. Semen aquosum, quod accusas, inter caussas penis rigiditatem minuentes, haut est postrema: Corrigitur hoc per medicamenta *alimentosa, eupepta, analeptica, succulenta*: qualia sunt, *asparagi turiones cum pipere & butyro comesti, dulces amygdalæ, capita cynaræ, nuces pineæ, oryza, pistacia, radices satyrii*, & inde parata edulia varia, *pultes &c. juscula consummata, gelatina, ova sorbilia*; *chocolada, Electuaria diasatyr. resumtiva &c.* Omnes fere *nuces* & *nuclei &c.* Ad augmentationem & ejaculationem seminis nobile est *Electuarium*, cujus mane & vesperi, ut & tempore somni quantitas juglandis capiatur:

℞. *Rad. satyr. cond. eryng. cond.*
pistac. excortic. aa. ℥ij.
Zingib. cond. Nuc. Ind. cond. aa. ℥j.
sem. eruc. nasturt. aa ʒij.
Confect. alkerm. compl. ℥ß.
Chocolad. Ind. ʒiij.
Caryophyll. ʒj.
cum sir. cinnam. s. q. F. mixtura mollis.

(4. De semine luteo, fusco, immo sangnineo fere non habeo, quod dicam. Nam de *gonorrhœa virulenta* quidquam apud te cogitare, flagitium existit. Si quid judicandum, arbitror, vasa seminalia omnia apud te nimium esse laxa, & in jugi veneris usu dilatari, ut quandoque semen minus excoctum excernatur, eo magis ad fuscum aut sanguineum colorem accedens, quo longius abest a sua perfectione. Ea vero vasorum dictorum expansio, apud te locum sibi magis eo vendicat, quod non nisi summo cum labore, summaque molestia tibi sit congrediendum ob uxoris impenetrabilitatem: Iste conatus tum viribus tuis in universum, tum genitalium tono multum obest. Duplex enim, immo triplex tibi labor per singulos congressus est exantlandus, & per istas tam diuturnas irritationes illa vasa nimium dilatari necesse est; quorsum conferunt modice *adstringentia* superioribus medicamentis refracta dosi commixta. Addatur v. gr. isti *electuario Terra Catechu* ʒj. *aut sangu. Drac. ver.* ʒß. *vel croci* ♂. *adstring.* ʒj. *& sir. cinnam.* loco recipiatur *sir. myrtillorum.*

(5. Ad quæstionem ultimam quod attinet, neque naturæ enervatæ infirmitati (prout tibi loqui placet) nec *Diabolicæ Φαρμακευτρίæ*, quidquid caussaris vitii, acceptum ferendum; sed soli, in fallor, ineptæ tuæ uxoris ad opus conjugale patrandum, constitutioni primario, & postea per tot molestos

festos congressus exercitos relaxato fibrarum penis tono, dilatatisque nimium vasis spermaticis, unde tibi semen vitiosum existit. Ætas tibi, vixdum quinquagenario, tanta non est, quæ veneris prælio sit impar, siquidem & octogenarios generare per observationes novimus, & cognitum sit πολυθρύλλητον: senem adhuc se præstare virum, so lang er über einen Stroh-Halm springen könne. Nec tamen certe annorum numero ista ad exercendam venerem promtitudo circumscribi potest, cum pro ratione sanitatis, temperiei, aliarumque circumstantiarum, eam oppido variare necesse sit. Nec denique *fascino* hic ullus locus, quia *fascinati* in opere maritali, quos *ligatos* Medici vocamus & *frigidos*, nullam omnino erectionem sentiant, nec diu supervivere, sed lenta plerumque morte contabescere soleant.

* * *

De mictione cruenta notabilis Casus communicatus ab Excell. Dn. D. MöGLINGIO, Phys. Stuttgard. *d.* 18. *Febr.* 1697.

Quatuor annorum puellus ante 14. dies subito corripitur *intumescentia totius corporis*, cum *febre continua*, subitanea virium prostratione, *anorexia, siti, alvi constipatione*, & præprimis vero *urinæ cruentatione*, quæ tota fere *sanguinea* erat, & in sat magna copia absque ullo dolore sæpius excernebatur, quandoque in fundo pulverem cineritium vel nigrum exhibens; Advocatus in Consilium parentes de vitæ periculo statim commonefeci, scil. quod ad omnia medicamenta perquam difficilis esset æger, & potissimum, quod memorata symptomata dissolutionem fibrarum sanguinis tantum non *necrodem* indigitare viderentur, eo magis pertimescendam, siquando forsan talismodi evacuatio sanguinis symptomatica per plura emunctoria accideret, quod in praxi mea qualicunque mihi aliquoties obvenisse optime recordor. Præscripsi pro curatione medicamenta & *alexipharmaca* & *adstringentia* simul, *pilulas ex theriaca cœlesti, extracto tormentillæ, extr. fol. querc. bals. de Peru &c. pulveres ex CC. ust. ▽ sigill. Coral. r. ppt. Oc. 69. ppt. unicorn. fossil. &c. Mixturam* cochleatim exhibendam *ex* ▽. *fl. samb. plantag. burs. pastor. cum sir. flor. papav. & de ros. sicc. Gelatin. ex CC. limato, radice tormentillæ, ichthyocolla*, & hanc ipsam cum omnibus jusculis dissolvendam, non neglectis externis *theriacalibus, adstringentibus & corroborantibus*. Quarto circiter morbi die eruperunt in utroque tempore *maculæ purpureæ* partim, partim vero nigræ, cum exacerbatione omnium symptomatum, sexto vero successit *hæmorrhagia narium* largissima, in omnimodam fere virium exsolutionem ægrum præcipitans, sopita tamen applicato fronti, colloque *epithemate ex bol. rubr. album. ovi &* ✢. & scroto, carpis manuum, ac pedibus adhibito cum lin-

teis ♀ *camphorato*. Evanuit hoc modo *rhinorrhagia*, & symptomata omnia multum remiserunt, ut de restitutione in integrum non mala spes affulgeat, præprimis quod *scabies humida*, quæ ab initio morbi retrocesserat, nunc rursus efflorescat. Affecti fuerunt eodem tempore in his ædibus simili, sed remissiori *urinæ cruentatione*, & absque reliquis symptomatibus, ægri frater sex annorum, & sororcula octennis, ambo nulla plane admissa medicatione reconvalescentes. Ante annum circiter Dn. Candidato *BEZÆ*, sub præsidio *Dn. D. ZELLERI theses* quasdam pro gradu defendenti hujuscemodi casus aliquot communicavi.

* * *

In Phthisi incipiente exquisitum a me venerabilis Ulmensium Æsculapii, celeberrimi Dn. D. BEUTELII Consilium.

So viel auß meines Herrn seinem Schreiben/und Herrn S. gethanen mündlichen Bericht ich abnehmen kan/ so ist/ GOTT Lob/ noch kein Phthisis vorhanden/ aber/ weil bey dem Herrn Patienten die lympha ziemlich acris, und daher ein rechter Tussis ferina zugegen/ als hat man auf alle Weise und Wege Vorsehung zu thun/ damit/ nächst Göttlicher Hülffe/ der lymphæ die acrimonia benommen/und die Pulmones gestärcket werden mögen/ damit ihnen solche acrimonia nicht leicht-lich Schaden zufügen könne/ sonst würde dieser Tussis gewiß in Phthisin degeneriren. Nun sind zwar meines Herrn verordnete Medicamenta alle den Indicationibus gemäß gerichtet/ um die Acrimoniam lymphæ zu corrigiren: Weil man aber auch meiner Wenigkeit Meynung hierüber zu vernehmen begehrt/ als habe ich solche mit wenigem anfügen wollen/ und vermeyne/ meinem wenigen Verstand nach/ daß/ wie obgemeldet/ fürnemlich dahin zu trachten/ daß die acrimonia lymphæ corrigiret/ die pulmones a læsione & corruptione præserviret/ und insonderheit die scharffe und saltzichte Unreinigkeiten von der Brust mögen divertiret/ und abgezogen werden: Dieses könte am füglichsten geschehen/ wann in utroque brachio ein Fonticulus gesetzt würde/ und nur so lang offen behalten/ biß der Husten etwan ein Viertel-Jahr nachliesse; hernach könte man den einen gleich wieder zufallen lassen/ und den andern etwa noch ein halb Jahr offen behalten/ wann man solchen je nicht continue behalten möchte/ oder nimmer nöthig zu seyn erachtete. Jenes aber/ nächst Göttlicher Hülffe/ zu erhalten/ könten nachgesetzte Medicamenta unmaaßgeblich gebraucht werden:

℞. *Specier. diair. simp.* ℥iij.
Sperm. cet. ℥iß.

pulmon.

pulmon. vulp ppt. lact. sulph. aa. ℥j.
flor. sulph. ℈j. *& benz.* ℈ß.
pulv. sacch cand. alb ℥j. *bals. sulph. anisat.* ℈j.
M. F. ♀ *subtiliss.*

Von diesem Pulver soll der Herr Patient alle Morgen um 6. oder 7. Uhr / und zu Beschluß jeder Mahlzeit pro dosi 2. gute Messer-Spitz voll / entweder in einer ungesaltzenen warmen Fleisch-Brüh / oder warm Bier nehmen. Abends um 4. Uhr aber / und zu Nachts um Schlaffengehen / soll er von folgendem Wasser jedesmahl 2. gute Löffel voll geniessen:

℞. *Aq. antiphthis Mynf.* ℥v.
pulv. sacch cand. violac. ℈iß.
flor. sulph. margar. or. ppt. Coral. r. ppt. aa ℈j.
magist. saturn. gr. vj. *M.*

Wie er sich in der Diæt zu verhalten / wird mein Herr schon gebührende Verordnung zu thun wissen; doch wäre nutzlich / wann / wo nicht bey allen / doch bey den meisten Mahlzeiten / die planta bellidis, samt den Floribus, mit Butter / wie ein grün Kraut / gekocht / genossen würde: Sein Tranck könte folgendes Decoctum seyn:

℞. *Rad. liquir. ras. & fœnic. aa.* ℥ß.
sem 4. frig. maj. aa. ʒij
cydon. fœnic. anis. aa. ʒß.
jujub sebest. aa. n. Xij.
caric. pingu. dactylor. aa. n. v.
passul. maj. enucl. & minor. mund. aa. ℥j.
gumm. arab. & tragac. aa. ℈iß.
flor. 4. cordial. aa. p. j.
Concis. & conquassat. add. hord. integr. mß. *Coq. ex* ▽. *font. puriss. mens.* ij. *ad quartæ partis consumt. vel ad hordei crepaturam.*

Von diesem Tranck mag der Herr Patient nach Durst trincken. Doch stelle ich alles zu meines Herrn hoch-vernünfftiger Direction, wünschend / &c. Rapt. Ulm / den 5. Maji, 1688.

Joh. Caspar Beutel / D.

* * *

Epilepsia in Virgine paupercula.

Anno 1697. d. 6. *Junii*, puella rustica 18. annorum menses necdum experta, nos conveniebat, quæ, ut ipsa narrabat, ante circiter annum, a fortuito magnæ trabis casu vehementer perterrefacta, leves insultus *epilepticos* subinde patitur, cum incremento Lunæ & ipsos increscentes. Ante paroxysmum *tormina ventris*, ipsa invasio cum *vomitu*, corruit, artus convelluntur. Nonnunquam vix momentum paroxysmus emetitur. Nondum spumat. Semel tantum in accessu spontanea urinæ profluxio, quæ pallida est & turbata.

℞. *Tartar. em. gr.* iij.
succin. a. ppt. ℈ß. *M. pro una dosi.*

Postea

Postea mane *pollen* unius *drachmæ* pondere adsumatur ex Decocto sequenti, cujus insuper calide dimidius quartarius hauriatur, componat se ad sudorem:

℞. *Rad. valerian. silv.* ℥ij. *pæon. mar.* ℥j.
gumm. ✱ *ac.* ♀ *if.* ℥ß.
myrrh. r. ℥ij. *F.* ♀ *irror.* ♌. *succin.* ℈j.

℞. *Rad. pæon. mar.* ℥ij. *visc. quern.* ℥j.
herb. rut. beton. verben. hyssop. aa. mj.
Coq. ex 2. mens. ▽ *font. ad reman. Mens.* iß.

Pomeridie quinta, hujus itidem *Decocti* dimidius quartarius per se, absque *pulvere*, bibatur. Postquam omne *Decoctum* exhausit, *species* denuo nova aquæ affusione decoquantur, eodemque modo *Decoctum* usurpetur; quo itidem absoluto, *pulvere* ex jure calido uti pergat. In paroxysmo *pennæ incensæ* naribus admoveantur:

* * *

Excell. Dn. D. REISELII Archiatri WüRTEMBERGICI Epistola varii argumenti, cumprimis de vitris anaclasticis.

Appendici Anni III. Decad. II. Ephemeridum curiosarum addideram schediasma de *vitris anaclasticis*. Placuit autem Excell. *Archiatro WüRTEMBERGICO Dn. D. SAL. REISELIO*, lineas quasdam, favore benevolentiaque, quin & eruditione multa plenissimas, super isto schediasmate ad me exarare; quarum argumentum, licet practicum non sit, ne tamen elegantes litteræ perirent, his meditationibus intercalare non dubitavi:

Negotia varia me impediverunt, quin schediasma vestrum de *vitris anaclasticis* scrutari potuerim. Postquam vero vacavit legere, non possum non laudare accurratissimum scrutinium, essetque optandum, ut plura vel rara antiquata, novaque, vel quavis die obvia Naturæ magnalia tam subtili medidatione perquirerentur. Videmus enim quotidie multa, quorum caussas non examinamus, quia hactenus aliquid, & sæpe falsissimum, per manus aniles aliquando traditum, credidimus. Sed, ut de schediasmate vestro aliquid dicam, possibilitatem flectendi *vitri* vestri affirmo ex flexibilitate frustorum arcuatorum, & filamentorum extensione, cum *STURMIO Part. 2. p. 102. Collegii curiosi*, itemque ex incurvatione tubulorum & filorum tenuissimorum, quæ ipsi sunt tubuli. Confirmant me vesiculæ tenuissimæ, quas hoc ipso anno vidi, ex quibus confractis das Straußglas / pulvis grossus pro adspergendis miaginibus conficitur, quæ levissimo tactu vel afflatu figuram suam mutant. P. 494. promittis deducere ex texturæ mutatione liquationem, seu fusionem *vitri*: assentior, quia ignis poros

subintrans

ſubintrans particulas movet, & mutat ſitum: quod ipſum ſtatuis p. 501. Quod pag. 504. de *magiſterio HELMOMTII magnetis in vitro vim relinquentis* ſcribit, vix credo, niſi videam: nec, quod pag. 506. citas de *SCHOTTIANA tinctura ferri magnetem ſequente.* Pag. 505. frigus non eſſe qualitatem nudam aſſeris. Ego tecum. Sub tenebris primis latebat frigus, quaſi ens poſitivum: cujus vires, ſi quis neget, in duriſſima hieme facile affirmabit. Habes vero etiam alios conſentientes. Pag. 510. *vitra ſcindendi* Artificem notas. Scis fortaſſe artificium, quia vidiſti. Si neſcis, adhibe rimulæ parviſſimæ igniarium funem: ſequetur fiſſura in vitro ductili & homogeneo facillime. Ibid. *vitrum emollire* Artificem nominas. Ego artificium ipſum noſcere mallem: ſed magis *aurum* ipſum, quod *Indi* quidam, ut audio, norunt, quia & molleſcere & indureſcere faciunt, pro faciendis, velut in cera, variis ſculpturis & imaginibus. Nam, quod p. 511. ex *Manuſcript.* adfers, apud me fidem non invenit, niſi experimentum faciat fidem. Notabile vero eſt *LANGELOTTI* experimentum *corallii emolliti in oleo* quodam dulciſſimo & præter ſpem ſic præparato. Recte p. 512. de *ſanguinis hircini* viribus *adamantem* ſolvendi dubitas, cum & ego de ſanguine coagulato diſſolvendo dubitem. Quis enim, quæ tranſcripta ſunt multoties, certo demonſtravit! ut multa alia ſunt, quæ creduntur, & dicuntur facillime. *Eadem pagina* circa *lac* hactenus parum aut nihil fuiſſe tentatum vel quæſitum, doles. Niſi fallor, *LEWENHOEK*, ut circa *cerebrum*, *ſemen*, & alia, etiam circa *lactis* texturam & contenta curioſus eſt. Sed deſino hæc talia, quæ ideo addo, ut videas, me legiſſe tuas medidationes & approbaſſe, qui multas horas vacuas pro ſtudio meliori & utiliori porro tibi opto. Sed video, ob novum *Phyſicatus Nordlingenſis* honorem & onus, tibi paucas ſuperfore: cujus vero conditionis cauſſa gratulor, & opto tam quietam quam locupletem ſegetem, ex reconvaleſcentium plurimorum gratitudine. Honos vero ſine onere, ſine felle mel non eſt: quod jamdum ſapis, dum de pharmacopœorum inſolentia queri cogeris, & credis alios quoſdam Medicos eſſe feliciores. Alibi loci vetitum quoque eſt, ne Medici ſuis facile remediis & arcanis lucrum faciant. Nec facile quis deſiderat: ſed, ſi deſiderarent, nemo facile prohiberet. Habemus exempla Anteceſſorum, qui ſua diſtribuerunt. Cæterum profecto *ſervi noſtræ artis longe profundius diteſcunt, quam ipſi Magiſtri*, noſque Medici lucrum ipſis facimus curſitando per plateas, & domum mittendo, qui ipſos faciant divites. Recordor vero, quod *VRATISLAVIENSES* Medici de ejuſmodi materia cum pharmacopœis coram *IMPERATORE* ipſo litigarunt. Quem *phoſphori* conficiendi

processum laudas *Ann. IV. Dec. II.* placet, & multo magis, ignis vere humidi, sub finem observationis, additum gratias tibi dico. Tentaboque forte ultimum conficere, quia minus laboriosus & ex ⊡ & tartar. conficitur: recordatus propriæ *urinæ lucentis*, qualem hactenus nunquam observavi. Ex *Phosphoro* suo *KUNKELIUS* quidem promisit multam salutis spem, præcipue ex *pilulis lucis*. Sed, ut audio, hæ quoque nec lucent, nec lucem homini adferunt, quemadmodum nec *LINCKII*, qui illum vendit, *phosphorus* stat suis promissis, quem ipse servo, quique profecto dignus illo Epigrammate, apposito ad *phosphorum* mirabilem: cui, quod me fefellit, hoc addo:

Wann Kunckels Abend-Stern/
Scheint in der Nacht von fern/
Als jener Fackel Licht
Wann er sich aufgericht
Nicht heller/ als deß Lincken/
So wird er nicht mehr blincken/
Deß Herrn Cantors von Lützen
Mit ihr auß einer Pfützen.

Sed hæc tibi in aurem. Ego vero spero & credo, posse ex *phosphori* materia confici *lampades æternas* antiquorum *sepulchrales*, ut audio *Anglum* aliquem in *Transactionibus philosophicis* discursum de iis facientem, proposuisse. Excurrit præter opinionem. Epistola mea terminos brevitatis. Concludendum itaque, postquam salutem a Collega meo *Dn. Joh. Georg. GMELIN*, & *Dn. BECKER* Chirurgo jurato & aulico imperatam tibi nunciaverim. Tandem ut vivas valeasque &c. *STUTTGARDIÆ*, 14. *Junii*, 1686.

Salomo Reisel, D.
Amphion.

* * *

Hydrops ascites desperatissimus euporisto curatus.

Puella fatua 55. circ. annorum paupercula corripitur *ascite hydropisi* cum omnibus signis mali moris. Alicujus Consilio *sacrificantur* aliquoties crura, impositis quoque *cucurbitulis*, nec pedibus a *gangrana* quidquam præservatis: Intus præbetur *Decoctum cardui benedicti cum urina pueri factum* per tempus haut adeo longum. Convaluit illa præter spem omnium, & nunc per annum integrum, absque recidivæ ulla nota, commode vivit, lignorum & aquæ in arce quadam nobili bajula. *Compertum habemus, eos, quibus mens non est integra, non tantum drastica quavis facilius tolerare, verum & a desperatissimis morbis promtius curari.*

* * *

Singularis Paroxysmi Podagrici prodromus.

Nobilis arthriticus in ipso dextri brachii cubito, ejusque exteriori parte, ubi in brachii flexura processus seu caput ossis prominet, ac sentitur, certis

temporibus *tumorem fungosum* absque ullo doloris sensu de subito ad juglandis dimidiæ eminentiam protuberare percipiebat, qui tam erat sensationis tristis expers, ut cubitum mensæ aliive duræ rei, sine molestia, valentius etiam, illidere posset. Transactis plerumq; ab huj9 tuberculi prima emersione, quatuor horis cum sensu formicationis paroxysm9 *podagricus* in dextram manũ repebat, mox per vices undique articulorum omnium pomœria circumiens, manente brachii etiam nunc indolente tuberculo fungoso, donec vanescentibus omnino paroxysmis *podagricis* etiam hoc ipsum, ea, qua comparuerat, velocitate rursum dispareret, nullo sui vestigio, nullave alteratione relicta. Nec alium unquam cubitum, aliumve articulum occupabat, præter eum, qui est in dextro brachio. Tuberculum hoc prodromus indubitatus erat mox adventuri paroxysmi *podagrici*, quo cum *Nobilis* usque ad vitæ finem (attingebat autem sexagesimum primum annum) per multos annos conflictabatur. Res notabilis plane & singularis, ex qua, utrum *podagra* Theoria, si non erui, saltem illustrari, queat, dubitandum vix censeo. Quid si tuberculum nihil aliud fuisse credas aut suspicere, quam *glandulam conglobatam a sero podagrico tumefactam?*

* * *

Lacrymæ Sanguineæ.

Virgunculam Nobilem novimus, jam septem circiter annorum ad iram maxime pronam. Cum adhuc junior esset, si forte quid ingrati accidisset, nec esset ullus, vindictæ locus adeo excanduit, ut *lacrymas* aut *sanguineas*, aut *sanguine* dilutas, aut certe rubicundas, linteaque tingentes, magna copia, sine ulla tamen noxa, profunderet; quæ tamen abhinc biennio profluere desierunt.

* * *

Circa inspectionem Urinæ monita quædam.

Quemadmodum in pronunciando de morbo uni soli *urinæ* fidere, Medici aut imprudentis aut impudentis est, ita hujus inspectionem e foro prorsus eliminare velle non minus aut arrogantis aut ignorantis esse videtur. Nam hujus utilitas in indagandis, una cum signis aliis collective sumtis, etiam abstrusioribus morbis, Medicum adcurate Practicum latere non potest. Practici cumprimis juniores his saltem in regionibus, *urinam* oblatam inspicere nunquam detrectent, nî summum existimationis captatæ naufragium facere velint: illico enim rei suæ minus gnari judicabuntur. *Urina* sæpe *lactea* offertur, quam, si Medicus conspicit, odore prius explorare conveniet, sæpe enim numero in lagunculis istis *oleum olivarum* ante servatum fuit: Alioqui vel de renum & vesicæ quodam affectu, vel de lumbricis &c. pronunciantes turpiter se dabunt. Nec mihi mos eorum placet, qui aut omnes *urinas* in urinale effusas

fusas in aquam calentem immergunt, aut nullas: *urina* enim si omnino clara offertur, frustranea est illa immersio, si vero turbida, maxime necessaria, si quid ex lotio cognoscere velis. Hiemali tempore *urinæ* propemodum omnes sunt *turbidæ*, præter *aqueas tenues*, mixtura salium penitus orbatas: Hinc in aquam non tam tepidam, quam haut raro probe ferventem, ut clarescant, immergendæ. Sed & eas nonnunquam ante hanc immersionem contemplari juvat, quia & ipsa *urinæ* turbiditas & crassities latitudine sua, ex qua nonnulla divinare valeas, gaudet. Immo non vanum est, eas interdum, postquam claruerunt, rursum frigefieri, ut e sedimento quædam conjectare liceat. *Urinæ fœtor* haut raro e solis matulis contrahitur, quas Rusticorum sordidior gens interdũ intra spatium toti⁹ añi defricare obliviscitur; istæ præcipue figulinæ matulæ, quarum teterrimus est sæpenumero fætor. Impingit hic Medicus, ubi de renum aut vesicæ ulcere, aliave re consilimi temere perorat. Nec mihi placent *urinæ* nimium *suave olentes*. Tales haut semel ab iis, qui *gonorrhœa virulenta* laborant, vel ipsa *lue fœda* aut sunt, aut fuerunt contaminati, quique multis etiam ante tempus bene longum, immo aliquot annos, *terebinthinatis* sunt usi, mejuntur. Tales qui mingunt, fateor mihi semper de *lue* suspectos esse. Nec plane nihil interest, quo in vasculo *urina* offeratur. Vitrea, uti sunt optima, ita hoc incommodi habent, quod Rusticis plerumque sint vitra sua golychresta, in quo, v. gr. uno, diversis licet temporibus, & oleum, & vinum, & acetum, & spiritum ardentem, & atramentum scriptorium, & lotium recondere solent, & si fortassis aquæ tantillo colluantur, earum tamen rerum, quas continebant, atomi nonnunquam intimius vitri poris adhærent, unde peregrini quid aut coloris, aut odoris, aut sedimenti lotium adsciscere queat. Num acres *urinæ* quales & *scorbuticorum* & *nephriticorum* salsiores existunt, in lagenis stanneis ex longinquo advectæ non abradant moleculas quasdam *joviales*, & sic judiciam fallant, vix dubitare licebit. Omnium autem minime fidendum *urinis* in lagunculis alabastrinis asportatis, quippe quod expertus fuerim, ab istis acrioribus, has omnino erosas fuisse. Hæ, pluresque commatis hujus observatiunculæ, quales & alicubi in suis *lineis Medicis* Excell. Dn. D. *RIEDLINUS*, *Fautor noster* adnotavit, quantumvis leviusculæ visæ, in praxi tamen omnino vanas non esse, quemvis experientia docebit. Summa autem cautela opus est in pronunciando de puellarum *urinis*, quæ *mensium obstructionem* caussantur, siquidem & expertissimis Medicis aliquando turpiter imponant. Ego quidem hactenus vix errare consuevi, si *urina* puellæ fuerit sanorum plane similis, at cum *enaoremate*, instar *lanæ carptæ*, divulso, ipsa vultu roseo prædita, non difficulter anhelans, non lassa, probe

appetens

appetens &c. *mensium* tamen *suppressione* laborans, eam gravidam suspicando, accedentibus cumprimis caussis quibusdam moralibus, & quæstiunculis captiosis, semetipsas instar soricum, haut difficulter produnt. Tales ubi obveniunt, matribus aut propinquis, ut eas sollicite observent, injungo, & expectent, donec tot vel tot septimanis præterlapsis turgidum abdomen, & motus infantis rem in apricum producant; Ego interim aut roborantia quædam præscribo, aut ultra *martem* certe vix progredior, quin & Rusticis ancillabus *scobem martis* cum *butyro* qer aliquot tempus deglutiendum, ceu præsentissimum *emmenagogum* commendo, quo lubentius utuntur, quod persuasæ sunt hanc *limaturam* esse medicamentum fortiter pellens, & quasi venenum. Et tamen fui semel deceptus. Venit ad me Filia rustica, quam alia mulier comitabatur, *cachectico* vultu, corpore toto subtumida, carnibus flaccidis, pedibus œdematosis, anhelosa; offerebat *urinam* aquæ fontanæ contra limpidissimam. Mulier comes a me interrogata, filiam isthanc a tempore jam longo *urinam* talem magna copia reddidisse testabatur. Conquesta fuit insuper ægra de *cordis ardore fauciumque* intolerabili, *sitique inexplebili*, sic ut juraret, se intra nycthemeri spatium aquæ fontanæ libras plus viginti quatuor exhaurire, pauco tamen cum sitis levamine. Quid tu, quæso, Medice lector, fecisses? Ego certe, *purgantibus* omissis, ordinabam *cachectica, aperientia, nitrosa, diuretica* &c. Ipsa vero septimanis vix quatuor elapsis pariebat, cum ego de graviditate ne quidem cogitassem. Accessit me aliquando viri cujusdam primarii, qui multum auctoritate in urbe haut incelebri pollebat uxor; offerebat *urinam* filiæ jam a semestri menses non passæ; *urina* erat sanissima cum *enæoremate* supra scripto; de re cætera nulla; nisi de lassitudine & mœrore conquerebatur. Alia quædam signa in furtivum congressum conspirabant, & quamvis nil quidquam te puellæ graviditate dubitarem, uxori quoque meæ dicerem, hujus illiusve filiam mox futuram puerperam, attamen de ea re matrem, quippe mulierem maledicentissimam, admonere non ausus sum: Dixi, quod ob anni tempus incommodum esset, mensibus suppressis medicari, nec insuper periculum in mora, consultius mihi videri, si per aliquot adhuc septimanas expectarent; ipsa vero puella paucis abinde diebus migravit urbem, & in loco dissito lepidissimi puelli mater facta est. Jam in meo loco constitutus quid tu fecisses, edissere! si dixisses: Observa filiam tuam, siquidem mihi videtur commercium furtivum cum adulescente faceto habuisse, illico audivisses: quid tu es viri, qui de mea tam ampla, tam præcipua, tam honesta familia, tale quid suspicari audeas? Num nos pro talibus hominibus habes, qui famam suam fœdis ejusmodi perpetratis conspurcare sustineant?

Hoc equidem ego marito meo aperiam; qui temeratum tantis suspicionem honorem vindicare pro sua virili laborabit! Jam, si filia tale quid audiens totam domum ejulatibus compleat, a Parentibus examinata pejeret, abortumque sibi pharmacis procuret; Pater te postmodum conveniat ex *lege Diffamari*, petat *restitutionem in integrum*, imperitiam in arte de *urina* judicandi tibi objiciat, tuæque famæ detrimentum inde haut leve accedat? si, quod ego feci, nihil dixisses, & filia partum ignaris parentibus edidisset, editum forte trucidasset, mater vero Medicum accusaret, quod cum cum *urina* exploratum accessisset, ipse de graviditate nil monuisset, quod si fecisset, ejusmodi cædem, aliaque plura incommoda potuisse præcaveri! satis de *urina*.

*
* *

Optimum Consilium Consulenti pessimum.

Malum consilium Consultori pessimum, ut est in proverbio. Interim tamen & optima consilia consultoribus juxta & consulentibus pessime cesserunt. Id vero nostro ipsorummet exemplo sequenti comprobamus. Vir quidam illustrissimus & perantiqui sui stemmatis ultimus, masculam ex marita sua prolem, familiæ propagatricem suscipiendi desideratissimus erat: Cum vero ternis partubus femininis successive editis spe sua frustraretur, ex animi quadam impotentia dejeravit, se nunquam cum conjuge ullum posthac congressum maritalem esse celebraturum, impii & malesani voti per annos jam nunc quatuor & viginti tenacissimus. Uxor *Theologorum* pariter ac *Jurisconsultorum* consilia exquirens voti damnata non fuit. Quod vero me tantilla apud maritum gratia pollere nosset, me quoque *Medicum* adoritur, per omnia sacra abjurans, ut, si quid esset in penu Medico consilii, illud in mariti frugem expromere ne detrectarem. Audiens dicto de technis cogitare cœpi, quarum illicio ad amorem conjugalem infeliciter aversum, postliminio quasi irretitum revocarem: nec ea res primum improspere cessura videbatur: namque venam sibi tundi consueto tempore vir Illustris, me ordinario Medico præsente, patiebatur, cujus sanguis, postquam derelicto seri consortio in fibras coisset, in extima sui superficie crusta pituitosa albicante tegebatur, qualem prava plerumque ciborum avidius ingestorum digestio exhibere solet. Ego cum sanitatis & ab hujus integritate dependulæ longioris vitæ amantissimum virum cognovissem, occasionem in judicio de sanguine ferendo per quam commodam, & ἀπὸ μηχανῆς quasi me nactum esse ratus, tu, inquam, mihi segnior in opere maritali exsequendo, quam pro athletica constitutione, videris. Ipse vero attentius in me defixus, unde hoc divinas, respondet? Ego, nunquid vides hanc *crustam albicantem?* ea vero Medicis

retentum


retentum sperma æstimatur, quod usibus suis defraudatum, sanguini reaffusum, ibi putrescit & corrumpitur, vitali succo simul inde temerato, unde non potest non sanitati vis deleteria inferri, pressoque pede mors insequi. Tu in ætatis flore constitutus opipare pasceris, cibi sapiunt, potus non displicet, en quod lumen, quis aqualiculus, qui lacerti? Quotidie semen generatur, id, quum non excernatur, in sanguinem regurgitat, jam nosti rei optimæ pessimam esse corruptionem; corrumpuntur autem cum quilibet humores, tum nobilissimus horum, semen masculinum, quoties extra vasorum sibi domesticorum pomæria elapsi vagantur: Corrumpuntur autem & ipsi, & humores alios, quibus incommode permiscentur corrumpunt. Oportet ut alacrius præliere, provocaris ab uxore, hanc monomachiam si detrectes, ipsa Natura te sanitatis honore privabit. Ipse, faxo, ait, ut inde valetudini meæ ne quidquam detrimenti adcrescat. Lætus ego, maritæ, de restabilito conjugio gratulor, quæ inter nos acta fuerant, non sine risu, exponens. At vero longe aliter, atque nos opinabamur, tesseræ, cadebant. Is namque postea sanitatis nimium studiosus, in quamvis matulam, excepta propria, mephitim suam effundebat; id est, tantum aberat, ut uxori suæ cohabitaret, ut potius in ancillam quamvis rusticam vesana lascivia faceret impetum, quinimmo vim aliquibus inferre conaretur. Ipsa illustris Matrona quum me primum revisisset, probe rem, ait, curasti, atque sic quidem, ut optassem, te nunquam cum marito sermonem ullum miscuisse: perii misera, vitavi *charybdin*, & in *scyllam* proh dolor! incidi. Quid aliud ego, nisi detestari nefandum propositum, siquidem alii medelæ locus non erat? Ita pessime cadunt excogitatissima Consilia, & Medicos caute mercari docent, ne dum omnia bene facere intendunt, malum e minore majus, præter intentionem, cudant.

* * *

De Scirrho Hepatis Casus.

Bereits vor einem Jahr hat die Person eine Härtigkeit deß Bauches bey und über dem Nabel / gegen die rechte Seiten zu / wie in dem beygelegten Schemate deutlicher bemerckt: (der Bauch gegen die lincke Seiten ist nicht hart /) gespüret / und wann sie sich auf den Rücken leget / tritt solche Härten übersich / biß an die Rippen / und verursacht ein solches Drucken / daß sie wol davon erwachet / und nicht also bequemlich ligen bleiben können / wiewolen sonsten keine weitere Schmertzen darbey. Einige der Herren Medicorum haben es für flatulentien geachtet / und so wol innerliche Medicamenta, als auch äusserliche gewisse Pflaster über den Leib zu legen verordnet / davon sich aber keine Veränderung gezeiget.

NB. Dieser mittlere Cräntz zeiget den Platz der Härte/ wie weit solche gehe. Das Innerste mit *A.* bemerckte / zeiget an / daß selbiger Gegend die Durities am stärckesten sey.



get. Einsten / nun fast vor einem halben Jahr / trägt sich zu / daß der Herr Patient einem Gast mit einigen Gläsern Wein zuspricht / jedoch aber ohne Rausch / da verliert sich solche Härte plötzlich / und mit einer so starck verursachenden Alteration, daß er fast ohnmächtig worden/ worüber sich ein Schauer eingefunden / daß er sich zu Bette geleget/

Sudorifera

succin. a. ppt. pulv. lign. sassafr. resin. animal. aa. ʒj.
caryophyll. aromat. ℈j. *facch. alb.* ʒvj.
M. F. ♀.

Sumat mane & pomeridie ʒß. ex aqua *plantaginis*: Noctu cubitum itura *Tinctur. Sulph. Vitriol. Clauderianæ gtt.* iiij. ex *cochleari vini*. Quum parum proficerem, *pilulas* ordinavi, quarum decem mane & noctu ex ▽. *plantag.* deglutiret:

℞. *Gumm. guajac.* ʒiij.
colophon. lap. osteoc. ppt.
mastich. sang. Drac. aa. ʒj.
laud. op. ℈j.
c. ess. lignor. F. pil. pond. gr. j.

Suffitus cum *trochiscis fumalibus* excitatus mane genitalibus excipiatur:

℞. *Mastich. sandarach. aa.* ʒß.
styr. calamit. as. dulc. aa. ʒij.
santal. citrin. ʒiß.
ladan. puriss. ʒvj.
carbon. salic. q. s. F. cum mucil. tragac. &c.

Lumbis *emplastrum* super alutam extensum:

℞. *Ladan. puriss.* ℥ij. *rad. bistort.* ℥j.
gumm arab. bol. armen.
squamm. ar. cum ✝. *ppt. aa.* ℥ß.
mastich. sandarach. aa. ʒvj.
myrtill. ros. rubr. aa. ʒiij.
ol. cydon. cer. terebinth. aa. q. s.
M. F. l. a. Emplastrum.

Mensium tempore, qui rite fluebant, abstineat a *pilulis* & *suffitu*, remoto etiam *emplastro*. Vitet acida & acria quævis. Potus sit cervisia *lign. & bacc. junip. lign. querno, plantagine, alchimilla, rad. bistortæ, & symphyt. maj. cum tartar. crudo*, liquori recenti confermentatis, medicata. Sed laterem lavimus, Balneis etiam Wendingensibus, quibus postea usa est, nihil conducentibus. Adeo pertinax malum est fluor albus, ubi primum radices egit.

 *** *Colica*

* * *

Colica Spasmodica.

Virgo 24. annorum pulchella, mensibus rite fluentibus, *colica spasmodica* a tempore jam bene longo discruciatur; dolor haut quidem diuturnus, cum vehementia subito ingruens, subito, intra horæ quadrantem, vel dimidium, remittens, umbilicus retrahitur, sensus formicationis in extremis artubus: non solvirur vel *vomitu*, vel *alvo*, vel *flatibus*, sed sponte cessat. Metus insecuturæ *Pareseos*, cujus jam adsunt signa. Utatur extra paroxysmum *pulvere purgante*, mane ex jure sumendo.

℞. *Pulv. Cornach.* ʒß. *elaeosacch. anis.* ℈ ß.
M. D.

Postea *pulverem spasmodicum* ad ʒß. mane & noctu ex jure capiat.

℞. *Diaphor. Jovial.* & ♂. *aa.* ʒij.
CC. philos. ebor. phil.
Coral. r. ppt. ♁ *. nativ.*
unic. fossil. sangu. Drac. ver. aa. ℈ij.
castor. ℈j. *sacch. a.* ℥j. *M.*

In paroxysmo capiat 6. aut plures *pilulas* de sequentibus, si doloris perseverantia postularit, etiam repetendas:

℞. *Extr. bezoart.* ʒß *papav. alb* ℈j. *croc. gr.* vj. *castor. gr.* iiij.
c. essent. anod. F. pil. pond. gr. iß.

Umbilico applicetur subinde *magma* super alutam extensum:

℞. *Ungu. anodyn.* ʒvj.
ol. hyoscyam. expr. ℥ß.
castor. ♀. *as. fatid. aa.* ʒj.
theriac. opt. ℥ß. *philon. Rom.* ʒij. *M.*

Cataplasma itidem ex *sem. lini* cum *lacte vaccino* cocto.

Summi dolores interdum cedunt sequenti remedio:

℞. *Ol. amygd. dulc.* ℥iß.
mann. Calabr. pur. ℥ß.
sperm. cet. ʒj.
vin. malvat. vel Hispan. ℥j.
syr. papav. alb. ʒvj. *M. pro 2. Dosibus.*

* * *

De Podagra, & summa humorum aciditate.

Ex Epistola cujusd. *Concionatoris Aulici*, viri summe Reverendi.

Indessen habe ich vor 14. Tagen wieder einen Paroxysmum vom Podagra unverhofft bekommen. Er war schnell/starck/und kam mit grosser Hitze / die mich fast gantz außgedorret. Allein waren innerhalb nicht gar 8. Tagen / die Schmertzen/ oder vielmehr das Toben derselben / wieder hinweg / und kam hingegen bald darauf

darauf der Schlaff und Appetit zum Essen wieder / welche sich gäntzlich verlohren hatten. Die rechte Hand / die es am meisten traff / war Feuerroth / und groß / biß an den Ellenbogen aufgeschwollen / und / weil ich immer Frost dabey hatte / haben es viel für ein **Rothlauff** halten wollen. Ich schlug außwendig Mithridat mit gutem effect auf; und gebrauchte innwendig ein paar mahl die **Wildeganß-Pilulen.** Nun fang ich an wieder allein über die Stuben zu gehen / und habe im Gehen weiter keine Schmertzen / als bloß in dem Geäder / das über die Reihen ligt / welcher mich fast nie verlassen wil. Meines Erachtens kommt das Malum und mein gantzes Ubel und dürres Außsehen bloß **von einer allzugrossen Säure / Schärffe und Hitze in dem Geblüth** her / dazu die schwachen Instrumenta concoctionis alles contribuiren werden. Wie dann die Feuchtigkeit / so auß dem Fontanell laufft / wo sie nicht durch ein starckes Pflaster coaguliret wird / so scharff ist / daß sie mir den Arm allenthalben auffrißt. So beissen mich die Füsse / wo der Schmertze sitzt / offt dermassen / daß ich sie würcklich / auß Ungedult / schon etlichmahl aufgekratzt; da dann nichts / als ein **helles scharffes Wasser** herauß gelauffen ist / und ich die Löcher mit **Nürnberger-Pflaster** wieder zugeheilet habe. Keinen Wein darff ich fast gar mehr trincken. Ein einiges Gläßlein / weil ohne Zweifel hiessige Weine sehr starck und geschweffelt sind / macht mir alsobald Hitze. Trincke ich Bier darauf / so treibet es mir die gantze Nacht einen Schweiß / mit ziemlichem **Magen-Drucken.** Wobey der Schweiß anders nicht riecht / als wie **Violen- oder Pomerantzen-Blüth.** Worauß ich muthmasse / daß die besten Geister von dem Wein durch den Schweiß weggehen / und die Feces mir in dem Magen die Qual verursachen / biß sie auch darauß kommen. Ich habe bey 8. Tagen auß Curiosität angefangen Thèe zu trincken; befinde mich noch zur Zeit sehr wol darauf / sonderlich in dem Magen. Ob es aber zulänglich seyn wird / die Säure in mir zu corrigiren / wird die Zeit lehren. Ich fürchte mich endlich nur vor einer **Schwindsucht.** Hält das Thèe die Probe nicht / so werde diesen Frühling mich Ew. Excell. Rathe bedienen / 2c.

O. den 26. Febr. 1697.

G. A. S.

Responsio.

Sonsten erscheinet freylich auß **Ew. Hochw.** an mich großgünstig Abgelassenem / und darinnen erzehlten Umständen / daß aller Orten / dessen

dessen Feuchtigkeiten / sonderlich dem Sero und Lympha, ein acor excessivus, welcher zu gewiesen Zeiten à Natura sui conservatrice in extremitates artuum getrieben wird / daselbsten die Tendines & nervos, membranosasque partes arrodiret und vellicirt / daher dann der Schmertzen entstehet / cum istæ partes sint valde sensiles; und weil die Lympha balsamica, roscida, mitis &c. seyn solle / ut possit partibus nutriendis adglutinari, so machet hingegen die aciditas, daß sie vorbey fleußt / und sich nirgend anlegt / daher nothwendig das corpus extenuiret werden muß / um so viel mehr / weil durch den Schweiß / (welches dessen Geruch zu erkennen gibt /) die noch übrige wenige particulæ oleosæ, sulphureæ & balsamicæ, quæ acorem temperare debebant, per cutis poros verfliegen / daher nothwendig die aciditas noch zunehmen muß. Solche nun auß denen Humoribus völlig zu bringen / ist / meines Erachtens / nicht wol möglich / weil dieselbe gleichsam naturalisirt / uñ fast eine temperies coñata a prima corporis textura zu seyn scheinet; doch ist selbige / so viel möglich / zu supprimiren / und zwar per alkalia fixiora, potenter absorbentia, dergleichen die Calcinata sind / und beyverzeichnetes Pulver / dessen Gebrauch ist / daß man Morgens und Nachmittags / eine Zeitlang / 2. grosse Messer-Spitz voll / in einem beliebigen Vehiculo, nehme. Das Thèe schlucket / ob aquositatem suam, die Salia wol in sich / und ist solchem nach nicht undienlich; Auch ist die ehemahls communicirte Aqua catarrhalis, neben dem Kräuterbier / nicht völlig außzusetzen / sonsten aber die Weitläufftigkeit in Artzneyen / sonderlich die acida cane pejus & anque, zu meiden. Ich wünsche zu allem den Seegen GOttes / &c.

Nördlingen / den 20. *Martii*, 1697.

Rosinus Lentilius.

℞. *Rasur. oss. bovin. subtiliss.* ℥ij.
Ocul. 69. crud. cont. conch. crud. cont.
spod. ex ebor. aa. ℥j.
Coral. calcin. ℈iiij. *CC. ust.* ℈ij.
ol. nuc. mosch. expr. gr. Xij. *mac. destill. gtt.* viij.
sacch. albiss. ℥ß. *M.*

* * *

Imaginationis in Gravida horridus effectus.

Vah! quam turpis aspectu me sibi hodierno die (20. Martii 1697.) sutor quidam obtulit annorum sex ultra quinquaginta. Caput vastum, facies tumida, oculi quasi sugillati, labia cærulea; vultus integer cœruleus magis colore, quam fuscus, immo color talis, qualem referre solent apexabones, transparente per cutim teneram obscuro cruore. Nunquam talem vidi, siquidem

siquidem nativi coloris in facie tota ne parva lineola. De caussa *nevi decumani* quæsitus, respondit, superiore tricennali bello, quum *Harburgo*, prope *Donaverdam* incolæ sibi fuga consuluissent, matrem collectis pretiosioribus reculis in arcem editam *Harburgensem* se cotulisse, ut alicubi sua conderet. Ibi cum latebras huic negotio aptas quæsivisset, obvenisse ad templi parietem valvas binas, intra quas erat structus *mons Oliveti*, cum historia Dominicæ passionis, statuis e saxo excisis; Gravida mater distractis valvis intuitu subitaneo fertur in *S. Johannem* crucis Dominicæ adstitem, pigmentis ejusmodi incrustatum, qui librum insuper sub axilla rubrum gestaret; perterrita mulier valvas illico clausit quidem, aspectus tamen charactere in phantasia relicto, natus hinc puer, non ea tantum, quam descripsi, facie, verum & libri colorem in dextro latere ostendens.

*
* *

Excrementa sebacea.

Matrona 62. annorum talia mense *Fabruario* 1697. mihi ostendit, tum quidem *pleuritica* decumbens. Corripitur *diarrhœa*, fecibus liquidis supernatabat pinguedo liquata, qualis carnium bovinarum jusculis innatare solet: ea concrevit in pinguedinem albissimam, sevo ovillo simillimam, in calore facile rursum liquabilem. Et quamvis infausta quæque omninare-mur, eo quod jura quæ assumebat, & pharmaca per insequentes sedes plurimum immutata prodirent, pharmacis tamen, ut salutem integrarent, *DEUS* benedixit. An ab ejusmodi jusculis assumtis illa pinguedo venerit? Ita videtur.

*
* *

De Tympanitico quodam miro tenebrarum amatore.

L. B. a S. *Magister equitum* 27. circ. annorum *tympaniticus* post *icterum inveteratam*, postquam aliquandiu *Ulmæ* decubuisset, restitutus parum sibi visus alio concessit, ibique nostram opem imploravit. Mira hominis δυσαρεστία, qui nusquam sibi ipsi placebat, unice tamen sanitatem exoptans, licet Medicorum dictis non audiens, ad pharmaca difficilis, gulæ suæ litaret; *saccharatorum*, si quis alius, helluo. Id singulare habuit, ut non tam solitudinem, quam tenebras amaret, inclusus amplæ domui unus ipse cum uno servo per totam diem fenestrarum valvas quam arctissime clausit, ut ne lucula per rimam ulla illaberetur; janua domus itidem continuo oppessulata. Nec omnibus etiam, sed iis tantum, quibus libebat, erat domi. Si quem admitteret, fenestræ una valva aperiebatur, alloquium breve, hinc ad suas tenebras redibat. Non erat in oculis vitium. Per totam diem decumbebat, obductis lecto conopœis, noctu comedebat, & haut raro cibi multum.

Excell. Dn. D. BEUTELIUS, Æsculapius Ulmensis, Patronus noster, tenebras etiam *Ulmæ* amasse per litteras retulit, nec cujusvis alloquium, immo ne *Confessionarii* sui, nonunquam tulisse. Præterea devoravit *pilularum* e *theriaca cœlesti* & *laudano* successive vim incredibilem, quæ primis usibus dolores *colicos* atrocissimos, quibuscum *Ulmæ* conflictabatur sopiebant, conciliato insuper somno; hinc eas cottidie deglutire cupiebat, ascendendo denique ad *grana*, si recte memini, *quindecim*: nec ab earum usu divelli se patiebatur, quidquid famigeratissimi *Ulmenses* Medici *Dn. D. BEUTELIUS & Dn. D. KOHNIUS* contradicerent, quorum primus ad me scripsit, dictas *pilulas Ulmæ* sæpius de die alvum ipsi solvere solitas esse, quod mirandum, quamvis & mihi ab *opiatis* aliquando observatum. Adscitus etiam in curæ Consortium *Dn. D. DüRRIUS*, *Augustanus*, qui ☿. Tartar. *compositum* adhibuit, cum *pulvere diuretico* ex *lumbricorum & Tartar.* ⊖libus *volatilibus*, *oculisque cancri*. Incassum omnia. Nam e tenebris in majores tenebras longo post tempore commigravit.

* * *

De uteri fluxu purulento & vaginæ procidentia.

Ex Epistola Dn. D. ANDR. ROSÆ.

Es sind zwey Frauen / welche diversis quidem, beede uteri affectibus laboriren. Die erste / quæ sterilis est, & septem saltem a Matre mensibus gestata fuit, terrore quippe concepto exclusa, laborirет schon etliche Jahre fluxu aliquo uteri, ut ego suspicor, purulento. Sie fühlet zu gewiesen Zeiten in regione renali, als wann sich in utroque latere renum gleichsam ein Beutel / magnitudine ovi columbini, quandoque gallinacei, fühlete / welche dann / per contractionem institutam, die materiam purulentam, acrem, pudendum excoriantem, von sich drucken / darauf der Fluß / sine emissione urinæ, aut una cum hac, sed prout alias menses, quos simul experitur, fluunt, erfolget. Sie kommet von der Farb / Appetit und Kräfften / redditurq; insimul inepta ad congressum cum marito: Hat viel gebraucht / ohne beständig erfolgter Gesundheit; Die balnea artificialia ex herbis adstringentibus & alumine parata haben gute Linderung gegeben. Die andere / quæ primum demum partum enixa est, hat so wol ante, als in und post partum, viel außgestanden / doch sich finito puerperio wol befunden / biß 14. Tage hernach / sie procidentiam vaginæ uteri bekommen. Und habe zwar / postulatus ad curam, ihr gleich anfänglich unterschiedene Sachen gebraucht / und nicht nur l. a. den uterum herbarum uterinarum & adstringentium decocto fotum reponiren / sondern auch / injuncta quiete, öfftere *suffitus* e *colophonia*,

nia, mastiche, thure, opopanace, asa fetida, musco querno &c. instituiren/ anbey *emplastrum* contra rupturas, ad dorsum & ossa ilium, ubi uterus ligamentis suis affixus est, & umbilicum; sinui pudoris vero *pessarium* ex adstringentibus itid. & appropriatis appliciren lassen. Interne habe nicht viel gegeben/ cum ægra abhorreat medicamenta. Es hat sich aber nach 14. tägigem Bettlager alles fein gegeben/ so/ daß man nicht das geringste mehr von dem Prolapsu, sie mag gegangen seyn/ oder sich bewegt haben/ verspüren mögen/ biß nach nochmahlig-verflossenen 14. Tagen/ sich solcher wiederum gewiesen/ licet *emplastra, suffitus*, & *pessaria* quotidie continuata fuerint. Nun fragt sichs/ ob einem *balneo artificiali adstrictorio* zu trauen sey/ *secund. Joëlem*, und ob bey dessen nicht erfolglichem *Effect* nicht ein warmes Bad was *præst*iren möchte? Diese/ gleich der ersten Patientin/ trägt Verlangen/ durch ein warm Bad zu ihrer Gesundheit zu kommen. Alldieweilen aber zweifle/ ob das Weisenburger-Bad sufficient hiezu/ das Wemdingische aber propter *alumen*, quod, secundum *Fuchsium*, ipsi mixtum est, vermuthlich etwas anständiger seyn möchte; so habe meinem Herrn/ weilen ihme desselben Krafft/ als ein nahgelegenes Bad/ bestens bekandt ist/ um dessen hohen Rath und Meynung schuldigst erbitten sollen/ &c.

Gunzenhausen/ den 12. *Aug.* 1691.

Nota.

Ad has quid a me responsum fuerit, ignoro, nisi quod aliæ quædam *Excell. Dn. D. ROSÆ* ad me datæ haut obscure innuant, me in primo casu, ob situm folliculi in lumborum regione indigitati, ab Excell. Dn. Auctore dissensisse, affectumque potius ad *abscessum renum* retulisse. Et licet Vir optimus regesserit, vix capi posse, quo pacto pus tale sine urina e renibus & viis urinariis emitti queat, cum tamen & cum emissa urina prodiisse scribatur, in rugis vaginæ ob sui visciditatem ejus aliqua pars moras egisse dici posset, atque ad *fluoris* albi methodum, successive prodiisse. Folliculum enim istum tumori cuidam uteri, per hujus profundiorem situm, & majores a lumbis recessus, adscribi vix potest: Hinc curam potius ad *ulcus renum* dirigendam esse volui, per *terebinthinata, althæata, traumatica, Foresti Decoctum* &c. Circa alterum casum, quippe adcurata methodo tractatum, quod moneam, nihil superest, nisi quod utrisque *Wemdingenses* licet natura non calidæ, balneæ, mihi convenientissimæ visæ fuerint, quas autem, me quidem sciente, tunc non adierunt.

*

Quæ in Anatome puellæ verminosæ observata fuerint.

Ex communicatione Excell. Dn. D. JOH. GEORG. LAIBII, Physici Dinkelsbühlensis.

Puella elegantis formæ, sex annorum, delicatæ texturæ, sæpius antea *convulsionibus* obnoxia; *die 29. Maji*, ob æstum corporis, ex equitatione & ambulatione nimis diu protracta, *potum cervisiæ gelidæ* assumsit, a cujus haustu mox *vomitu*, *torminibus ventris*, *calore præternaturali*, *convulsionibus* corripitur, pro quibus symptomaticus sedandis, a Barbitonsoris nostri uxore, prout mihi relatum, *pulvis pannonicus* ruber exhibitus fuit. *Convulsiones* remisere quidem, calor tamen auctus; sitis & exquisitissima *ventris tormina*, in eodem permansere statu, donec, subsequente die Sabbathi, *31.* nempe ejusdem mensis, circa *horam tertiam* vespertinam, *convulsiones*, per dimidiam horam infestantes, recruduerunt. Hinc Parentes solliciti meum implorarunt consilium, &, cum de *veneno* hausto suspicionem foverent, mihique, ut hic prospicerem, injungerent, præscripsi *mixturam* ex *aquis alexipharmacis*, *theriaca Andromachi*, *lapide bezoardico orientali & unicornu vero*, *cum sirubo de citro*, quam ægra cochleatim hausit, a cujus usu aliquantisper respirare, meliusque se habere visa est, donec altero mane, circa horam matutinam quartam, corporis quædam *horripilatio*, *cum insigni calore & æstu*, *siti*, *jectigatione*, *abdominisque doloribus* maximis, insecuta fuerint. A meridie *convulsiones* per horam & dimidiam affligentes redierunt, quibus remittentibus injectus fuit *Clyster*, qui & altero die repetebatur, cum optato successu, retuleruntque, adstantes, *excrementa*, prout in primo morbi insultu, ita & hic, fuisse *spumosa, flava, granulata*, & acsi semen *cumini* admixtum fuisset. Supervenit postmodum *sicca tussis*, *delirium* per intervalla tantum affligens, &, cum omnia medicamenta respueret, cervisiæ injiciebatur *pulvis antifebrilis* cum *bezoardicis* mixtus, de quo subinde aliquid assumsit. *Die 4 Junii*, cum omnia in pejus ruerent, faciesque cum universo corpore mire collaberetur, præscribebatur *Emulsio cordialis ex flaved. cort. citr. rec. amygd. dulc. sem. melon. & citr. cum aquis cordialibus*, quibus admiscebatur ♁. *diaphoret. & lap. bezoarticus*, quam, ut & *emulsinem* domesticam avidissime, & quasi cum furore hausit. *Die 5. & 6. hujus mensis* supervenerat *diarrhœa*, inquietudo corporis maxima, cum intolerabilibus ventris, circa umbilici regionem, *torminibus*, de quibus frequentissime, cum maximo ejulatu, manusque loco dolenti admotione, conquerebatur, pro quibus sedandis incassum laboravimus, donec eodem, nempe die ♀; redeuntibus *convulsionibus*, noctu circa horam decimam, postquam paullo ante obitum ad

sanam

sanam mentem rediisset, parentibusque osculo manibus impresso, ultimum vale dixisset, placide abdormiverit.

Die octavo hujus mensis, quoniam Mater cadaveris sectionem sollicitaverat, ea hora octava matutina adornata fuit, ubi sequentia notatu digna invenimus. Corpus in abdomine supra modum tumidum erat, a pube, versus umbilicum, ad scrobiculum cordis usque mire inflatum, totumque nigrum, quasi *sphacelo* correptum esset, apparuit: excepto in utroque latere musculorum abdominis interstitio, ubi flavus color prævaluit. Dorsum, brachia, usque ad cubitum, femora, suræ ad taleolas usque, partim livida, partim lituris lividis obsita erant. Ungues pariter nigri, extremitates digitorum, quas paullo ante obitum dentibus discerpere volebat, totæ rugosæ: nates partim colore rubicundo & zinnabarino, partim lacteo & albo mire variegatæ erant. Labia oris, reliquæque corporis partes externæ hinc inde maculis lividis conspersa fuere. Integumentis abdominisque musculis ablatis, statim copiose effluebat ex abdominis cavitate serum flavum & feculentum. In ventriculo, præter unicum *lumbricum*, & aliquot uncias liquoris flavo-cineritii nil conspiciebatur, nisi quod in fundo ejus, forsan ob tunicam mucosam abrasam, quod ob injunctam festinationem non adeo accurate observavimus, vasa sanguifera jucundo spectaculo, se spectanda præbuerint. Intestina cuncta erant valde inflata, in duodeno tamen, & jejuno, nil singulare occurrebat, in confinio tamen hujus, & intestini ilei conspiciebatur foramen rotundum, digitum minimum facile admittens, per quod, procul dubio, intestinorum contenta, in cavum abdominis delapsa sunt. In principio ilei, quod aliquot in locis turgidum, rubrum & quasi inflammatum deprehensum fuit, occurrebant *sex lumbrici* longi, ut & in medio hujus intestini denuo *duo*. Color hepatis erat partim ruber, partim cineritius, in cujus dextro lobo & externa hujus facie conspiciebatur foramen quoddam rotundum, pisum capiens, non tamen adeo penetrans. Non procul ab hoc foramine erat insignis macula floreni magnitudine, punctulis rubris & sanguineis conspicua. Lien, Renes naturaliter se habebant. Aperto thorace iterum insignis seri flavi quantitas effluebat, ad aliquot uncias. Hujus tamen in sinistro latere copia major fuit, quam in dextro. Supra Diaphragma, ubi pulmones interdum thoraci adnasci solent, aderat textura quædam valde porosa, membranacea, friabilis, & pinguedine diffluente referta, pulmones costasque cingens, digitos 4. transversos longa & lata, digitumque minimum crassa. Pulmones fuere turgidi, & undequaque maculis rubris & nigris conspicui. Auricula cordis dextra vix guttulam sanguinis continebat, portionem tamen ad ℥ß. circiter concretionis cujusd. pinguedinem granulatam refe-

 rentis,

rentis, splendentis & flavi coloris, ut ovorum piscium quædam conglomeratio, quæ facile separabatur, cui affixa erat exigua quantitas sanguinis atri & viscidi. Sinistra auricula erat tota flaccida, portiones quasdam sanguinis atri, & concreti continens. In reliqua, sc. vasa majora sanguifera, ob deficiens tempus, (instabat nempe sepultura) inquisitum non fuit. Ex hoc Casu emergere videntur tres quæstiones ventilandæ; nempe (1. *An febris ardens, qua ægra laboravit, fuerit primaria, an symptomatica?* (2. *An foramen illud in fine intestini jejuni repertum adscribendum sit lumbricis, vel veneno?* (3. *Et, si veneno adscribendum, cur illud energiam suam non in primis viis, ventriculo, duodeno &c. exseruerit?*

Scholium.

Ut *Excellentissimi Dn. Auctoris, Fautoris & Amici nostri* integerrimi, quæstionibus aliquo modo satisfiat, ad primam respondemus, *febrim isthanc, quam ipsi ardentem vocare placet, non idiopathicam fuisse, sed sympathicam,* aut, si quis malit, symptomaticam, eo quod fabulæ totius actores *lumbrici* soli videantur. Quantorum symptomatum esse Auctores *lumbrici* soleant, pleni sunt Practicorum omnes libri, sic, ut si quid insoliti symptomatis alicubi occurrat, cujus caussam facile Medicus rimari non possit, illud vel *verminosæ* proli, vel *incantationibus,* utplurimum vere adscribatur. Vidimus tam mire convulsos *verminosos,* tam ridiculis gestibus, prolatis, etiam peregrina, alias incognita, lingua, ut quis aliquid supra naturam in ipsis jurato quæsivisset. Non semel autem nobis occurrerunt in praxi, qui ex *febre maligna* decumbere videbantur, cum *horrore, æstu, siti, dolore capitis, delirio* &c. pensitata re *lumbrici* sub herba latitare visi. Inter alios Juvenem 18. annorum, ante circiter octennium curavimus pistorem, pleraque *malignæ febris* symptomata caussantem, aderant insuper multi *pavores, dentium stridor, tormina*; cum offerretur urina, qualis *verminosorum* esse solet, lactea, pronunciavi de *lumbricis*, adstantibus me pro deridiculo habentibus; *anthelmintica* certe patientem desperatum, quod *alexipharmaca* non poterant, mihi reddiderunt. Puellam quæstionis ubi consideramus, cum *lumbricis*, etiam post mortem inventis, iisque majoribus, omnia congruunt, *convulsiones crebræ, corporis æstus* (quem procul dubio *horror* præcessit,) *vomitus, tormina ventris, jectigationes, sicca tussis, interpolata deliria,* reddita per clysterem excrementa spumosa, flava, granulata, & ac si semen *cumini* admixtum fuisset. (*quæ cuminiformia corpuscula lumbricorum excrementa putamus*;) *diarrhœa* denique, & circa umbilicum intolerabiles cruciatûs: quæ omnia satis ostendunt, non fuisse *febri ardenti*, hæc collective sumta symptomata adscribenda, sed alii caussæ, quam *lumbricis*, siquidem

ſiquidem per nos licet, deferimus. Quærentibus autem, qui fiat, quod *lumbrici* tam mira ſymptomata excitare valeant? reſpondemus id roſioni, generis nervoſi, tunc ſe varie contrahentis, & per iſtas contractiones totam animalem œconomiam turbantis unice deberi, quod per omnia ſymptomata varie, ſi pateretur inſtitui ratio, poſſet explicari, alii fortaſſis occaſioni reſervandum.

(2. Ad alteram quæſtionem de *foramine* quod attinet, *illud a lumbricis terebratum fuiſſe perſuaſi ſumus*; nec id quidem experientia diſtituti. Ludimoderator paganus 25. circ. annorum nobis oſtendit in inguine dextro pugni magnitudine *tumorem* durum, quem varia ſymptomata, *aſtus*, *ſitis*, *horror*, *anxietas* &c. comitabantur. *Herniam* primum eſſe rati per *emollientia*, reditum intra peritonæum moliebamur, inviti ſuppurationem *tumoris* promoventes; intra paucos enim dies *tumor* emollitus rumpebat, profluente fœdiſſima ſanie: melius inde habere viſus, viſus tantum. Conſpiciebamus enim brevi potum parum alteratum, quin cibos quoſdam ex abſceſſu, jam ſtercoreo fœtore inquinatos prodire, unde certi de *vulnere inteſtinorum* etiam *traumatica* interna propinare cœpimus. Elapſis aliquot diebus e vulnere *quinque lumbrici* longiſſimi prorepſerunt; indies melius habuit, *vulnerariis* in- & externis ſumma cura & ſollicitudine applicatis plaga denique ſolidata. Quid ſi in puella per eundem *abſceſſum lumbrici* foras prodire potuiſſent, ſpem ſane de recuperanda ſalute concipere licuiſſet; nunc vero per inteſtinum alicubi a *lumbricis* perforatum in cavum abdominis quiſquiliæ pro fluentes, viſcera quædam fœda putrilagine inquinarunt, accedente procul dubio denique *gangræna* interna, quod e furibundo *emulſionum* appetitu paullo ante obitum ſe exſerente, colligere licet, quæ vitæ quoque pauſam acceleravit. Plura *lumbricorum* inteſtina terebrantium exempla videſis paſſim in *Ephemeridibus Illuſtris noſtræ Academiæ* collecta. *Venenum* autem a puella fuiſſe hauſtum, vix ego, varias ob cauſſas, crediderim. Tametſi enim phænomena quædam recenſita toxicatis communia exiſtant, ea nihilominus in hoc ipſo ſubjecto tam atrocia non fuerunt, qualia conſueverunt in illis eſſe. *Hauſto veneno faucium ſtatim ardor & ſitis paullo poſt intolerabilis, anxietas præcordiorum ſumma, vomitus horrendiſſimi, corporis inflationes, convulſiones furibundæ.* Ante qnadriennium nobilis Adoleſcens *venenum* a meretricula per *martios panes* miniſtratum, ingeſſerat: ſtupendum brevi ſpectaculum, ſymptomata paullo ante recenſita, vera rabies, etiam adſtantibus, ni ſibi caviſſent, nocitura, vomitus perpetuus ſpumoſorum & nigricantium, convulſiones horrendæ, ſic ut in pavimento volutaretur lymphatus, mors denique cita: ſpectatores ipſi adſtitimus. Sectio poſt mortem inter alia materiæ atramento contra ni-

tra ni-

ætra nigerrimæ & corrosivæ copiam in ventriculo rubicundissimo & gangrænoso ostendebat. Ridiculum erat, quum homo miser aliquantisper mitius haberet, Parochum extremam unctionem ministraturum & appropinquantem, nil tale cogitantem subito adortum fuisse, sic ut ipse cum stola & myrothecio fuga se proripere cogeretur. Sed hæc ἐν παρόδῳ Secti etiam in subjecto nostro corpusculi tam externa, quam interna phænomena, de hausto *veneno* certi firmique nihil concludunt, & cum præterea consideramus, puellam antea sæpe *convulsionibus* obnoxiam, eandemque *verminosam* fuisse, omniaque recensita symptomata *lumbricis* quoque communia censeri, mortis eventum tristem caussis evidentibus, quam occultis adscribere, tutius arbitramur. Si quid humorum in ventriculo alibive repertorum cani præbitum fuisset, *veneni* suspicio, parentum animis fortassis infixo, levi negotio eximi potuisset.

(3.) Tertia quæstio, rebus ita habentibus, otiosa videtur. Si tamen quid dicendum, *venena mitiora*, cum pinguibus præcipue hausta, sine notabili energia e *ventriculo* elabi, suaque demum intestinis spicula infigere posse, impossibile non est. Ad primas vero vias non tantum ventriculum cum duodeno, sed omnia in universum intestina, inter quæ *Ileon*, foramine pertusum erat, esse referenda censemus. Tantum ad quæstiones.

Pauca quædam de *cadaverum apertura* exercitii caussa subjiciemus. Eximium ejus usum in dignoscendis aliquando morborum abstrusissimorum caussis veneror & agnosco; Nostros homines ad ejusmodi aperturas concedendas esse adeo difficiles publice alicubi conquestus sum; neque tamen negare possum, me in ea esse sententia, quod in judicandis morborum caussis heic sæpe *fallacia caussæ* committantur, & Judices frequenter & egregie fallantur. In hac observatione, videmus insignem abdominis intumescentiam, nigredinem, colorem cætera passim lividum, nates floride rubicundas, alicubi albas; &c. Intus in abdominis cavitate serum flavum & feculentum, in ventriculo liquorem flavo-cineritium, intestina inflata, hepar insoliti coloris, pulmones turgidos, maculosos &c. Jam ista omnia, *an non interdum* (*semper enim id fieri sustinere nolim*;) *effectus potius medicamentorum, etiam prudenter applicatorum, attamen inter se varie conferm*e*ntantium, quam caussæ aut materiæ morbificæ existant, sic ut, si ejusmodi medicamenta propinata non fuissent, varias id generis maculas, inflationes &c. prosectores non detexissent, si non omnino certum, probabile tamen tantisper, ac alius quispiam impossibilitatem nobis ostenderit*; *statuemus*. Præcipue vero *emulsiones* affatim exhibitas, quippe coagulum ab humoribus acidis subeuntes, ejusmodi turgescentias excitare posse suspicamur. Immo nemo nobis vitio vertat, si corrosa quandoque interanea, non tam virulentiæ

lentiæ morbi, quam causticæ virtuti pharmacorum, deferamus; sic, ut Medicorum aliquos frustra suos errores, per ejusmodi phænomena, quorum ipsi Auctores, per præposteras medicationes fuerant, excusare, persuasissimi simus.

* * *

Remedia quædam pro doloribus artuum scorbuticis.

Ex communicatione Dn. Lic. MASKOSKZ, Physici Göppingensis.

Weil N. N. schon bey 4. Monat lang an einem Waden deß Fusses ungemeine grosse Schmertzen leydet / und biß dato nichts solche Schmertzen / obwolen schon bey hunderterley appliciret worden / lindern wollen; Als überschicke hiemit / auf deß Herrn Schw. Begehren / einige Mittel / so mir fast niemahlen / in talibus atrocissimis, biliosis, scorbuticis, immo malignis affectibus & doloribus gefehlet / sondern allezeit die Prob gehalten / oder wenigstens die grausame Dolores gelindert haben. Und solle man erstlich partem dedis affectam täglich 3. oder 4. mal / oder öffters räuchern / wie es gebräuchlich ist / solch Ort zuvor mit einem warmen zarten Tüchlein / damit solcher Rauch aufgefangen worden / bedecken / oder / so man es erleyden kan / etwas reiben / das Ort tapffer räuchern / und um und um mit Tüchern den Rauch wol verwahren. (Descripsio *pulveris fumalis* non fuit simul missa, eo quod sibi sex hebdomadas pro infusione & præparatione postulare Dn. Auctor scriberet.) Wann nun solcher Rauch etlichmahl gebraucht worden / und nicht helffen wolte / soll man ein gerechtes Holder-Gseltz / Rob sambucinum, auf ein zart Tüchlein streichen / dick-lecht / und über das bewußte Ort legen / täglich einmahl renoviren; wolte das auch nicht helffen / soll man dieses Cataplasma laut beykommenden Recepts / so offt / als es erkaltet / renoviren / und warm überlegen / ja / man soll es nicht erkalten lassen / sondern in stäter Wärme erhalten; oder ein Vesicatorium, oder die Moxam usu solito appliciren / oder / wann der Fuß nicht schwindet / wolte die Gicht-Ader bey dem kleinen Zähe / in signis arietis, tauri, cancri vel virginis, schlagen / aber über 2. oder 3. Untzen Bluts nicht lauffen lassen / und rathe die zarte / so wol gelbe / als grüne Holderschelffen / gantz trocken / und bloß überzulegen / und zu 8. Stunden zu erfrischen / oder heiß-warme Mehlkleiyen / oder / wann Hitz obhanden / das kalte Rocken-Mehl überzustreuen / nicht zu vergessen. Die übrige Leibes Disposition wolte / als eine Atrophiam Scorbuticam, tractiren / pulverem antihecticum Poterii, einige Kräu-

Kräuter-Brüh / und das Electuarium resumtivum Gerhardi offt geniessen lassen / jedoch jedwedes Stück besonders gebrauchen. Wolte das alles nicht helffen / so wolte das Wunder-Bad bey Böll / das Pfeffer-Bad oder Emser-Bad einrathen / si vires permittant, &c. Göppingen / 1694. den 14. Martii.

℞. *Sem. lin. fœnig. r. aa.* ℥j.
cartham. papav. alb. urtic. aa. ℥ij.
farin. fabar. ℥iß.
rad. alth. ℥j. *lil. alb.* ℥ß.
herb. ibisc. nasturt. aq. melil. aa. mj.
hyosc. malv. chamom. parietar. aa. mß.
fl. pap. err. verbasc. rosr. r. viol. aa. p. j.
Caric. pingu. n. X.
M. F. ♀. *grossus pro cataplasmate.*

* * *

Ranarum coaxantium in ventriculo vox ex imaginatione.

Ex communicatione Dn. D. JOH. FRANCI, Pract. Ulmensis.

Vidi puerum octo circiter annorum, fœminæ mendicæ filium, ex cujus ventriculo, tempore præsertim pluvioso *vox ranarum* audiebatur, ac si multæ *ranæ* coaxarent; inquienti mihi, unde hoc veniret? Mater responsum dedit: Desideravi tempore graviditatis & opipare vixissem, modo talismodi animalcula habere potuissem; audivi quidem coaxationes eorum, sed carnis non particeps esse potui; hinc desiderium adhuc est in ventriculo filii mei.

* * *

Historia cujusdam, qui ab uxore se venenum hausisse credebat.

Rusticus 22. annorum, cætera sanus, *d. 3. Augusti* 1688. mane piscatum abiturus *offam* ab uxore petit, quam nostri vocant *adustam ex pane tessellatim conscisso, aqua, & farina in butyro eliquato frixa cum aceti modico*, (eine gebrannte Suppe/) tales enim amabat. Foras prodiens *axietate, torminibus* & *vomitu* corripitur, mephitim teterrimi fetoris nigricantem, summo cum angore, magna copia per fauces reddens, unde quadamtenus levatum se putabat. Insecutæ mox *convulsiones*, livor totius corporis & alia toxici hausti suspicionem faciebant; *ulcuscula* toto capite prorumpebant & *exanthemata*. Aucta suspicio, quod ejusdem uxoris tres mariti, eodem fere modo, fato succubuissent, uno vix maritali copula pharmaceutriæ uxori (ut tum putabatur,) juncto. Aucta hinc etiam, quod conjugium non esset omnino amabile. Delatus in Parentis domum ruricola multa multorum, Medicastrorum præcipue, consilio

consilio sine fructu hausit: inter hæc *olivarum oleum* magna quantitate. Cum varia rumor, uti solet, divulgaret, a Magistratu, qui fuit propinqui celeberrimi *Cisterciensis ordinis Monasterii*, ut, numquid *venenum* hausisset miser, nec ne, examinarem, *d. 26. Augusti* vocor! Eo profectus hominem reperi summe debilem, *pulsum cum debilitate celerem*, *spirandi gravitatem cum ronchis*, *cruciatus in abdomine vix tolerandos*, *pedes atrophia extenuatos*, *in tota corporis superficie*, *capite cumprimis*, *dolorem summum*, *inappetentiam*, *perpetuum vomendi conatum*, *maculam*, *nisi raram in brachio, alibi nusquam*. *Diarrhœa* frequenti se jamjam exercitum referebat, primum insuper maritum ante copulationem; duos sequentes prima nuptiarum die, fato eodem subito interisse, se vero in ipso copulandi actu, (quod ante septendecim septimanas factum erat,) manum dextram cum toto brachio livore obductam retraxisse, & ab insequente morbo vix convaluisse. Narrabant insuper uxorem ad tot mariti objectiones, cur nempe *venenum* sibi propinavit, mutam fuisse, denique respondisse, *venenum* fortasse ab *araneo* aut *venenata musca aceto* communicatum, nam se cum eodem *aceto* altero statim die offam coxisse, sed canem domesticum & gallinas binas inde comedentes vitæ pausam fecisse. Pensitatis omnibus, Judicium sequens ad Magistratum detuli:

Auf Ihro Hochw. und Gn. gnädigen Befehl / habe ich Endsunterschriebener / den N. N. seines Alters 22. Jahr / welcher vorgibt / als ob sein Ehe-Weib ihme Gifft solte beygebracht haben / in seines Vatters N. N. Behausung zu N. besehen / und dessen Zustand / nach allen Indiciis Medicis, wol untersuchet / und so viel befunden / daß / allen Umständen nach / zwar nicht wol anders seyn / als daß N. etwas gifftiges / de natura veneni lenti, müsse genossen haben; jedoch aber dißfalls keine Rationes apodicticæ oder demonstrativæ, sondern ausser sehr starcken Præsumptionen / nichts vorhanden. Indem auch die malignität demselben hefftig gegen das Hertz zu dringen / und den Athem zu hemmen / auch die Kräfften ziemlicher massen abzunehmen beginnen / als ist zu dessen künfftiger Wiedergenesung wenig Hoffnung übrig / oder doch keine vollkommene beständige Gesundheit zu gewarten; welches in Unterthänigkeit berichten sollen. Actum K. den 6. Sept. / 27. Aug. 1688.

Rosinus Lentilius.

Eodem die curam ita sum aggressus:

℞. *Diascord. Fracastor.* ℥iij.
theriac. opt. ʒiß.
pulv pannon. r. ʒj.
sir. citr. parum. F. n. 3. boli.

Ea statim vespera sumatur unus, alteri bini sequente die ante & post meridiem, excitato semper largo sudore.

Cochleatim sumatur sequens *mixtura*:

℞. *Aq. scorzon. card. ben. aa.* ℥iß.
cinnam. opt. ℥ß. *vit. Matthiol.* ʒiij.
Coral. r. ppt. ʒj. *margar. or. ppt.* ʒß.
CC. phil. ppt. ♁. *diaphor. aa.* ℈ij.
facch. perl. ℥ß. *theriac. Andr.* ʒj.
sir. citr. ℥j. *M.*

A quorum usu non pejus habuit, quin res visa melius succedere.

D. 30. Aug. a me ordinata sequentia:

℞. *Conf. rof. r. fl. borrag. aa.* ℥j.
diascord. Fracast. ʒiij.
confect. de hyac. alkerm. aa. compl. ʒj.
♁. *diaph. CC. philos. ebor. philos. aa.* ℈j.
theriac. ʒiß. *sir. Coral.* ℥ß.
oxym. squillit. (*quod altius spiraret.*) ℥j.
M. F. Elect.

Capiat aliquoties in die quantitatem nucis moschatæ vel castaneæ.

Item *infusi* cum *vino* mane ℥iiij. calide:

℞. *Rad. irid. flor. Scorzon.*
petasit. angel. aa. ℥ß.
herb. card. bened. marrub.
rut. capill. ♀. *aa.* mß.
flor. 4. cordial. aa. p. j. acac. mß.
fol. senn. Alex. ʒX. *Tartar. crud.* ʒj.
sem. citr. angel. aa. ʒij.
cinnam. ac. ʒiij. *Zingib.* ʒj.
Conc. cont. D.

D. 5. Sept. satis bene habuit: *D. 10. Sept.* ipsum vehementer imbecillum inveni. Ordinavi *pulverem bezoardicum Willisii*, qui exstat in *Pharmac. ration. Part. 1. p. m. 123. edit. Genev. 4.* omissis tamen aliquibus ingredientibus. Hujus bis in die ʒß. cepit, unde symptomata remiserunt omnia, redeunte quoque appetitu. *D. 12. Sept.* ordinavi *haustum purgantem*:

℞. *Aq Scorzon.* ℥j. *cinnam.* ʒij.
pulv. Cornachin. ʒß. *crem. Tartar. gr.* XV.
resin. scammon. gr. v. *sir. de cich. c. rh.* ʒvj. *M.*

Fuit hinc ἄνω & κάτω vehementissime, cum euphoria tamen, purgatus, redeuntibus sensim viribus, præcipue cum post *purgationem pulverem bezoardicum Willisianum* sexies adhuc adsumsisset. Hinc *d. 25. Sept.* adhuc semel hunc *pulverem purgantem* scripsi:

℞. *Gial,*

℞. *Gial. n. resin.* ℈j.
Tartar. Vitriol. gr. xviij.
troch. alband. gr. iij. *lap. bez. or. gr.* iiij.
℈. *citr. gtt.* ij. *M.*

Post adsumtum *pulverem* utatur ad mensem *jure carnium sumar. fragar. nasturt.* ▽. *rad. petrosel.* & *ruta* medicato; & hactenus in vado videbamur. Enim vero *d. 2. Oct.* aliam ex improviso faciem omnia sunt indepta; Namque nemine quidquam cogitante prodiens æger ex hypocausto de *capitis dolore* matri querelam affert, mox iterum ingressus *maniaco furore* corripitur. Adcurrentem fratrem vehementer attonitum humi prosternit. Pater, vir robustus eum in medio corporis complexum in lectum vi componit, sed ipse totus lymphatus, dentibus adoritur scamnum, evulsis inde festucis sat grandibus; donec in auxilium acciti vicini rabiosum in lecto vi detinerent, eique coercendo vix quatuor viri robusti sufficiebant. Lectum & pulvinos dentibus laniare tentabat, linguam quoque suam admordens; nec quenquam hominum aut agnovit, aut fando quidquam protulit, præter ea nonnunquam verba: O du Hexe! O was ist mir in meinem Kopffe. Vocatus igitur spondam in hypocausti medium collocare jussi, eo fine, ut circumquaque ad eum melius coercendum pateret aditus. Chirurgus accitus, septem interea viris eum tenentibus, e vena secta furibundi sanguinis ℥x. circiter prolexit. Inde statim quietior factus *haustum vini* postulavit, quo accepto Pastoris alloquium petebat. Interim talis a me *potio* propinata:

℞. ♁. *nativ. gr.* v. *campb. gr.* iij.
sacch. ♄i. *gr.* iiij.
Aq. cinnam. ʒj. *beton.* ʒvj.
sir. fl. papav. err. ʒiij. *M.*

Consopitus per ista furor vesperi recruduit quidem, sed paroxysmo leviore nec admodum durabili, quo exantlato, se bonum certamen certasse dicebat. Virium debilissimus. Omnium artuum dolor ulcerosus, a vi tenentium procul dubio maximam partem profectus. Confirmatus in sententia *veneni* accepti magistratui rem indicavi. *D. 3. Oct.* cochleatim hauriat:

℞. *Aq. flor. til. ceras. n. meliss. aa.* ℥j.
epil. Lang. ℥ß.
cinnam. fort. ʒiij. *naph.* ʒij.
Conf. alk. compl. ʒj.
spec. cardial. temperat. ʒß. *diambr.* ℈j.
♁. *nativ.* ℈ß. *sir. fl. tun.* ℥j. *M.*

Vertici & temporibus *inunctio*:

℞. *Ol. nuc. mosch. expr.* ʒj. *succin. destill.* ℈j.
rut. gt. v. *lavend. majoran. aa. gtt.* iiij. *M.*

℞. *Pulv. bez. senn.* ʒj.

 campb.

camph. ♄. *nativ. aa. gr.* viij.
facch. ♄ i. ℈ß. *M. pro* 3. *dosibus.*

Quas adſumere renuit. Veſperi enim, ſoluta ſubito lingua, jam ſe nullibi male habere, ſed eſſe ſaniſſimum profitebatur. E corpore toto in pedem dextrum omnia commigraſſe: ſe à nemine, niſi uxore adjutum iri, proin eam *D. 4. Oct.* accerſerent. Quod vero ante actorum nil omnino recordaretur, & alia conſentirent, eum delirare cenſebam. *D. 6. Oct.* Mens in corpore nondum ſatis ſano, ſana. Nil doloris. Artuum, dextri præcipue femoris, immobilitas. Binæ manus contractæ, contractura tamen interdum remittente. Datus *pulvis* meus *antidinicus* cum *bezoardico meo* (quorum Deſcriptio *III. parte Miſcellaneorum* noſtrorum exhibetur,) mixtus, cujus *dimidia drachma* mane & quarta pomeridie ex jure ſumatur: noctu, quum itur cubitum, ex eodem vehiculo *mixturæ gutt. XXV.*

℞. ∾. ⊖. ✱ci. *arom.* ℥j. *cochlear* ℥ij.
Tinctur. caſtor. ℥j. *eſſ. ſuccin. Tartar.* ℥iß. *M.*

His uſus eſt ſine ullo levamine, niſi quod manus dextræ liberior motus, brachium autem ſiniſtrum cum iſto pede prorſus immobilia. Noctu compreſſivus artuum dolor præcordia verſus protenſus. Ordinatum *infuſum nervinum* ex *rad. pæon. herb. chamædr. chamæpyt. fl. ſtœch. arab. anth. & raſ. lign. ſaſſafr. ex vino*; ſumat mane & pomerid. hauſtum. Alternis diebus inſideat *Laconico*, & vaporem *origani* & *abrotani* ex *vino coct.* & lateribus △tis affuſum admittat, poſt fiat *inunctio* ex ∾ *arthritico* parato e ∾ *bacc. junip. lumbric.* ⊖ ✱ci. ♋. *CC. ſuccin. & ♎ Vitrioli*: quæ inunctio, etiam præmiſſa *urticatione*, ſingulis diebus mane veſperique repetatur.

Ab horum uſu cœpit intumeſcere brachium cum collo totaque facie, ſic ut deglutitio quoque impediretur, motu tamen ne ſic quidem reſtituto. Suaſi, ut in modica *laconici* & *inunctionum* uſurpatione pergerent, pellendo *tumori rob. junip. ſamb. & ebuli, c.* ▽. *ſigill. bol. arm.* ♉. *diaph. & CC. uſt.* utque *lacte calido ſaccharato* fauces frequenter colluerentur. Subſedit *tumor, paralyſis* ſenſim remiſit, ſic ut, valetudinarius tamen, in hunc usque diem (ſcribo autem hæc *24. Martii,* 1697.) artubus haut adeo firmis & ſiniſtro pede claudicans, negotiolis præſit.

Interim, cum caſus judicaretur criminalis, cauſſa in Dicaſterio propinquo agebatur. Sententiam illinc Medicam rogatus eam, iſtis fere terminis, quos ab initio hiſtoriæ legis, *D. 19. Nov.* deſcripſi. Qui cauſſam uxoris tuebatur Patronus judicium meum transmiſit ad ſuum quendam Affinem *Profeſſorem Medicinæ* alicubi *extraordinarium.* Iſte, ne non a me diſſentiret, (*ſunt enim, qui diſſentiendo ab aliis mire ſibi pla-*

sibi placent, ut scilicet, ubi diversum sense- rint, eo doctiores censeantur, quod Medi- cis, se celebrioribus, contradicere audeant,) omnia symptomata *convulsionum* effe- ctibus detulit, atq; ne quid coloris de- esset, me ad meas ipsasmet observatio- nes, quas de miris *convulsionibus* passim ordini nostro curioso ad augendas *Ephemerides* communicaram, ablegan- dum æstimavit. Uxor se micam *ve- neni* propinasse nulla fatebatur, Pater ejus, Frater itidem & Affines illius de- fensionem pro virili suscipiebant, nunc *oleum* magna copia haustum, nunc *brassicam muria conditam*, cui *cer- visia* superbibita, nunc alia multa pro *epilepsia* caussa venditantes, immo te- meritatis eo procedentes, ut me in ædi- bus meis compellare audereat, obla- to ære, meam fidem, impudentissimo facinore, mercaturi, quos liminibus meis, uti merebantur, exegi. Ab ini- tio denique *Februarii mensis* 1689. ut quæstionibus pone secuturis in forma probante satisfacerem, rogatus fui:

Tit. Herrn D. Rosinus Lentilius, Medicus und Physicus in deß Heil. Röm. Reichs Stadt Nördlin- gen / wird dienstlich ersuchet / sein hochwichtiges Judicium Medicum nochmahlen außzuhändigen / ob er:

(1. N. N. anjetzo zu N. bey da- mahliger seiner Besichtigung / als ei- nen Epilepticum angetroffen?

(2. Ein und anders Indicium Epilepticum bey dem Patienten vor- handen gewesen?

(3. Ob N. damahlige / und auch jetzige Krankheit / nebst der Ver- krumm- und Lähmung / von der Epilepsia oder Gifft ursprünglich herrühre? Oder

(4. Ob solche Krankheit ein sauer Kraut caussire?

(5. Ob man an einem sauren Kraut dergleichen Zustand essen und caussiren kan?

(6. Ob das Sauerkraut Epi- lepsiam caussire?

(7. Ob das Sauerkraut einen sonderlichen Gifft / der ei- nen Menschen in N. Krankheit setze / bey sich führe?

(8. Ob ein halb Pfund Baum-Oehl auf 2. mahl einge- nommen; Item / ein halb Maaß Wein / anderthalb Maaß Wasser / darinnen Liebstöckel und Wermuth gesotten / und getruncken; Item / Wachholder- Limpff / Ameisen-Eyer / mit samt dem Koth / gesotten / und darinnen gebadet / dergleichen Morbum caussire / oder Teufels- Bannerey sey?

Auch was (9. sonsten secundum in- dicia Medica hierbey nöthig / gegen danckbarer Gebühr / in forma pro- bante von sich zustellen. Valeat!

Ad has quæstiones sequentem in modum respondi:

1. Habe

1.

Habe ich Ends-unterschriebener bey meiner / auf Befehl / vorgenommenen Besichtigung / den N. N. anjetzo zu N. nicht epilepticum angetroffen.

2.

Viel weniger einige Indicia, worauß epilepsia aut paullò ante prægressa, aut præsens, aut brevi secutura, hätte gemuthmasset werden können / bey demselben wahrgenommen. Man wolte dann die Affectiones spasmodicas und Motus convulsivos, so gleich bey Anfang seiner Kranckheit / nach dem gewaltsamen **Erbrechen** / und s. v. **Stuhlgang** / auf dem Felde / (welche denen Toxicatis gar gemein /) und dieselbige / so den 1. *Sept.* 1688. auf seine Maniam oder **Tobsucht** erfolget / eine Epilepsiam nennen / jedoch wider die Principia Medica.

3.

N. damahlige / und auch jetzige Kranckheit / nebst der **Verkrummund Lähmung** / und andern Symptomatis, könten wol / distributive genommen / von einer Epilepsia atroci herrühren; massen die Observationes bezeugen / wie wunderbarliche Symptomata zum öfftern ex Insultibus epilepticis efferatioribus erfolget: daferne gedachte Epilepsia dem Patienten anhienge / und die meiste Symptomata nicht simul & semel, sondern successive ihn befallen hätten. Weil aber / deß Patienten / und der Seinigen Vorgeben nach / solches nicht befindlich; Als ist mehr zu glauben / daß sie ex veneno, und zwar nicht ingenito, sondern assumto, herrühren / auß folgenden Ursachen:

(1. Ist der Patient ein dem äusserlichen Ansehen / und jedermanns Meynung nach / gesunder Mensch gewesen.

(2. Hat in Speise und Tranck / auch andern Partibus Diætæ, sonderlich vor dem Anfalle der Kranckheit / nicht NB. *ernormiter* peccirret.

(3. Hat / seiner Außsage nach / eine **Suppe** genossen / dergleichen er sonst gerne zu essen gepflogen / **die aber jetzo gantz bittern und eckelhafften Geschmackes** war / dahero er auch dieselbe nicht außgeessen.

(4. Worauf er / ohne etwas anders darzwischen zu essen / und sonder langer Verzug.

(5. Sehr viel und unordentliche vermischte Zufälle bekommen / als da sind:

Angst und Bangigkeit / Eckel / Hertz-Klopffen / Ab-Kräffte / stinckendes Auffstossen / Hecken / (Singultum,) ge-

waltiges

waltiges Erbrechen einer schändlichen Materia, (welches NB. nicht lange nachgelassen/ sondern etliche Zeit und Wochen / ohne Erleichterung / fortgewähret / wie ich ihn dann noch in solchem Auffstossen / Eckel und Erbrechen gefunden/) Durchbruch / erschröckliches / und fast unleydliches Reissen deß Leibes / Convulsiones, kalter Schweiß/ Erblauung deß gantzen Leibes und der Nägel / zerdossenes Gesicht / (inflata facies,) Außfallen / oder s. v. Krätze deß gantzen Haupts/Schmertzen desselben sc. capitis, und aller Leibes-Glieder/wo man ihn angerühret / Schwindel / grosser Durst / Speißgraue / Engbrüstigkeit/geschwinder/ schwacher und unordentlicher Pulß / Hertz-Wehe und Drucken/rothe Augen/kleine braune Flecken auf den Armen und der Brust / Schwinden der Füsse &c. Mittlerweile aber Melancholey / hernach gar Mania oder Hirnwuth / mit grausamen Convulsionibus, so/ daß tempore maniæ, bey 7. Personen ihn zur Aderlässe halten müssen: Delirium, und letzlich vollkommene Lähmung deß rechten Armes und lincken Fusses; deren die allereste Zeichen ich ex relatione, die übrigen und meisten aber ex autopsia habe.

Welche Zeichen insgesamt/ nicht distributive, sondern collective genommen / von genossenem Giffte ziemlich glaubhaffte Zeugnüß abstatten. Indem / ob schon von einem Veneno ingenito, si tale datur, dergleichen Zufälle sich auch ereignen können / in diesem doch ein Subjectum præsupponiret wird / welches bey langen Zeiten her baufällig gewesen / weil solche Venena nicht in instanti, sondern successive generiret werden müssen. Man besehe hievon *Paul. Zacchiam lib. 2. Tit. 2. Quæst. 5. 6. 7. 8.*

(6. Juvantia & nocentia, wollen fast gleichen Beweißthum abstatten / weil dem Patienten lauter Alexiteria, das ist / Artzneyen wider den Gifft / und Bezoartica gebrauchet worden / die ihm so gar nicht geschadet / daß sie vielmehr grossen Nutzen geschaffet / und ihn / als einen zum öfftern tödtlich-schwachen Menschen/ sonder Zweifel beym Leben erhalten; wie dann die Materia Maligna, in die äussere Gliedmassen; durch eine / von denen Medicis genannte / wiewol unglückliche Metastasin,

stasin, getrieben worden / daher auch hernachmahls die Lähmung erfolget.

Im Gegentheile scheinen wider die Epilepsiam folgende Rationes zu streiten:

(1. Wie oben gemeldet / werden sich berührte Symptomata bey Epilepticis wol distributive oder disjunctim; schwerlich aber collective oder conjunctim finden.

(2. Gehen die Epileptici, auch nach außgestandenen sehr schweren Paroxysmis, meistentheils wieder davon/theils erholen sie sich doch in kurtzer Zeit und wenig Tagen/als wann ihnen nichts gewesen wäre / und wird sich nicht leichtlich finden / daß sie so viel Wochen/als Epileptici, continuirlich kranck seyn sollen/wie dann dieser Patient / vom Monat *Julio*, vorigen Jahrs an / biß auf jetzige Zeit / (und zwar nun wieder / dem Vernehmen nach / etwas hefftiger/) darnieder liget.

(3. Die mit der Epilepsia so starck befallen werden / haben öfftere Paroxysmos, da dieser vor 8. Jahren/ (NB. Antagonistæ eum jam ante octennium paroxysmo epileptico prostratum caussabantur,) einmahl/ und nie davor/noch seiter diesem/ dergleichen an sich gehabt haben solle. (Immo per hoc integrum, quo hæc scribo, octennium, nil tale fuit in eo quidquam observatum.))

(4. Wiewol noch ungewiß / ob der Zustand / welchen der Patient vor 8. Jahren gehabt haben solle / Epilepsia gewesen/oder nicht? Weil keine Consequentia ist: Prosternitur, aut convellitur, ergo laborat epilepsia: welches die Medici, deren ihn damahls keiner gesehen / besser erkennen / als gemeine Leute / die öffters ab analogia symptomatum betrogen werden.

(5. Ein Epilepticus hat sonderbahre Characteres an sich / (torvum videt, macht seine Grimasten/) und ist an seinem äusserlichen Wesen von einem verständigen Medico, ja auch von andern / leicht zu erkennen.

4.

Das saure Kraut belangend / ob zwar die meisten Diætetici demselben kein sonderbares Lob sprechen / so redet ihm dannoch *Hippol. Guarinonias* das Wort gewaltig / bekennet auch der mehrere Theil der Medicorum, daß es denen arbeitsamen Leuten eine gute Nahrung gebe / wollen auch das jenige / was sie wider dieses Gemüse schreiben / nun von denen/ die deß sauren Krauts nicht gewohnet / und vom Mißbrauche verstanden haben. Ob nun wol auf unmässigen Gebrauch desselben / oder / wann viel Bier darauf getruncken wird / Magendrucken/ Grimmen/oder s. v. Durchlauff

zuweilen

zuweilen erreget werden/ wie solches von andern mehrern Speisen geschiehet; ist doch unglaublich / und schwerlich jemahls von irgend einem Medico observiret worden/ daß durch Essen eines sauren Krauts / bey einigem Menschen/ geschweige dann einem Bauren / (excepta forte *idiosyncrasia*, aut naturali aversatione, quemadmodum aliqui aversantur *caseum*, *feles* &c. quæ in nostro locum non habet,) solche Kranckheit / wie deß Patienten seine / entstanden.

5.

Oder / daß man an saurem Kraute dergleichen Zustand essen.

6.

Oder / daß das saure Kraut Epilepsiam caussiren könne.

7.

Noch vielweniger ist darzuthun/ daß das saure Kraut / von welchem sich fast halb Europa, sonderlich zu Winters-Zeiten / nähret / einigen Gifft / (es wäre dann / daß es mit Fleisse vergifftet würde / oder man das Wort / Gifft / æquivoce, brauchen wolte / für alles das jenige / so bey dem excesse schädlich ist/ auf welche Weise auch der Wein gifftig zu nennen wäre/) so einen Menschen in N. Kranckheit setzen könte/ bey sich führe.

8.

So ist auch das Baum-Oehl/ wañ schon dessen ein gantzes Pfund/ oder mehr auf einmahl eingenommen würde; mit nichtem fähig/ dergleichen Zustände zu verursachen / oder zu erwecken; vielmehr ist darauß deß jenigen Absehen / der es verordnet / (dessen unbefugte Praxin ich darum nicht gut heisse /) zu erkennen/ indem er gleicher Meynung genossenen Gifftes gewesen. Massen auch andere Medici, mit gutem Grunde / lehren / und täglich dahin practiciren/ daß man/ nach genommenem Gifft / so bald / als möglich/ allerley Pinguia, und vornemlich auch Baum-Oehl / in ziemlicher quantität / einnehmen solle / dadurch nicht allein die Corrosivitas veneni obtundiret / sondern auch der Magen und Gedärme ad excretionem sursum & deorsum irritiret/ und die Viæ laxiret und lubriciret worden. Man besehe sonderlich/ was *Sylvius Prax. Med. lib. 1. cap. 45. §. 22.* hievon nachdrücklich schreibet. Jngleichem ist dem edlen Liebstöckel / als einer Plantæ alexipharmacæ, und der nicht minder heilsamen Wermuth / als welcher unter andern Tugenden auch dem Erbrechen und Durchlauffe steuret / viel zu nahe getretten/ wann man ihnen die Ursachen / dergleichen gewaltiger Zustände/ beymessen wolte. Wie dann endlich die Wach-

holder-Limpffe/mit Ameysen-Eyer und deren Kothe gesotten/ und darinnen gebadet/ in Glieder-Zuständen eine herzliche/ und von berühmten Practicis belobte Artzney machen. Worauß dann noch viel weniger zu erzwingen/ daß dergleichen Sachen Teufels-Bannerey seyen.

9.

Was letztlich sonsten vor Indicia Medica hiebey nöthig/ sind solche bereits im dritten Puncten zur Genüge angezogen/ und von dannen hieher zu holen.

Welche Puncten auf Begehren/ und der Wahrheit zu steuer/ salvo tamen eruditiorum Judicio, bestem Wissen und Gewissen nach/ beantworten sollen.

Nördlingen/ am 24. *Febr.* 1689.

Rosinus Lentilius.

Comœdiæ finis erat, ut quando Actor patiens *venenum* sibi ab uxore mistum sufficienter probare non posset, ejus tamen indicia haut levia adessent, uxor ab omni pœna absolveretur, expensæ utrinque compensarentur, &, quod utraque pars desiderabat, vinculum conjugale solveretur. Maritus adhuc cœlebs; altero pede claudus; ipsa jam diu quintum maritata, &, sicut audio, satis, jam commode, vivunt.

* * *

Et sali fixo culinario sua activitatis sphæra.

Cum in Restionis cujusdam domo per aliquot annos in ædium superiore contignatione morarer, ipso restione inferiorem occupante, cui mercatus erat cum *metis salinis* (Saltzscheiben/) quas magno numero in domus area collocare solebat, nos contignationem nostram, & cubiculum præcipue, quod areæ perpendiculariter superstructum erat, humidius justo, & ita quidem, observavimus, ut situs quidam vestes nostras lineas juxta & laneas, quin alia quæque obduceret, immo vasa nostra argentea, in arcis bene munitis, arroderet. Nec enim loci conditio patiebatur, ut muris, calcario lapidi aut alii cuivis rei squalorem istum acceptum ferremus. Inde duo quasi porismata fluunt; primum, etiam ipsis *salibus fixis*, & cumprimis *culinario*, temporis diuturnitate virium haut sane parum decedere: alterum in ejusmodi conclavibus non admodum diu, sine qualicumque valetudinis dispendio vivi posse: quod investigandis aliquando morborum caussis momentum habet.

Cæterum, quum optimum condimentum *sal* esse perhibeatur, mirum videri possit, *feles zibethicas* cibis *salsis* pastas mori, notante *Hemmersamio Itiner. Gui-*

ner. Guinea p. 89. qui idem in *Guinea* uxoribus de fide conjugali suspectis a marito, junctis exsecrationibus in nomine Deastri *Fetisso*, *salem* comedendum præberi, quem si conscia mens recti, secure comedit; sin minus, pœnæ metu a *FETISSO* irrogandæ eum lambere detrectat. Annon *DEI* simius diabolus heic imitari conetur institutum Divinum. *Num. 5. v. 12. s.*

* * *

Ægagropilorum virtutes cohibendi sanguinem intra venas.

D. 11. Febr. 1688. Excell. Dn. D. à BINGEN, Archiater Elvacensis, Fautor noster, me præsente, Illustriss. nunc *B. Dn. Baroni ab ECK* narrabat, *ELVACI* ministrum quendam Episcopalem degere, qui, cum sanguinem e vena præterito vere missurus esset, laterem in utroque brachio & altera salvatella lavit, ne gutta sanguinis, ex omnibus, rite licet pertusis profluente. Incidit denique se *ægagropilum* & *thalerum Mansfeldicum* emblemate *S. Georgii Equitis* insignitum in pera gestare: quibus sepositis, cum altera brachii fascia laxaretur, sanguinem abunde fluxisse. Ipse vero Vir Excell. se jamdudum *ægagropilum* cum ejusmodi *thalero*, secum portare, nec tamen in Venæfectionibus sanguinem intra venas consistere fatebatur, hinc ad *constellationem*, sententiam rogatus, confugiebat; nempe *Damam*, cujus erat *pila*, tunc forte occisam in eodem *signo* fuisse, in quo venam secarit Minister. De his rebus alibi, ubi de *Astrologia judiciaria*.

* * *

Cum venenatis herbis caute mercandum.

Napellus herba, uti flore phœniceo elegantissima, ita venenati succi lethalitate famosissima, sic ut illi antidotum esse a nonnullis negetur, quamvis alii *anthora* id honoris deferant, quam proinde *napello* vicinam in hortis plantari volunt, quod omne quasi *venenum* attrahat, *napello* hinc innoxio reddito. Prioribus annis in horto *Limburgico*, qui *Gaildorfii* visitur, Pharmaciæ quidam deditus peregrinus, hortum ex curiositate pererrabat. Hunc cum Vir optimus, *Hortulanus*, *Röderus* nomine, incautius *napellum* contrectantem spectaret, a noxia curiositate dehortatus est. Ipse vero *pulverem* sibi familiarem *antidotalem* esse dixit, cujus usu frequenti natura *venenis* impune adsumendis adsueverit, quo vix dicto, hortulanum quasi in rem præsentem ducturus, unum itemque aliud *napelli* folium deglutiebat. Enimvero secus opinione res cecidit, semimortuo illinc homine abvecto, qui, utrum sit mortuus, hortulanus non rescivit.

* * *

Historia Frigidi ab uxore sua accusati.

Rusticus quidam 23. annorum novus maritus circa finem *anni* 1692. me convenit, se in opere maritali perficiundo non tam segnem, quam prorsus torpidum & impotentem conquestus; Interrogatus de variis, respondit, jam ab annis circiter novem se puerum Aurigam ab equo excussum, dolorem primo in genitali percepisse, idque posthac flaccidum semper permansisse; quum autem, suorum suasu, viduam plurium antidhac liberorum matrem, sibi junxisset, nec apud eam satis & plus quam pro ætate petulcam, officio fungi posset, orta hinc sæva dissidia. Consilio nunc aliorum se Medicum adire, ut, si forte medicamentis virilitas restitui posset, prius id conjuges in matrimonii favorem tentarent, quam res ad Magistratum deferretur. Secundum leges enim, nî frigidus omnino declararetur, cohabitationem ante triennalem requiri, qua exacta, nî adsit medela, posse divortium fieri. Rebus omnibus rite pensitatis, tametsi de restitutione omnino desperarem, ut tamen exceptiones quaslibet, coram Judicio, amolirer, medicamenta sequentia ordinavi:

℞. *Sem. eruc.* ℥ß. *piper.* ʒj.
Zinzib. cinnam. aa. ʒß.
borac. ven. ʒiß.
Cond. stinc. marin. ʒß.
cantharid. n. vj. *sacch. alb* ℥j.
F. ♀. *subtiliss. capiat noctu cubitum iturus* ʒiß. *ex lacte calido.*

Linimento sequenti perinæum & pubes cum glande noctu illinantur calide:

℞. *Rad. pyrethr. piper. n. Zinzib. sem. sinap. aa.* ʒß.
euphorb. gr. Xvj.
ol. laur. ℥j. *spic.* ℈j. *M.*

Rotularum insuper *stimulantium Mynsichti* unam vel alteram perfunctoriè comedat; Bene pascatur, alimentis πολυτρόφοις utatur, sit animo præsenti. Horum usu diuturno nil quidquam effectum, immo ne *urinæ ardor* excitatus. Uxor omnium minime contenta jam serio divortium petebat, in Consistorio *Eystettensi*, cui Episcopatui subjecti erant utrique. Datæ hinc ad loci *Parochum*, a *Dn. Vicario Generali* R.H. litteræ sequentes:

Adm. Rev.

Aldieweilen J. B. mit seinem dermahligen Eheweibe die triennalem probationem außzustehen für unthunlich / ja an Leib und Seel beyderseits schädlich zu seyn erachten wil / zumahlen sich ad corporis inspectionem erbietig machen thut / als kan ein solches / mit Einwilligung seines Weibes verstattet werden. Allein muß solche Inspection nicht nur von einem Medico, sondern mit Zuziehung wenigst zweyer Medicorum oder Chirurgorum vorgenommen / und über die Befundenheit dessen / ein av-

ein avthentisches Attestatum, sub manibus & appressis sigillis Inspectorum verfertiget / zu allhiesigem Bischöfflichen Consistorio seiner Zeit eingeschicket werden / welches dann ermeldtem B. zu eröffnen seyn wird. Datum Eystett / den 6. Febr. 1693.

Adm. Rev.

Dienstergebener
R. H. Vicarius Generalis.

Istud Consistorii *Eystettensis* Decretum *Parochus* loci, quod ajunt, in copia, transmisit, sequentibus una literis requisitoriis comitatum:

Excellentissime Domine!

Unterstehe mich / als gantz unbekandt / hiebey Ew. Excell. zu überschicken / was mir / auf gethanen Bericht / wegen J. B. Impotenten / von einem Hochw. Consistorio zur Antwort erfolget ist. Ersuche demnach Ew. Excell. um die Erstattung samtlicher Mühewaltung / solchen Sentenz, wegen der Inspection, bäldist / mit Zuziehung zweyer Bader / als nemlichen / dessen zu W. und dessen zu L. vorzunehmen / und die darobene Befundheit / gleichwie solche von einem Consistorio erfordert wird / mir zu übersenden; daß also folgende Wochen die Außsage gehöriger Orten überbracht / und beyden diesen Eheleuten / welche ohne dem gantz avers leben / bestermassen remediret kunte werden. Mithin und entzwischen neben Göttlicher Obsorgs-Entpfehlung Ihro Excell. mich unterdienstlich entpfehle / unter dem Dato F. den 26. Febr. st. n. 1693.

Ew. Excell.

unterdienstwilligster
P. M. M. *Loci Parochus*.

D. $\frac{23.\text{Febr.}}{5.\text{Mart.}}$ W. quorsum me citaverant, quorum intererat, profectus, cum duobus Balneatoribus examinatis & juratis, ante ipsam inspectionem homini quaestiones sequentes proposui, adjectis statim a latere responsionibus.

I.

Wie lang es sey / daß er vom Pferd gezogen worden?

Antwort:

Antwort:

Diesen Frühling 9. Jahre.

2.

Wie er abgezogen worden?

Antwort:

Sey mit 4. Pferden gefahren/ davon die 2. vordere zu geschwind geloffen/ daß er sie nicht halten können/ deßwegen sie ihn über den Sattel-Knopff herab gezogen.

3.

Wie alt er damahlen gewesen?

Antwort:

Ungefähr 14. oder 15. Jahre.

4.

Ob sich damahls ein Schmertzen/ Geschwulst/ oder irgend sonst etwas/ an dem mannlichen Gliede ereignet?

Antwort:

Habe Schmertzen im Rohr/ aber nur etwa 2. Tage gespürt/ doch ohne Mangel im Harnlassen.

5.

Ob ihm zuvor/ ehe er vom Pferde gezogen/ das membrum virile bißweilen stärrig gewesen?

Antwort:

Ja.

6.

Ob nie kein Saamen von ihm kommen/ entweder wachend/ oder schlaffend?

Antwort:

Sey niemahl geschehen.

7.

Ob ihm/ nachdem er vom Pferd gezogen worden/ niemahlen das Membrum gestanden?

Antwort:

Nein.

8.

Ob er es auch nie mit der Hand zum Stehen bringen können/ oder verursacht habe zu bringen?

Antwort:

Nein/ habe es auch nicht können zuwegen bringen.

9.

Ob er nie keinen Appetit oder Lust/ voller oder nüchterer Weise/ bey sich entpfunden/ mit einem Weibs-Bild zu schaffen zu haben?

Antwort:

Habe wol Lust gehabt/ aber niemahlen nichts vollbringen können.

10.

Ob er zu dieser Ehe seines Weibes gezwungen worden/ oder sie willig und mit Lust geheurathet?

Antwort:

Sey mit seinem guten Lust und Willen geschehen.

11. Ob

11.

Ob er nicht meyne / er wolte mit einer andern / die ihm gefiele / und die er lieb hätte / das eheliche Werck treiben können?

Antwort:

Nein.

12.

Ob sein Weib sich anfangs deß Ehestandes freundlich gegen ihm erwiesen?

Antwort:

Ja.

13.

Ob er auch probiret / sie zu beschlaffen?

Antwort:

Ja / aber ohne Effect.

14.

Ob sie ihm nie Anleitung oder Anweisung darzu gegeben / wie ers machen solle?

Antwort:

Ja / sie habe es öffters gethan / aber bey ihme nichts zuwege bringen können.

15.

Ob er die neulich verordnete Artzneyen gebraucht?

Antwort:

Ja.

16.

Ob er darauf gar keine / oder was vor eine Würckung / mit Brennen im Harn / oder sonst gespüret habe?

Antwort:

Nicht die geringste.

17.

Ob er sonst meyne / daß er gantz gesund im Leibe sey / und ihm gar nichts mangle?

Antwort:

Ja / sey gantz gesund.

18.

Ob er eine Abneigung / Eckel oder Haß gegen sein Weib habe / und gerne von ihr wäre?

Antwort:

Gantz nicht / aber sie wol von ihm.

19.

Ob das Scrotum nicht bißweilen sich einziehe / und runtzelicht werde?

Antwort:

Ja. NB. Hanc quæstionem post octavam posuisse conveniebat.

20.

Ob er diesen Fehler an sich nie gespüret / oder nie keinen Zweifel in sich selbsten gesetzt?

Antwort:

Habe ihn wol gespüret / aber gehoffet / es solle sich bey der ehelichen Beywohnung bessern.

Absoluto hoc examine, & inspecto genitali, sequentem in modum conclusimus:

AUf beschehene ordentliche Requisition, haben wir Ends-unterschriebene / Medicus und examinirte Bader und Wund-Aertzte / dem J. B. welcher vor 9. Jahren / und im ungefähr 15. Jahre seines Alters / von 2. Pferden über den Sattel-Knopff herab gezogen worden / darauf 2. Tage Schmertzen / und hernachmahlen beständige Schwäche / im männlichen Gliede gespüret / auch nun von seinem Weibe / als Impotent, angeklaget wird / nicht allein unterschiedliche Puncten vorgehalten / und dessen Antwort darüber vernommen / sondern auch sein Membrum virile besichtiget / und bey ihm alle Nothdurfft genau beobachtet. Finden aber an gedachtem Membro nicht den geringsten Mangel / so viel die Conformation betrifft / sondern es hat solches seine Grösse und ordentliche Gestalt und Zubehör / wie es von Natur erfordert wird. Nichts desto weniger aber wil auß der Antwort auf die ihme vorgelegte Interrogatorien / (welche hiemit copialiter beygeschlossen /) so viel erhellen / **daß bey dem damahligen Herunterziehen vom Pferde / die jenige Nerven / welche / ad erectionem membri virilis, von der Natur gewidmet / eine harte / und solche Quetschung erlitten / wodurch der nothdürfftige Einfluß der Spirituum animalium dergestalt verhindert wird / daß / weil zumahl die von mir / dem Medico, ihm verordnete sehr starcke Medicamenta, nicht den geringsten Effect gethan / auch nicht einmahl / wie sie sonst pflegen / ein Brennen im Urin verursachet / demselben ferner nicht mehr zu helffen / sondern er für einen absolute frigidum oder Impotenten zu halten / und also das eheliche Werck zu treiben / untauglich sey /** welches wir / der Wahrheit zu steuer / mit eigenhändiger Unterschrifft / und Beydruckung unserer Petschafften / bestättigen sollen. Actum W. den 5. Martii, 1693.

(L.S.) (L.S.) (L.S.)

D. 24.

D. 24. April. st. n. 1693. consanguineus *Frigidi* sententiam a Consistorio *Eystettensi* ita latam ad me scribebat:

Zu verlangter Nachricht solle nicht bergen / daß in bewußter Streit-Sache zwischen J. B. und seiner Ehewirthin / der Sentenz dahin ergangen/ daß / ob impotentiam illius, contractum matrimonium ipso Jure nullum sit, nec fuerit, nec futurum sit: Deßwegen absolute die Scheidung erfolget/ 2c.

* * *

De Occipitis dolore diuturno singularis casus.

Illustrissimus quidam *Comes* 26. Annorum, texturæ tenerioris, acri lympha abundans, macilentus, *hypochondriacus*, ad *hecticam* pronus in pueritia *tinea capitis* laboravit, cui opposita varia remedia a nullis non excogitata, donec postremo simul propemodum & semel in toto capite *psora* evanesceret. Ortus brevi totius primum capitis, *mox occipitis solius dolor fere perpetuus, nonnunquam vehemens, interdum gravativus*; utriusque extremi, caloris scil. ac frigoris impatiens; depluente simul per nares & palatum acri & urente sero. Pro excutienda hujus *cephalææ* caussa, doloreque molestissimo abigendo tentata innumera, consulti quoque e *Germaniæ Medicis*, quos tamen in tantum cacumen, quantum possidere Medicina potest, evexerat. Non erit injucundum, si *Consiliorum* istorum aliqua Lectori consideranda præbuero, si non alii, ea certe fini, ut vel inde pateat, quam inter se distent in morbis aliquantisper intricatis Medicorum, qui fama pollent, conatus. Nominibus tamen *Consultorum* ob rationes multum prægnantes, quarum Lectori nihil interest, parcemus.

Consilium I.

Wohl und recht lernet uns aller Weltweisen Vatter / im andern Buch von der Menschlichen Natur / daß/ gleichwie in der grossen Welt durch der Wärme der Sonne die Feuchtigkeiten von der Erden übersich gezogen / und durch der Kälte deß Luffts condensiret / Nebel / Regen / und andere Ungewitter verursachet. Also auch in der kleinen Welt / das ist / Menschlichem Leib / die üble Dünst und Feuchtigkeiten auß den mittern und untern Theilen deß Leibs übersich steigen/oder/von der Hitz deß Kopffs hinauf gezogen / Kopff-Schmertzen und Flüß / so auf den Augen / Ohren / Nasen / und unterschiedlichen Theilen deß Leibs pflegen zu fallen/ causiren dun.

Wann nun / nachdem ich Endsbenannter neben Herrn D. S. C. H. Herrn D. G. F. W. Leib-Medico, auch Herrn D. P. A. und C. V. deß

Hoch- und Wohlgebohrnen Herrn / Herrn F. A. G. Z. O. 26. Jähriges Alter / hitziger und respective truckener Leibs-Temperatur, insonderheit aber den Schmertzen / welchen im hindern Theil deß Kopffs bereits über 2. Jahr entpfindet / wol betrachtet / und gefunden / daß derselbe mehrertheils von flegmatischen / melancholischen und gallechtigen Dunsten und Feuchtigkeiten / so sich auß den untern und mittern Theil deß Leibs im Kopff erheben / produciret / ernähret / und zu gewissen Zeiten vermehret werde. Als ist so wol zu Abhelffung oder Curirung dessen / als auch zu Verhütung / daß nicht mit der Zeit deß Welt-berühmten *Hippocratis Prognost.* 2. Lehr bestättiget werde / allwo er sagt: Quod diuturni capitis dolores vertigines, træmores, sydeerationes vel convulsiones producere consueverint, rathsam befunden / und beschlossen worden: Daß / weilen bey dieser abnehmender Jahrs / auch annahender solstitialischer Zeit / keine Fundamentall-Cur kan vorgenommen werden / daß die Humores in etwan per Infusum ex Tamar. sen. Rhab. mann. Tart. Sem. fœn. & aqu. cichor. paratum & sir. Diasereos vel de cich. c. rheo diminuiret sollen werden / den andern oder dritten Tag darauf / weilen dieser Zustand / Teste *Montaldo*, a sanguine bilioso & melancolico foviret wird / 6. oder 7. Untzen Blut auß der guldenen Ader abgezogen / das Käß-Wasser mit Limonens / und ein wenig von der Schelen abgeläutert / 8. oder 10. Tag in der Früh gebraucht / und so dann das vorige *laxierentes* Infusum wieder soll repetiret werden. Auf den zukünfftigen Frühling aber dahin gedacht seyn / damit den Ursprung dieses Zustandes mit mehrerm begegnen / und weilen dieser in der Leber- Miltz- und Kreiß-Ader Verstopffung / welche von verschlagender melancolischen / flegmatischen / gallechtigen und tartarischen Humoren / so von dem kalten Magen / und grosser Hitz der Leber generiret werden / bestehen thut: dahero dann / nachdem durch das vorgemelte Infusum die primæ viæ depliret / auß der Median- oder Leber-Ader auf dem rechten Arm 7. Untzen Blut abziehen / tractuque temporis, cum suppremus vates statuerit, quod dolente capitis parte posteriore vena recta in fronte secta prosit, dieselbige auch eröffnen / und 3. oder 4. Untzen Blut abziehen lassen / so den per Tincturam Tartari martiatam, vel circulatum aperitivum *Rizetti*, in jusculo cum radicibus Cicorii præparato die Obstructiones zu eröffnen / und humores peccantes zu præpariren / und alle fünfften oder sechsten Tag per infusum zu evacuiren / wie auch clareto ex radicibus & herbis aperitivis moderate refrigerantibus & humectantibus, ac sero lactis cum succo citri & pomo-

& pomorum parato das Geblüt zu reinigen / und Hitz der Leber zu contemperiren / ingleichem auch bißweilen per Tincturam seri lactis *Mynsichti* zu subduciren beflissen seyn. In währendem Gebrauch deren letztgemelten Mitteln / könten auch masticatoria ex mastic. succin. oliban. nuc. mosc. & valerian. ac errhina ex succ. betæ rubr. bethon. malv. majoran. & sem. nigel. gebraucht / dann auch Fomenta & Cataplasmata ex rad. valerian. pœon. lilior. albor. verben. cum tot. bethon. paratis. malv. bismalv. viol. verbasc. Fl. melilot. anth. sem. lin. &c. bereitet / auf den hindern Theil deß Kopffs appliciret / und nach denen die emplastra magnetica ac Diaphoretica tentiret werden / und / daferne die verlangte Besserung nicht erfolgen wolte / im Junio oder Julio, nach genugsamer Vorbereitung deß Leibs / der Egerischer oder Schwalbacher Sauer-Brunnen / wie auch nach denselbigen das stillicidium ex aqua minerali super parte affecta gebraucht werden / conservis, dilutis, trochiscis temperatis ac cynabarinis caput roborantibus non neglectis.

Schließlichen / weilen die Diæta, so wol zu Erhaltung / als Restaurirung der Gesundheit / höchst nöthig / sollen sich Ew. Gn. von den Sonnen-Strahlen / feuchten und nieblischen Wetter / aller Speisen / so sehr starck zu verdauen / mit viel Gewürtz / Zwüffel / Knopfflach / Sänfft / Rettig / wie auch deren sehr feißt / sehr gesaltzen / sehr süß und sauren Speisen / nicht weniger alle starcke Leibs- und Gemüths-Exercitia, gähen Zorn / unnöthigen Entpfindlichkeiten / vielfältiges Lesen und Speculiren / nach Möglichkeit enthalten / auch vor ordinarii mit wenig Wein / und viel von Saurampffen und Peonien-Wurtzel gesottenes Wasser / vergnügen lassen: Anbey wünschet / das GOTT der Allmächtige die obgemelte Medicamenta gesegnen / und dem H. G. nicht allein von dem gegenwärtigen Zustand befreyen / sondern auch andern höchst gefährlichen præserviren wolle. A. den 24. Nov. 1689.

N.W.B.B.V.W.

Consilium II.

Præmonendus Lector, hunc Medicum, nomine *Illustriss. Dn. Patientis* a *Religioso* quodam consultum fuisse.

Admodum Reverende Pater & Domine colendissime.

SI centum luminibus cinctum caput haberem, vix possem Juvenem a *Paternitate vestra adm. Rever.* propositum perfecte salutaribus reparare consi-

 liis,

lis, quia invisibilem mihi speciem morbi obtulit, & umbram hominis, non Individuum, multis procul dubio distinctum differentiis corpus, in praxi Medica serio observandis, delineavit:

Non præsumo propterea cœco hujusmodi ductu, proportionatis omnimode remediorum propositionibus ita colorare & reparare hominem, etsi forem totus oculeus, ut sano sibi prorsus similis fiat. Quodsi speculanti Lux Medico omnino necessaria concederetur, quos chartæ committere forsitan errores cogor, tentarem pro viribus emendare. Interea mea contestaturus obsequia, & singularem in *Rev. V.* observantiam, quæ nuper sapientissimis illius auribus conjecturalia suggessit cogitata, in sequente proposito Casu repetam, impugnando constanter, *Aquas Egrenses* & *pharmaca* quævis *evacuantia*, & *calida* omnia, sive medicamenta, sive alimenta, aromata aut condimenta acria, salsa & attenuantia; Laudando autem præ cæteris *temperatum victus regimen*, in aëre, cibo & potu, in motu & quiete, in somno & vigilia, in excretis & retentis, atque in animi passionibus &c.

Pro remediis *pharmaceuticis* præferendum *serum lactis*, postea *lac purum chalybeatum*; *cum saccharo rosato*, *confectione adchermes incompleta & pulvere eboris*.

Pro *Chyrurgicis* moderatam *sanguinis missionem*, & *aquæ chalybeatæ & aluminosa balnea*, &c.

Subjungam *methodum medendi*, qua, supremo favente *Numine*, sperarem totam absolvere curationem. Parcat *Rev. V.* cunctationi & tædio; nam vereor semper, ne dum brevis esse procuro, obscurior fiam? præsertim, ubi necesse est, niti contra torrentem consuetudinis vulgaris practicantium. Atque his osculor sacratissimas *Pat. V. adm. Rev.* manus, & maneo semper

Addictissimus servus

N. N.

Depictus fuit mihi paucis verbis quidam Juvenis celebs 28. annorum, gracilis, biliosus, *frequenter sanguinis stillicidio ex naribus & fluxionibus obnoxius, a quibus contumaci affligitur dolore tensivo ad regionem nuchæ sub occipite, ubi a cerebello nervorum spinalis medullæ propagines enascuntur, & propagantur ad universum corpus.*

Et quærebatur, *an usus aquæ Egrensis potus videretur conducibilis pro exturbanda colluvie illa serosa peccante, fluxiones & dolores excitante?*

An præstaret serum lactis caprini? Vel

An aliud remedium consultius censeretur usurpandum?

Respondetur, in Juvene constitutionis,

tionis, corporis & texturæ valde raræ, tenuis, gracilis, macilentæ, præcalidæ & facile dissolubilis; *aquas Egrenses* censendas esse potius perniciosas, quam salutares, *cum ea minera dicatur participare de arsenico.* Unde his, qui carnes habent flaccidas, & spongiæ instar omnia fluida facile imbibentes, uti mihi videtur memoratus Juvenis, nisi totaliter exturbetur extra corpus, pauca etiam portio dictæ aquæ, si procumberet in viscera, aut partes nervosas, parere posset crudeles motiones convulsivas, atque etiam interitum.

Sed neque conveniunt medicamenta ulla calida, multo minus *purgantia*, quia omnia sunt præcalida; & hoc titulo neque *vina generosa*, neque alimenta aromatibus, vel salsis & acribus condita, videntur admittenda, quia *HIPPOCRATES lib. de loc. in hom.* docebat *n. 15. quod fluxiones fiant ex supercalefacta valde carne, ac superinflammato sanguine,* subjungebatque *tex. 18.* hæc verba: *Quæ vero in medullam fluxio contigerit, tabes occulta ac inconspicua suboritur; quæ vero retro ad vertebras & carnes defluxerit, hydrops fit* &c.

Ne autem præfatus Juvenis in tam difficiles & perniciosos incidat morbos, prudentem opportet instituere curationem, nec lato quidem ungue recedere ab illa sapientissima methodo, quam Divinus ille ac primus *Philosophiæ & Medicinæ Magister* dictavit, & *citato libro tex. 42.* sequentibus oraculis: *Morbos a principio curare oportet & siquidem a fluxionibus fiant, primum fluxiones sedare ac curare, deinde id, quod influxit: siquidem multum fuerit: educere. Sin modicum; per Diætam moderari, ac componere.* NB. Tandem prorsus fluxiones curandi methodum tradiderat *lib. de Vet. Medic. tex. 31.* ubi ait: *reliquæ autem fluxiones omnes, quas propter humorum acrimonias & intemperantias ego fieri sentio: restituuntur, & curantur, ubi temperatæ fuerint & concoctæ:* Et *tex. 32. fit autem coctio ex permixtione temperaturaque mutua & quasi coctura*: mox *tex. 33.* addit: *fluxiones salsæ, & humidæ acresque descendunt, & in talibus morbi firmantur; ubi vero crassiores & maturiores factæ fuerint, & ab omni acrimonia liberatæ, tunc jam & febres, & alia hominem lædentia solvuntur: dum scilicet mixto permiscentur massæ sanguineæ:* concludit enim *tex. 34. omnia in homine fluida, quanto pluribus miscentur, tanto mitiora ac meliora fiunt.*

Ex quibus aureis *Hippocratis* doctrinis colligitur, fluxiones nequaquam per sæpius repetita purgantia, quantumvis lenia, expugnari posse. Quia omnia quæ purgant dissolvunt, & turbant, quia calida & acria sunt, & fluxiones potius efficientia, quam sedantia, quibus, veluti *paregoricis* remediis jubet *Hipp.* motum sanguinis inordinatum temperandum & componendum.

Cum quo conspirat etiam doctrina *GALENI de curand. rat. per sang. miss. 6.* ubi expresse monet, *quod in fluxionibus corporis roboratio fieri debeat, non evacuatio.*

Sola

Sola itaque Diæta sufficit, temperatum scil. vivendi regimen in usu aëris, cibi & potus, motus & quietis &c. temperata enim vivendi ratio, ut Naturæ magis amica, magisque morbo propria, utpote, quæ tota in *alimentis medicamentosis*, & *medicamentis alimentosis* constituitur: Hac sola & unica emendari poterit universa œconomia naturalis depravata, & fermenta morbifica ex particulis minimis acrioribus & calidioribus, quæ una cum alimentis in miscibilium alteratorum conflu xu, nequaquam mutuo in amplexu, comprehendi & uniri possunt, sed propter innatam nimiam subtilitatem, & indomabilem activitatem, discordiam & mixti turbationem pariunt, motu intestino fermentationis & ebullitionis, morbosas veluti despumationis secretiones, & fluxiones, atque abscessus producunt, &c. E Diætetico itaque Medicinæ curativæ fonte eligatur *aër* temperatus, non nimis tenuis & subtilis, quales sunt orientales & Boreales, sed tepidus & meridionalis. *Cibus* sit boni succi, pauci excrementi, ex *ovis* & *carnibus* juniorum animalium, nempe pullorum gallinarum, columbarum, agni, vituli, ex lacte & farinaceis. Condita multo sale, aceto & aromatibus vitentur. Ptisanam, vel hordei succum, vel oryzæ, vel orobi cremorem, & gelatinas ex carne caponum, & pedibus agninis, vitulinis, &c. cum *rasura cornu cervi* vel *dentis elephantis*, laudant Medici omnes pro remedio.

Potus vero sit *aqua* potius, quam *vinum*, illaque vel simplex *chalybeata*, vel ex *radice liquiritiæ* vel *polypodii* correcta, vel *cerevisia hordei*, vel *alba ex frumento*. Aquam bibit *Augustissimus Cæsar LEOPOLDUS*, &, quos novi, Principes fere omnes prudentiores, qui robusta non gaudent valetudine.

De motu suadet *GAL. lib. 5. de sanit. tuend.* *Quibus circa collum & caput fluxiones decumbunt, non convenire exercitia, quia caput implent; illud ipsum affligunt & studia nimia, & animi pathemata.*

Quies potius juvat & *somnus*, quam *exercitia* & *vigiliæ*, immo & cibus plenior, quam tenuior, nam illud:

Esuriat, sitiat, vigilet, qui rheumata curat &c.

intelligendum de catarrhis crassis, viscidis, densis & frigidis, nostro totaliter oppositis.

Instituta hac ratione vivendi lege

Ad fontem *pharmaciæ* recurrendum, & juxta *Galenum*, qui *4. meth. med. quod fluxione procedente semper sit revellendum & 5. Methodi ejusd.* dicit; *fluxiones omnes tum ad contraria revocabis, tum ad vicina derivabis.*

Alvus propterea fluida servanda *emollientibus* & *lenientibus*, humidis, non calidis: Uti licebit *medulla cassiæ* noviter extractæ, cum *pulpa prunorum*, *tamarindorum aa.* ℥ ß. & cum modico *pulvere liquiritiæ* fiant *Boli*: & hoc

leniente

leniente semel in mense usurpari potest, pro bile ad inferiora revellenda, & a parte afflicta derivanda, cujus loco sæpius licet, ac melius substituere *clysterem ex lacte saccharato.*

Hoc præmisso ex fonte *Chyrurgico* fiat *sanguinis missio*, tum pro ventilendo calore, tum pro spiritu impetum faciente, & dolorem revellendo ac derivando a parte dolente, tum, ne intus existens intra vasa sanguifera plenitudo prohibeat extranea suscipienda remedia ulteriora ex *Diæta* & *Pharmacia*. Detrahi potest ex vena brachii sinistri, vel manus ex *salvatella* sanguis ad ℥v. mox contemperatio & permixtio & coctio & corroboratio, ex doctrinis citatis locis deductis de *veteri Medicina*, & *de locis in homine*, atque ex *Galeni* consilio & quotidiana praxi dulcissima & jucundissima medicamenta propinare oportet, prout docet de *simplic. medicam. facult. cap. 10. Class. 5. quod ad fluxiones acres & mordaces utilissimum sit lac purum*, & iterum *6. de simpl. med. fac.* inquit, *fluxionibus conveniunt medicamenta, quæ cum eo, quod refrigerant, una adstringunt.* Ideo cum præmisso *seri lactis caprini* usu per quinque dies ad *libram unam* cum *saccharo rubro* & *summitate absinthii*, pro abluendis intestinis & præcordiis, devenirem ad usum *lactis caprini cum saccharo rosato & scrupulo uno rasuræ eboris, & confectionis alkermes incompleta in sacchari uncia media, ante lactis haustum quinque unciarum*, & lac debet esse calidum moderate, & in hoc modo & quantitate per 40. dies continuandum, servata constanter præscripta vivendi norma in cibo & potu, in motu animi ac corporis, & animi passionibus.

Cæterum mense *Julio* & *Augusto* poterit uti *Balneis aquæ dulcis* tepide, vel in quibus *flores rosarum* & *modicum alumen* coctum fuerit, docente *GALENO*, *quod in fluxionibus valeant aquæ aluminosæ; 1. de simp. med. fac.*

Neque tædeat Juvenem celibem tam longa uti curatione, quia ab *Hippocrate* & ratione sancitum jam pridem fuit, *quod, quæ longo tempore infirmantur corpora, lente reficere & curare oporteat, quæ vero brevi, breviter. Lib. 2. aphorism.* Nam, sat brevi, si sat bene, & sat bene procedit, qui tuto & jucunde curat, ex vulgata lege medica, quam *DEUS* secundet, omnium languorum Medicus.

Consilium III.

Es scheinet/daß die jenige Feuchtigkeiten/welche vor diesem a primis unguiculis bey Ihro Excell. theils auf die Ohren sich ergossen/und Ohren-Schmertzen verursachet/ nachgehends aber durch einen aufgebrochenen Kopff ihren Außgang genommen haben/ nachdem solcher vielleicht zu frühzeitig geheilet/ihren Lauff auf die innerliche Theile deß Haupts genommen/ und sich allda versammlet haben: auch annoch

versammlen / dergestalten / daß von selbiger Zeit an Ihro Hochgräfl. Excell. meistentheils Schmertzen da und dort in dem Haupt / von einem paar Jahren her aber meistentheils um den hindern Theil desselben / erlitten haben. Ist also nicht zu zweifeln / daß auch eine solche Feuchtigkeit / oder serum acre, circa, vel in ipso quarto ventriculo cerebri enthalten / und sich in demselben versammle / welches dergleichen ein Beschwernüß in dem Haupt / bißweilen auch wegen seiner Schärffe ein Stechen verursachen kan; zumahlen auch dergleichen Feuchtigkeiten noch täglich durch die Nase sich ergiessen / und bißweilen auch Versehrungen in derselben verursachen. Ob solche Feuchtigkeiten von einer hitzigen Leber aufsteigen / gleich / als die alten Medici darvor halten wollen / lasse ich dahin gestellet seyn. Gewiß aber ist / daß schon von der Wiegen an der Herr Graf einen sehr flüssigen Kopff gehabt / und vielleicht hæreditariò, da dann derselbe ziemlich außgefahren gewesen; Wann aber solche einsmahls heil werden / thut öffters die Materie zurück schlagen / und grosses Unheil nach sich ziehen / dergestalten / daß flüssige Augen / Ohren-Geschwär / auch andere unheilsame Schäden mehr hierauß entstanden seyn; wie dann etwan die tägliche Erfahrung bezeuget / daß also vermuthlich der erste Ursprung deß fast beständigen Kopff-Schmertzens von eben dieser Ursache scheinet herzukommen. Ist demnach darauf zu gedencken / wie solche schärffe Feuchtigkeiten von dem Haupt abgezogen und verzehret / mithinzu aber auch das Haupt gestärcket werde / welches / nächst GOTTES Seegen / am sichersten auf folgende Weise werckstellig zu machen seyn:

(1. Alle Nacht bey Schlaffengehen / belieben Ew. Excell. allwegen eins / nachgehends alle andere Nächt / endlich die Wochen ein paar mahl / allwegen ein stärckendes Haupt-Pülverlein / in einem Löffel mit Linden-Blustwasser zu nehmen / darauf sich zur Ruhe begeben.

(2. Alle Morgen nach dem Aufstehen / belieben selbige ein Coffè zu trincken / welcher insonderheit die Flüsse und Feuchtigkeiten verzehret / und s. v. per urinam außführet / und derentwegen in Flüssen und langwührigen Kopff-Schmertzen überauß recommendiret wird / indem solches zugleich das Haupt und Magen stärcket / auch sonsten temperirt / und nicht hitzig ist / und solchen lange Zeit continuiren. Auch pfleget mans etwan auf den Abend

zu neh-

zu nehmen / nach Gestalt der Sachen.

(3. Beynebens / damit die Feuchtigkeiten einen beständigen Außgang haben / sein die Cauteria sehr dienstlich / sonderlich / wann auf eine Zeit auch auf dem rechten Arm eins gehalten würde. In gar hartnäckichten **Kopff-Schmertzen** / so gegen dem Occipite, habe ich eine Fontanell in dem **Nacken** experimentirt befunden.

(4. Alle Morgen belieben Ihr Excell. von dem **Schnupff-Pulver** zu nehmen / denn ein paar mahl zu niessen.

(5. Die Haare lasse man mit einer Scheer / und trocken / abnehmen / und gegen dem Ruckgrad unterwärts mit Tüchern oder Bürsten reiben / auch etwan Nachts ein **Haupt-Häublein auß Holder-Blüth / Chamillen-Blümlein und rothen Rosen** aufzulegen.

(6. Die vor diesem gebrauchte **Fuß-Wasser** / s. v. sonderlich deß Nachts / bey Schlaffen-gehen / 3. Nächte nach einander / nach dem **Vollmond** / sind nicht zu verwerffen.

Man meide alle kalte / feuchte / nasse / absonderlich die Nacht-Lufft / hingegen halte man das Haupt jederzeit trocken und warm / und bediene sich zu dem Ende obgedachter **Häublein auß Holder-Blüt** / etc.

Man unterlasse auch alle kalte und flüssige Speisen / rauhes Obs / Salat / Schweinen-Fleisch / sauer Kraut / weiche Fische / viel Taigwerck / gewehne sich hingegen meistentheils vom Gebratenen zu essen. Auch meide man / was scharff / starck gesaltzen und sauer ist / von Essig; Nachts esse man allezeit etwas weniger / und trachte zu rechter Zeit schlaffen zu gehen. Der Mittags-Schlaff ist schädlich. Man erwähle dabey einen guten leichten Wein / der nicht sauer / noch geschwefelt / und breche ihn mit einem **Eichenmistel-Wasser** 2. Quintlein in 2. Maaß Wasser / so lang / als ein hart paar Eyer in einer Flaschen zu sieden. Dabey trachtet man alle Tage offenen Leib zu haben / und wären die **Clystier** / wann sie so angenehm / als nutzlich / wären / nicht zu verwerffen. Allwegen 3. Tage nach dem **Neumond** nehme man 7. oder 9. **Haupt-Pilulen** Nachts / eine Stunde nach einem leichten Nacht-Essen.

Alle Motus und Exercitia bey rechter guter Zeit sind dienstlich / hingegen viel über sich selbsten sitzen und Meditiren ist schädlich. Der **Höchste** gebe zu allem seinen Seegen. A. den 18. Jan. 1690.

J. C. B. D. & P.

℞. *CC. phil. ppt. succin. a. ppt. aa* ℈ij.
♂. *diaphor. Oc. 69. ppt. aa.* ʒj.

bezoard. miner. ℈j.
Linnab. nativ. gr. Xij.
Tab. man chr. perl. ℥ij. *M. F.* ♀.
Divid. in 12. Dos. aeq. ad Chart. S.

Stärckende Haupt-Pülverlein.

℞. *Extr. pil. Coch. & cathol.*
☿ ij. *dulc. aa.* ℥ß.
Diagryd. Sulph. gr. vj.
arcan. dupl. ℈ß.
M. F. pil. pis. min. magnit.
De ☉. *ad scat. S.*

Haupt-Pilulen.

℞. *Herb. beton. majoran. rorismar.*
fl. lavend. rof. r. lil. conv. aa. ℥j.
cubeb. caryophill. cardamom. aa. gr. Xv.
moscb. gr. j. *M. F.* ♀. *ad scat.*
S. Schnupff-Pulver.

Consilium IV.

In *Illustriss. Dn. C. d. O.* duobus jam annis *diuturno dolore in occipitio cum cervice* laborante, præter modernam annorum ætatem ad 30. prope annum vergentem, pro cognitione affectus & dispositione corporis inquirenda, sequentia bene observanda sunt: (1. Habitus corporis gracilis; (2. Temperamentum calidum & siccum; (3. Cerebrum econtra valde humidum & ad acres salsas defluxiones obnoxium. (4. *Dolor capitis* intenditur ex usu calidorum interne assumtorum, & præsertim ex *potu vini* generosioris paullo largiori. (5. Pars affecta, ubi *dolor in cervice* persentitur, a frigore externo magis læditur. (6. Ante 2. annos ab initio *caput dolere* incepit in itinere, aëre pluvioso, occipitium linteis, fumum *mastichis* super prunas excipiendo, calide fricando ac detergendo. (7. Remedia hucusque adlibita, uti sunt *purgantia*, *varia confortantia cephalica* interna & externa, Venæsectiones, apertio venarum hæmorrhoidalium, scarificationes, Vesicatoria & fonticulus hucusque dolorem capitis non abigerunt.

De cætero (quantum omnia reliqua signa clare ostenduut) *Illustriss. Dn. C.* viscera interna illæsa & satis bene constituta sunt, præter aliquam calidiorem intemperiem in partibus corporis mediis ac inferioribus exsiccantem, in suprema autem parte, seu cerebro, alias ex natura sua humido, propter crebras in illud adscendentes evaporationes humectantem & liquefacientem.

Adesse autem viscerum internorum intemperiem calidiorem, ostendit habitus corporis siccior, temperamentum biliosum, & læsio a calidis interne adsumtis. Insuper bene considerandum est, *Illustriss. Dn. C.* ordinario minorem bibendi, & econtra majorem ac fere magnam nimis comedendi habere appetentiam, unde interdum circa hypochondria tensio ac compressio quædam accusatur, &c.

His omnibus accurate perpensis diuturni

diuturni hujus doloris caussa & radix mali inquirendæ sunt; Ex eo autem, quod *Illustriss. Dn. C.* ad crebras, acres, salsas & erodentes capitis defluxiones multum sit obnoxius, sufficienter colligitur, similem quoque defluxionem acrem per frictionem capitis supra descriptam (in itinere factam,) irritatam fuisse, atque in *occipitium* ad *cervicem* tandem irruisse, ubi *in nervis* ibidem *excurrentibus* acrimonia ac salsedine sua vellicando talem dolorem infixit. Dolor autem iste contumax ac diuturnus est, quia acrimonia partibus aucto sensu præditis infixa hæret, eademque a simili interna caussa multum fovetur.

Unde vero & qualiter tam copiosa acrium & salsarum capitis defluxionum materia primitus in corpore generetur, miror, quod a nullo hucusque in consilium vocato Medico (explicite saltem,) facta sit mentio, cum tamen tota curæ spes illius cognitione consistat. Verum etsi massa sanguinea, & viscera interna sanguificantia præter naturam calidiora sint, certum tamen est, acrimoniam & salsedinem humorum a calore solum & materialiter non produci: hinc alia caussa latet profundius inquirenda.

Ex supra fusius descripta constitutione corporis & enarratis accidentibus clare patet, *quædam imminentis affectus hypochondriaci signa se prodere*, quod nimia ciborum appetentia, a succo fermentali nimis acido, ventriculi tunicis impacto, excitata, corporis siccitas, quædam subinde tensio ac compressio circa hypochondriorum regionem, & alia in *Illustriss. Dn. C.* observata signa sufficienter demonstrant.

Fermentum autem hoc acidum ventriculo, mesenterio, pancreati, aliisque corporis interni primis viis impactum, novum esse non potest, sed probabiliter a prima juventute, quamvis non tam notabiliter, inhæruit. Unde factum est, ut licet optima semper hactenus Diæta observata fuerit, cibi etiam boni & laudabilis nutrimenti, mediante fermento hoc præacido, in similem chylum, & succos acres salsos, successive transmutati sint: haut secus, quam fieri solet in præparatione panis domestici, ubi modica fermenti quantitas, integram farinæ subactæ massam, adjuvante calore, acidam quoque reddere solet. Et hinc a primo ad ultimum recurrendo, clare patet, quomodo juxta axioma Philosophorum: *quidquid est caussa caussæ, est etiam caussa caussati*, dolor ille chronicus in capite primo generatus, & a sua caussa intrinseca hucusque sustentatus fuerit.

Prognosin quod attinet, vanum timorem illi fingunt, qui ex hoc affectu *apoplexiam* & alia gravia capitis symptomata brevi eventura præsagiunt, minæ enim hæ sine fundamento sunt, eo quod *dolor* non in interiore capitis parte, nec in cerebro, nec in ejusdem ventriculis, sed extrinsecus magis, & versus spinam dorsi, persentiatur. Magis autem rationabiliter prognosticari

 liceret,

liceret, quod ex affectu hoc (nisi in tempore congruis resistatur remediis,) *affectio hypochondriaca*, plurimorum malorum mater, successive generari & augeri posset: Et hinc suspicandum, cum alias serosæ & salsæ defluxiones ex capite ad nervos irruant, eas quoque ex materia copiosius suppeditata deinceps (quod DEUS avertat,) ad alias corporis partes & membra delapsuras, & dolores *arthriticos* effecturos esse &c.

Cæterum, quamvis *dolor* circa cervicem diuturnus ac contumax sit, bene tamen sperandum est, certo fore, ut non tantum plura & majora accidentia præcaveri, sed integra exoptata sanitas recuperari possit: quod vero non aliter, quam tractu temporis & successive ex usu remediorum sperari & effici poterit.

Ad obtinendam felicem curam remedia eo principaliter dirigenda erunt, ut tam fermentum excessive acidum in primis viis hærens, quam reliqua sanguinis ac seri acrimonia & salsedo successive corrigatur, viscera præcalida refrigerentur, nimia corporis siccitas per planda humectantia humectetur; Cerebrum econtra ab acribus defluxionibus phlegmaticis particulariter purificetur ac corroboretur, pars autem affecta, ubi *dolor* in cervice hæret, per singularia confortantia nervis amica, confortetur &c. Antequam vero, per quæ remedia hæc omnia effici possint, demonstretur, lubet prius deliberare & examinare,

Quid de remediis per Consilia Medicorum hucusque propositis censendum sit?

Inter hos aliqui *laxativa* & *purgantia* suadent, item *Venæsectiones* in brachio, in fronte, in pede, & *apertionem venarum hæmorrhoidalium* &c. Verum in his caute procedendum. Nam, cum seri & sanguinis acrimonia, neque per purgationes nec venæsectiones evacuari possit, hæ insuper evacuationes, & diminutiones, humiditatem tantum consumant ac corpus magis exsiccent, hinc magis nocere, quam prodesse possunt.

Scarificationes etiam huc parum tutæ sunt. Nam licet contra *defluxiones capitis* alias magna utilitate instituantur, hic tamen suspectæ ac magis noxiæ esse possunt, eo quod *defluxiones capitis*, a quibus *dolor* circa cervicem & spinam dorsi excitatus fuit, ad partem affectam, per scarificationem, tanto magis attrahantur.

De *vesicatoriis* & *fonticulo* circa cervicem & in nucha capitis applicandis, res periculi plena est; quare ista omnia melius omittuntur.

Alii ad affectum hunc corrigendum *acidulas* suadent, hic *Egrenses*, alter *Deinacenses*, tertius alias. Verum, cum *Illustriss. Dn. Comes* similem *acidularum* curam antehac nunquam adhuc in usu habuerit, meo judicio audacter & temere nimis fieret prima statim vice pro hac constitutione corporis totalem

talem integram curam, atque *acidulas* in tanta quantitate potandas præscribere. Quæ autem *acidulæ* pro hoc affectu magis eligendæ, & quomodo bibendæ sint infra ostendetur.

Potus *Coffée* recommendatus utilis quidem esse potest, eo, quod caput & stomachum bene confortet, ac materiam *defluxionum* exsiccet: quia vero insimul serum per urinam fortiter expellit, neque in *Illustriss. Dn. C.* qui alias siccæ complexionis est, serum non ita abundet, hinc consultius fore existimo, ut potus *Coffée* subinde per annum in usu sit, sed tam diu & tam copiose non potetur, quod idem de potu ex herba *Thèe* parato sentiendum est.

His ita disquisitis, sequentem methodum pro instituenda cura contra præscriptum affectum *Illustriss. Dn. Comit.* magis proficuam & tutissimam fore existimo:

(1. Posset ab initio pro nimia aciditate fermentalis succi in ventriculo corrigenda in usu esse *pulvis* infra descriptus, de eodem, quantum 2. cultri cuspides capiunt, quotidie mane assumendo.

(2. Ad proximum mensem *Majum* commode instituatur *Venasectio* in brachio dextro, & emittantur sanguinis unciæ circiter quatuor, vel quatuor semis, quod etiam futuro *authumno* similiter fieri potest. Major autem emittendi sanguinis quantitas pro moderna constitutione *Illustriss. Dn. C.* videtur nimia & nociva.

(3. Ante vernalem & authumnalem phlebotomiam assumatur Medicina blande *laxativa* pro hac corporis constitutione quadrans, in quem finem serviet *potio* purgans ab *Excell. Dn. D. D. Ph. A.* ordinata, vel aqua *laxativa* infra præscripta.

(4. Ratione *acidularum* & *seri lactis* certum est, quod in his maxima curæ spes consistat. Existimo autem (præsertim cum *Illustriss. Dn. C.* hoc anno pro instituenda cura ipsos *acidularum* fontes adire haut possit,) præ omnibus aliis *Egrenses*, quæ ex *Bohemia* advehuntur, contra hunc affectum fore maxime proficuas, tum, quia hæ *acidulæ* ventriculo magis amicæ sunt, & viscera confortant, ac contemperant, tum, quia vias in *hypochondriis* aperiunt, & inibi hærens fermentum acidius optime corrigunt. Verum, hac cautela hic opus est, quia *acidulæ Egrenses* propter *vitriolum* ♂le, quo impragnatæ sunt, vires dejectorias fortiter in se habent, ne in aliis consueta quantitate hic bibantur. Hinc optime fieret, si *Illustriss. Dn. C.* ad futurum mensem *Junium* ab initio in modica quantitate prædictas *acidulas* potare inciperet, & ad tantam successive quantitatem potando ascenderet, ex qua bona & sufficiens operatio videbitur, & quam ventriculus facile tolerabit, per 12. vel 14 dies continuando.

nen Temperament, als welches dergleichen scharffe Humores generiret/ consequenter auch von einem Fermento acri stomachi; als aber von einiger Corruption zu deriviren sey. Es ist zwar nicht ohne/ daß die Temperamenten unterschiedlich/ mancher auch ein milders und temperirters hat/ als der andere/ dahero auch der eine vollkommenere Gesundheit/ als der andere/ geniesset/ beyde aber/ nach Proportion desselbigen/ wol leben können. Es ist bekandt/ daß die Temperamenten schwerlich zu verändern seyen/ und nicht besser/ als durch die Ab-änderung deß Alters/ abgeändert werden; dahero ich weiß/ daß etliche in dem besten Alter mit Variis affectionibus in den Hypochondriis, (ich verstehe/ in und um den Magen/) sind incommodirt gewesen/ da das Ferment, und andere Humores, scharff und hitzig waren/ so aber/ succedente ætate, durch Veränderung deß Temperaments und Humorum, nach und nach haben nachgelassen/ und endlich gar verschwunden seyn. Hingegen aber die jenige/ so mit *Purgi*ren und *Medicini*ren gesucht haben/ mit Gewalt die eingebildete scharffe Feuchtigkeiten/ (Galle und Schleim/ wie sie pflegen zu reden/) abzutreiben/ haben das Contrarium erfahren/ und ist ordinari mit ihnen das letzte ärger worden/ als das erste/ (Naturam enim expellas furca, tamen usque recurret;) so gar/ daß es endlichen bey diesen Affectionibus geheissen hat: *Fuge Medicum & medicamenta.* Ew. Exc. werden am besten verfahren/ wann sie ihr Temperament wol erstudiren und observiren/ und nach demselbigen convenienter ihre Diæt und Lebens-Art einrichten/ so darinnen bestehet/ daß die scharffe Feuchtigkeiten durch eine bequeme Diæt gemildert und edulcorirt/ die entpfindliche Nervi aber/ und Partes nervosæ, ich verstehe insonderheit den Ventriculum und Intestina, allwo sich absonderlich die Humores fermentativi natürlicher Weise befinden/ mit einem milden/ natürlichen Schleim garnirt/ überzogen/ und contra insultum fermenti acrioris defendirt werden. Hierauß folget klar/ daß es keine Purgantia seyn müssen/ als welche den Mucum natural. noch mehr abradiren/ die Tunicam nerveam angreiffen/ und die Galle/ und andere Feuchtigkeiten/ nur schärffer/ und den Affect ärger machen. Mehr aber dienen anfeuchtende/ und zum Theil kühlende Sachen/ so mehr auß der Kuchen/ als Apothecke/ bey diesem Affect zu holen stehen/ Hierauß gehet der Gersten-Schleim/ die Hirschhorn-Helffenbein-Sultzen/ die Juscula alterantia mit temperirten Kräutern/ die temperirte/ mineranera-

neralische Wasser / absonderlich Dainach / und etlichen hat überauß dißfalls gedienet/das Pfeffezer-Wasser / (NB. Thermæ Fabarianæ vel Piperinæ in superiore Helvetia.) Da dann ein Vernünfftiger bald abnehmen kan / welches etwan besser trifft / und anschlägt. Andere trocknende/hitzige/ scharffe Gewürtz / und gesaltzene / saure/ schwer verdauliche Speisen und Artzneyen / würcken das Contrarium. Das beste Mittel wird dannenhero seyn / eine rechte und bequeme Diæt. Die Speisen von allerley kräfftigen Fleisch- und Hühner-Brühen/von Gersten/ Gersten-Schleim/ von Reiß / in Fleisch-Brüh gekocht/ von Panadeln / von allerley jungem Fleisch und Geflügel / gesotten / auch gebraten / von frischen Eyern/ von gekochtem Obs und Garten-Gewächse. Die Fasten und Fasten-Speisen können die meiste von dieser Constitution nicht leyden ; Alles Saure und Süsse / absonderlich / was Ew. ꝛc. selbsten finden/ daß der Magen nicht leyden wil / ist zu evitiren. Die Speisen sollen zu rechter Zeit / wol warm / zu Mittag mehr / zu Nacht weniger / niemahlen zu völligem Appetit, genommen werden. Vor das Trincken ist auch Achtung zu geben/ welcher Wein besser taugt. Das Trinck-Wasser (Decoctum supra in præcedenti casu sub finem memoratum,) ist schon recht. Nach dem Essen soll man nicht alsobald sitzen / schreiben / Meditiren / noch schlaffen. Die Exercitia mit Räysen / Fahren/ Reiten / absonderlich bey schönem Wetter/ sind dienstlich. Kalt/ naß und feuchte Lufft / Nebel/ neue Zimmer/ sind zu verhüten. Man trachte / dabey offenen Leib täglich zu haben/ *Purgi*ren aber überlasse man denjenigen / so es besser außstehen können. Zorn / Chagrin, und Melancholie ist schädlich ; ein auffgemuntertes Gemüth / ist das beste Mittel zu einem langen Leben. Und weilen das Brennen so wol im Magen / Schlund / Augen/ Nasen/ als am beschwerlichsten oben an dem Gaumen/auß einem Grund/ von scharffen / hitzigen / gesaltzenen Feuchtigkeiten herstammen / und aber auf ein und die andern Anlässe können bewegt werden / ex ira, coitu &c. kan ich mir leicht einbilden / was vor Externa man immer brauchte/ würde es wenig fruchten ; hitzige und scharffe Sachen aber vielmehr schaden würden : und habe ich dergleichen ein Brennen erfahren bey einem Mahler zu Franckfurt / auf der Seiten an der Zunge / bey einem andern an der untern Lefftzen / beyde aber habe ich wahrgenommen / daß sie ein rechtes Sal causticum, oder brennendes Saltz in ihrem Geblüth

 gezeuget

gezeuget haben/so einem sali scorbutico geglichen hat/ und kunten mir die Noth vom Brennen nicht gnugsam beschreiben. Die äusserlichen Sachen vermögen hierinnfalls wenig: so etwas soll gebraucht werden/ hielte ich es mehr mit Haußwurtzen- und Krebs-Safft/ mit einem Rosen-Honig vermischet/ mit einem Penselen den Ort zu bestreichen. Im Fall es gar unleydenlich seyn solte/finde ich keine Gefahr/ da man die Prominentiam oder Hübelein wegschneiden oder brennen würde/ 2c.

* * *

Graminis tenelli avidius ingesti esus lethalis.

A. 1695. d. 8. Maji in *Serenissimi Principis Oettingensis* Arce *Schrattenhofiana* Bovem magnum, itemque & vaccam, abdomine prætumido misere anhelantes, & quasi furore percitos hinc inde discurrere vidi, quos cum lanio adhuc vivos mactaret, in utrisque diaphragma ad latus dextrum in parte sui carnosa magno hiatu crepuisse conspeximus. Bovis vero abdomen cum aperiretur, ecce tibi totum illud, quod stomachum absolvit turgentissimum, fragore tanto disploditur, quasi bombardæ sonitum percepisses. Liquor e rima profluebat instar fecum cervisiæ cum sibilo fermentans, quo liquore apertus quoque vaccæ stomachus mirum in modum expandebatur. Viscera quæque alioqui sana reperta. Laniones & qui rei pecuariæ gnari erant alii, malum id frequentius pecoribus accidere, graminique tenello avidius ingesto adscribi solere adseverabant, quod a sana ratione quam minimum abludit. Pinguius enim est gramen tenellum & succo, qui nondum omnis deferbuit, quippe ob florum & seminis absentiam suam determinationem nondum adepto, plenum, quod in pecoris ventre carceratum elastica vi fermentationem susceptam latius diffundit, quam ut stomachus, vel diaphragma isti extensioni sustinendæ sufficiant: unde effectus supra memoratus. Quid si aliquando homines de subito morientes, sani cœtera visi, aperirentur, num aliquando ejusmodi phænomena secantium obtutui se non sint oblatura, nil omnino dubitem. Quamvis enim gramine non æque pascantur homines, dantur tamen aliæ plantæ succi facile fermentescibilis plenæ, quæ sunt esui, primo cumprimis vere. Siccine oblato veneno non aliquando acceptum ferri possit, quod ejusmodi edulio avidius ingesto debebatur?

* * *

De lumbricis latis & cucurbitinis; item alia quædam circa hanc materiam.

A. 1693. d. 3. Martii oblatus mihi est *lumbricus*, cujus neque erat caput, neque

neque cauda, pollicis dimidii latitudine, pedum octo longitudine, *lumbricus*, ut arbitror, non tantum *latus*, sed & *Cucurbitinus*, isti persimilis, quem depinxit *Sennertus Prax. Med. lib.* 3, *p.m.* 204. *candidissimus, transparens, fibrillis lacteis intertextus, cum internodiis quasi equiseti majoris similibus*; Sic ut propemodum in sententiam *B. Borrichii* concedam, qui *lumbricum latum*, non tam *lumbricum*, quam *lumbricos* esse nominandos censet, quodlibet nempe internodium pro *lumbrico cucurbitino* æstimans *Act. Med. Hafn. Vol. II. obs.* 47. Ex ano textricis 34. annorum prodierat una vice tantum frustum, minora tamen antea multis vicibus erepserant. Multo longius frustum abhinc biennio a puero quodam excretum, & jam a triennio singulis fere quatuor septimanis a *Judaea Wallersteinensi* 38. annorum frustra istiusmodi aliquot pedum, nunc majora, nunc minora prodeunt, præviis torminibus, nunquam aut capite, aut cauda visis, quamvis vitam observasse velint. Collega olim meus, *Excell. D. Schmidius purgantia* multa sine fructu usurpavit. In ejusmodi *lumbricorum* genesin inquirere curiosum est. *Stuttgardiæ* apud intimum nostrum, *Dn. D. Möglingium*, ante biennium quoque vidimus *Cucurbitinos* multos, id est, tales, qui *semen cucurbitæ* exacte referrent, vivos juxta & mortuos, nulla tamen notabili capitis vel caudæ conformatione etiam per microscopium observanda. De *verme Cucurbitino ulnarum vel cubitorum* 25. historiam notabilem vid. *ap. Horat. Augen. Tom.* 2. *lib.* 6. *Epist.* 33. *p.m.* 530. Alias binas *lumbrici lati* historias, una cum felici curatione *vid. in Ephem. Curios. Ann. III. Dec. I. Obs.* 229. Alias *Ann. X. Dec. II. Ephem. Cur.* ubi voracitatis nimiæ caussa *lumbrico* ejusmodi lato haut vane adscribitur. *Vid. etiam Binninger. Cent.* 1. *obs.* 97. It. *Spindler. Obs.* 2. ubi *lumbricum* ejusmodi latum *cephalalgiæ* caussam observator adserit; & in *Scholio Exc. Raygerus*, præter alias de his *lumbricis* observationes ab ejusmodi *lumbrico morosin* in muliere, *lumbrico* propulso ad sanam mentem redeunte; in lanione *melancholiam tristem*, in puella *febrem quotidianam intermittentem* &c. exorta recenset. Vid. m. *Spindl. obs.* 45. & præcipue *scholium Raygeri*.

* * *

De dolore dentium nonnulla.

Theriacæ tantillo *venæ medianæ* istius brachii, quo latere dentes dolent, imposito, Circumforaneus quidam heic *Nordlingæ* A. 1682. plurimos e dentibus dolentes curavit, quod idem experimentum allegat *Fischer. in Corp. Medic. Imperial. lib.* 3. *sect.* 1. *Tit.* 24. sequentibus verbis: *Emplastrum miræ virtutis a Doct. SACCO, Theologo in concione quadam funebri Münchusiana commendatum in odontalgia, atque in seipso comprobatum*:

℞. Allii

℞. *Allii dentem unum,*
theriacæ parum,
telam araneæ puram:

Conscindantur invicem & miscendo fiat emplastrum, quod venæ medianæ dicti brachii eo loci, quo dentes dolent, per aliquot horas imponatur, statim intensissimi dolores sistuntur, nec per aliquot annorum spatium recurrunt. Rarius experimentum, quod a Doctore Theologo de suggestu laudatum sit.

Rara item est *Odontalgia periodica,* qua A. 1686. laboravit *Virgo Baronissa* per tres septimanas. *Duodecima enim nocturna præcise dolor furere cœpit, & hora tertia matutina mitigari.* Musicus nostras a *dolore dentium* se olim dira passum, nunc a triennio plane immunem vivere mihi asseruit, idque ab eo, *quo lapidem bufonitem de collo suspensum gestat.*

A. 1694. *mense Octobri* a Nobili quodam fide dignissimo mihi narratum fuit, reperiri nonnunquam intra *carnem muscularem femoris bovini teres ossiculum*, digitum minimum longum, crassitie calami anserini, in utraque extremitate cuspidatum, quale & ipse mihi monstravit. Hoc, si *dentes* ea, qua dolent, parte tangantur, dolor ex templo cessat. Hoc experimentum plus millies felicissimo successu tentatum sancte adseverabat.

Odontalgia cum hac æstate Anni 1697. Augustæ Vindelicorum multis infesta esset, me etiam periodicè, mediâ semper nocte somnum excutiens, atque ad quintam usque matutinam horam adfligens, per quatuordecim ferè dies invaserat, nullum verò reliquo diei tempore incommodum mihi pariens. Tandem frustrà tentatis aliàs proficuis remediis, postquam insignem seri acris & tenuis copiam paucis resinæ jalappæ granis, per secessum æquè ac salivationem operantibus, eduxissem, remisit, & Theriacâ cœlesti ante lecti ingressum per quatriduum sumtâ omnino disparuit. Retardatus in somno lymphæ abundantis motus, partes gingivarum nervosas distendendo, dolorem illum excitasse mihi videbatur, quæ liberiori fluxui per vigilias restituta, molestum etiam sensum cessare fecerat. Quin & plures ante annos dentium dolorem semper horâ quartâ pomeridianâ, & mediâ nocte invadentem, per aliquot dies, binis vicibus, me adflixisse recordor, cui moderatus fumi tabacini usus, & parcior ciborum assumtio opem tulerunt; ubi chylus in debili ventriculo non satis digestus & acidior, cumque sanguine ad laxiores in gingivis partes delatus, ibidem nonnihil stagnasse, atque ita molestum induxisse sensum videri posset; quamvis ab ejusdem chyli non sufficienter digesti, post cibos ex ventriculo ad intestina delatos, reliquiis acescentibus nervosas stomachi partes vellicatas, atque per consensum nervos quoque dentium & gingivarum ex abundantiore sero laxiorum adfectos fuisse, mihi verisimilius adpareat. Alium periodicum, eumq; annuum dentium dolorem

rem Observationes *Exc. D. D. Henrici à Moinichen* sistunt; Conferatur etiam observatio 22. *D. Pauli Spindleri*, una cum *Nob. D. Caroli Raygeri* scholio.

L. Schröck.

* * *

Cardialgia hypochondriaca cum vertigine & Terrore.

Vir quidam annorum 41. *Picrocholus, hypochondriacus vertigini sympathicæ ex ventriculo per tempus longum obnoxius* a Medicis variis varia sine fructu usurpavit *acidas* postea *Göppingenses* A. 1692. bibens multum allevatus est. *Hæmorrhagias narium largas & frequentissimas* cum εὐφορίᾳ passus, quam, *hydropis* metu, *Tinctura Vitrioli* ♂ *Saturn.* aliquandiu usurpata repressit aliquantillum, non suppressit. Anno 1694. *vertigo*, quamvis mitior, redire; Diætam tamen ubi exacte servat, notabiliter remittens. *Hæmorrhagiam* adhuc patitur. Nullo tamen medicamento, nisi consuetis *purgationibus*, vernalibus juxta & autumnalibus, cum venæsectione singulis annis terna est usus. Anno 1696. primo vere *Tussis & raucedo* cum *pituita viscida* congestione & difficili screatu, quod malum nullo suo bono per 4. septimanas toleravit. D. 4. Maji ordinatæ *pilulæ phlegmagogæ* duodecies alvum, quamvis minima cum molestia solverunt:

℞. *Extr. panchym. Croll.* ℈j.
magist. gial. gr. vj. & *scammon. gr.* iiij.
extr. helen gr. iiij. & *Croc. gr.* j.
ol. anis. gtt. ij. *cum syr. papav. err.*
F. pil. xxx. *Deaur.*

Celebrata *septimo Maji* vernalis, eaque secunda, Venæsectio, sanguinem exhibuit valde crudum. Raucedini & catarrho contraitum *Electuario*, cujus subinde quantitas notabilis deglutita:

℞. *Pulp. passul. Conserv. Cochlear.*
Sir. capill. Vener. aa. ℥ij.
Sacch. cand. ♀ *if.* ℥iß.
Spec. diatragac. fr. ʒij. ∼ *sulph. gtt.* xiij. *M.*

Mane & noctu *guttæ.* xxv. ex *jure*:

℞. ∼. *cochlear.* ʒij. ⊕. *vol. oleos.* ʒj. *ess. croc.* ʒß. *M.*

Catarrhum & raucedinem ita sublatum excepit aliud quoddam permolestum accidens. *In stomacho, ejusque sinistro seu superiori potius orificio molestiæ sensus ferme perpetuus, hinc ascensus quasi auræ versus præcordia, ubi suffusæ tunc velut aquæ calidæ sensus cum anxietate: mox caput petitum sensu hujus quasi obtuso cum levi vertigine & terrore quæ dormientem excitant, & periculosa quæque minantur.* Symptoma brevi transiens capitis gravitatem aliquandiu post se relinquit. *Eructatione* facta levatur; sibique post paroxysmum quasi restitutus, edit, bibit, & de re nulla conqueritur. Cum igitur de *apoplexia* sibi perpetuo metueret, eo magis, quod insultus noctu plerumque gravior esset; quamvis timorem ali-

aliquem hoc malum & fovere & multum augere conſpicarer, ut cogitationes de *apoplexia* valere juberet monui. ordinatis *d*.16. *Maji* ſequentibus:

℞. *Pulv. cephal. Camer.* ℥iij.
ſpec. diacret. Mynſ. ℨij. *diambr. compl.* ℈j.
♁ *nativ.* & ♁ .ij. *aa. opt. trit.* ℈ij.
extr. lign. al. ℈ß. *troch. alkerm.* ℨvj.
M. F. ♀.

Sumat mane & pomer. ℈ij. ex cochleari *mixturæ* jam ſecuturæ, cujus inſuper 2. cochlearia hauriantur:

℞. *Aq. ceraſ. nigr.* ℥iij. *naph.* ℥j. *maſtichin.* ℥ß.
cochl. ℨij. ⊖ ✱ ci. ℨß.
conf. alkerm. compl. ℨj. *ſir. caryophyll.* ℨß. *M.*

Noctu quum itur cubitum *pilularum mearum polychreſtarum* n. iij. deglutiat, &, quoties paroxyſmum imminere ſentit de *pulvere cordiali aureo* cuſpidem cultelli ſumat.

His, cum nihil proficerem, ipſeque bili ſtomachum obruenti malum imputaret, ut *emeticum* ordinarem coëgit magis, quam impetravit. *D.* 7. *Junii* datum tale: (*a*)

℞. *Tartar. em. gr.* ij. *crem. Tartar.* ℈j.
dacryd. gr. iiij. *ol. mac. gtt.* j. *M. F.* ♀.

Pro bile itidem refrenanda qualibet nocte ℨß. de *pulvere* ſumat ex *jure*:

℞. *Crem. Tartar. Tartari Vitriolati. aa.* ℨß.
ſacch. perlat. ℨij. *M.*

Quamvis autem ab initio poſt *catarthicum* bene operans mitius degere viſus eſſet, nocturni tamen *terrores, vertigo, metus* & alia, neſcio quid mali portendere credita, Patientem, ut alium quendam Medicum mihi adjungeret, impulerunt: cujus nomine vix percepto horrebam, *quippe quem principiis plane aliis innutritum ſciebam, ego vero cum Medicis aliud ſentientibus altercari naturæ meæ adverſum, illis autem aſſentiri, ægrotis nonnunquam periculoſum, aliquoties expertus fuerim.* Ambo tamen *d.* 14. *Junii* convenimus, ubi accitus aliunde Medicus de *ſucco quodam pylorum obſidente acri & mordaci ſuo more multa philoſophabatur; ejusque præcordia caputque moleſtis vaporibus impetentis iteratam expurgationem moliebatur;* in eo ſolo, quod erat quoque rei cardo, mecum conſentiens, nil *apoplectici* mali ſubeſſe, ſed omnia, quæ torquerent, ventriculi vitio adſcribenda. Me connivente (*b*) pro ſua methodo ſequentia ſcribebat:

℞. *Confect. Hamech.* ℥ß.
ſir. ſplenet. Verbez. de cichor. c. rh. ſ. radic. aa. ℨvj.
pulv. rad. jalapp. ℈iiij.
magiſt. gutt. gamb. gr. Xv.
Tinctur. ♂ *aperit. & Tartar. aa. gtt.* Xvij.
. ⊖. *coagul.* ℈j.
⊖. *tamariſc. abſinth. aa.* ℈ß.
elæoſacch.

elaeosacch. mac. fœnic. anis. aa. ℈j.
essent. menth. crisp. aq. epilept. Lang. aa. ʒij.
F. l. a. mixtura ad fictile.

De hac mane duo vel tria cochlearia sumenda erant, ut scil. succus iste, pylori incola, sensim evacuaretur. *Essentiæ* vero sequentis *guttæ*, ni fallor, *triginta* pomeridie noctuque sumendæ erant:

℞. *Essent. trifol. fibrin. & ambr. aa.* ʒj.
♒. ⊖ ✱ci *anisat. & succinat. aa.* ʒiß.
Elix. Vitriol. Mynf. & cort. aurant. aa. ʒij.
ther. cœlest. gr. v. *balf. ind. nigr.* ℈ß.
arcan. duplic. Mynf. gr. vj.
elaeosacch. mac. & cinnam. aa. ℈j.
Tinctur. succin. ʒj. *M. dilig. ad vitrum.*

In forma *Trageæ post pastum* utatur **von dem Haupt-Magen-Leber- und Miltz-stärckenden Pulver:**

℞. *Spec. contra apoplex. compl.*
diambr. compl. diamosch. aa. ℈j.
diagalang. lætific. Gal.
Imperat. rec. aromat. rosat. aa. ʒß.
rubin. ppt. pulv. hepat. rubr.
Off. de cord. cerv. lap. laz. ppt. aa. gr. Xv.
♒. ⊖. *coagul.* ℈ij.
Elaosacch. mac. cinnam.
Elaosacch. anis. fœnic. aa. ℈iß.
Essent. citr. acid. sicc. ʒj.
man. Christ. perlat. ʒß. *vel q. s. pro edulc. F. l. a. Trag. ad scat.*

Hæ formulæ, tametsi mirabiles, (c) attamen quadamtenus conferre videbantur, donec *acidas Egranas* potare cœpisset æger. Hæ mirum in modum conducebant primis octo diebus, quibus præterlapsis enormi vomitu ex improviso corripiebatur, recrudescentibus omnibus symptomatis. Ordinatum a me *Electuarium Jovial. Screta subacidum* cum *pom. aurant. contus.* & *balsamum stomachicum* externum. Jussi, ut *acidas* bibere pergeret, quod fecit. Post *acidulas*, cum symptomata nondum omnia remisissent *d. 26. Julii* datæ a me *pilulæ*, quarum quinque numero mane pomeridieque *Medicis horis* glutiret:

℞. Mpil. *diachyl. nostr.* ʒiij.
⊖. *absinth. & aromat. nostr. aa.* ℈j.
extr. croc. gr. v. *& papav. errat.* ℈ß.
rhabarb. ʒß.
Vitriol. ♂. *gr.* Xv. *ther. opt. q. s.*
F. pil. pond. gr. iß.

Noctu guttæ triginta *mixturæ* talis ex *cochleari vini*:

℞. *Essent. trifol. fibrin.* ʒiij. *anodyn.* ʒj.
Tinctur. ♂. *aperit. Zvv.* ʒij.
elix. menth. ʒiß. *M.*

Foris *unguentum stomachicum*:

 ℞. *Ung.*

℞. *Ung. stomachal.* ℥vj.
ol. hyosc. expr. ʒß.
ol. chamom. mastich. aa. coct. ʒij.
nucist. expr. ʒj.
☿ ij. *diaph.* ʒij. *bals. peruv.* ℈ij. *M.*

Cupiebat sibi tamen rursus *emeticum* ante horum usum, quod, invitus licet, sequens ordinavi:

℞. *Tartar. em. gr.* ijß, *aq. cinnam. cydoniat.* ℥j.
Conf. alkerm. compl. ʒij. *M.* (*d*)

Commodissimum tunc accidit, ut *Celeberrimus Archiater D. D. BRUNNERUS Günzburgi* moraretur; quem consultum adibat Dn. Patiens. Is magna, uti semper consuevit, sollicitudine rem, per minutissima, explorans, *Consilium* sequens elargitus est:

Quia *Dn. Patiens* omnes sensus, tam externos, quam internos, vividos habet & acutos, breviorisque est somni, non est, quod metuat *apoplexiam*, & *vertigo*, quæ quam maxime sollicitum reddit, non per essentiam, ex male affecto cerebro, sed ex ea ipsa parte oriri videtur, a qua reliqua erumpunt symptomata. Etenim olim *ardor stomachi* male habuit *Dn. Patientem*, præsertim tempore matutino, ab ingesto quovis, qui, usu *acidularum*, in hanc, quam modo conqueritur, commutatus fuit affectionem. Eam autem in stomacho sedem habere fixam, ibique nidulari, vel digito monstrare potest *Dn. Patiens*, dum sub scrobiculo cordis nunquam non molestam percipit sensationem & ægritudinem stomachi: Inde autem cum calidus emergit vapor, qui superiora petit cum anxietate, *lipothymia*, *vertigine*, & graviorum metu, emisso abhinc flatu vel ructu levamen percipit. Claro itaque, quin evidenti indicio ex stomachi antro resurgere hydram, & per consensum caput impetere, spiritus in gyrum agere, & molestam, de qua conqueritur, *vertiginem*, cum graviorum metu, qui genius est morbi, excitare. Caussa malæ hujus affectionis, (quam, quia in stomacho, seu hypochondriis, radicatur, non male quis a parte affecta dixerit *hypochondriacam*,) non est humor quidam, aut mucus vitiosus stomachi, aut bilis vitiosa, alias crebrioribus *purgantibus*, quin & *vomitorio*, nuper procul dubio eliminatus fuisset, cum symptomatum mitigatione: sed tantum abest, ut evanuerint inde, ut potius indies ingravescere videantur symptomata. Ipsum fermentum, seu menstruum stomachi, & cæteri ad concoctionem ciborum facientes humores fermentativi, bilis puta, succus pancreaticus & liquor glandularum duodeni acriores, inprimis fermentum stomachi acrius justo, tanta symptomata patrat, quod, etiamsi vel sexcenties *purgantibus*, non citra detrimentum & labefactationem stomachi, everritur, redundat tamen usque simile ex massa sanguinis, simili acore imbutum. Acrius illud esse, atque fervidius, prodit *ardor stomachi*, qui olim afflixit: hinc jejuno stomacho magis infestat,

quam

quam a pastu, cibis dum mitigatur & temperatur assumtis: redit autem plerumque peracta concoctione, quin nonnunquam in os refunditur & regeritur esca simili ardore imbuta. Iste autem *acor* non potest non lacessere & male habere stomachum, præsertim circa superius orificium, ubi prægrandes nervi implantantur, & secundum illorum ductum spiritus incolæ perturbantur, in gyrum aguntur, non citra *anxietatem*, *vertiginem*, *lipothymiam* & graviorum metum, præsertim, si *flatus* concurrant, qui malæ digestioni raro abesse solent, quique mirum, quantum malum augere possunt & intendere (distendendo tunicas ventriculi,) quod a motu mitigatur. Nec tantum acrimonia fermenti stomachi, tum aliorum humorum in primis viis accusanda venit, sed & hæc ipsa successu temporis plus minus deterit crustam ventriculi, nerveamque stomachi tunicam, ceu suo munimine exuit & denudat, unde læditur hæc a quovis contento, etiam mitiori. Et hæc caussa est, cur potius officiant, quam prosint, *purgantia*, præsertim, si nimia sint, & nimis fortia. Hinc in proverbium abiit apud prudentiores in simili affectione: *Fuge Medicum & Medicamenta*, acria nimirum *purgantia* & irritantia. Hinc quoque calidiora non ferre potest *Dn. Patiens*, quia inde manifeste læditur, propter nimiam sensilitatem & irritabilitatem stomachi.

Fermentum stomachi, cæterique succi ad concoctionem facientes, non sunt perpetui, nec per vitam duraturi, sed in horas regenerantur, & novis assumtis novus usque succus digestivus affunditur, prout neminem latere potest anatomiæ peritum. Hinc caussa hujus acrimoniæ & fervoris altius & penitius inquirenda, in ipsa nempe *Massa sanguinis*, ex qua omnes totius corporis succi dimanant, quæ, cum calidior videatur & fervidior ratione temperamenti congeniti, non mirum est, calidos quoque & acres gigni succos. Accessit vitæ genus, inordinatior nimirum ratione officii diæta. In nervum tandem erupit, quod diu gliscebat, malum, ratione *catarrhi*, facta nuper despumatione seri acrioris, cujus exuviæ ad stomachum quoque percolatione glandularum pervenerunt, ejusque fermentum inquinarunt. Plus metus plerumque habet ac molestiæ, quam periculi, affectus, qui male habet *Dn. Patientem*: nec est, quod pertimescat aut *apoplexiam*, aut graviorem alium affectum, etsi hæc sit morbi indoles, ut graviorum metum incutere soleat. Potius animum erigat: Dici enim vix potest, quantum metus adaugeat malum, destruatque idem, animus lætior & spes meliorum. Inprimis congrua diæta est observanda. Fugiat *Dn. Patiens* acria, calida, acida, salsa, cruda, dura & concoctu difficilia, quæ nimirum molestiam facessere possunt stomacho. Vescatur cibis boni succi & facilis concoctionis, carnibus juniorum animalium, vitu-

 lina

lina inprimis, agnina, tum etiam bubula succulenta, gallinis & inde paratis aliis ferculis, hordeatis, præsertim loco cœnæ, ovis sorbilibus, pomis coctis, aliisque, quibus delectatur, & bene sese habet stomachus: id quod experientia docebit quemque. Bibat vinum, prout illud conducere experietur. Pro primo haustu in prandio bibat *Infusum cardui benedicti aut borraginis.* Temperantiæ undique studeat. Alvus quotidie reddenda reddat. Animum gratis alloquiis & conversationibus recreet; quin & corporis exercitia apprime conducunt.

Ad fervorem & acorem fermenti stomachici corrigendum, & ipsam Massam sanguinis temperandam capiat *Dn. Patiens* mane, circiter hora sexta, *pilularum* lit. A. numero vij. cum *aq. flor. til.* Hora abhinc septima & nona, tertia & quinta pomeridianis capiat *cochleare* unum vel alterum *Gelatinæ cydoniatæ* lit. B. Effectum propediem edoceat. DEUS ter optimus maximus addat suam benedictionem. *Ginsburgi d. 2. Aug. st. n. 1696.*

Joh. Conr. Brunner. Med. D.

P. S.

Acidularum unum vel alterum vitrum ad temperandam bilem identidem bibere licebit.

Magnum est in hoc affectu sanitatis subsidium, animum obfirmare, mœstumque mittere timorem: evanida enim pleraque sunt in hoc morbo accidentia, nec duratura, siquidem a re levicula spiritus, quos habet mobiles *Dn. Patiens*, in perturbationem agi possunt, v. g. ab *odore lavendulæ*, & aliorum graveolentium, &c.

Lit. A.

℞. *Antihect. Pot.* ʒj.
lapill. 69. ex vivis,
margarit. ppt. ♁ - ♁ .ij. *rectif.*
aa. ʒß.
cum sol. tragac. f. Pil. ex ʒj. *n.* xxxx.
Deaur. ad scat.

Lit. B.

℞. *Sem. cydon.* ʒiij. *psyll.* ʒj.
affunde seq. Dec. q. s.

℞. *Fl. chamom. samb. aa.* mj.
sem. anis. ʒj.
Incis. cum aq. recc. borrag. nymph. flor. til. aa q. s.
F. lenis ebullitio: Colatura q. s. extrahatur mucilago clara: cujus ℔ß. *add.*
Sir. dialth. Fernel. ℥iß.
aq. cinnam. bugloss at. ʒiij.
M. ad ollulam.

Postquam *Dn. Patiens* ante horum medicamentorum usum me conveniret, Consiliumque *Brunnerianum* perlegendum traderet, in sinu gavisus ante sum, quam illud perlustrarem; atque, cum omnia mihi præmodum placere declarassem, eumque, ut ocyus ista pharmaca confici curaret, monerem, negotium nil quidquam distulit,

distulit, medicamentisque DEUS ex alto benedixit, ut omnem ista paginam absolverent, ac *Dn. Patiens* fere nihil omnino symptomatum terrificorum persentisceret amplius. Hinc vice secunda *Excell. Dn. Brunnerum* adiit, qui suo Consilio sequentia insuper verba adnexuit:

Quoniam indicationes bene tactas esse remediorum usus docet, adeo, ut symptomata mitigari hactenus videantur, nec quidquam immutandum, sed iis inhærendum fere existimo, tantisper, dum penitus evanescant: ita tamen, ut diebus, quibus *acidulæ* (propter adversam tempestatem,) non hauriuntur, a sumtis *pilulis gelatina cydoniata*; vel saltem *jusculum carnis cum cremore hordei* mane atque vesperi abliguriatur, ad partes circa stomachum nimis sensiles, debita mucilagine demulcendas. Cum jusculo ovum sorbile recens quoque hauriri poterit, aut panatella, & similia.

Mense Aprili hujus anni 1697. denuo se nonnihil istorum symptomatum percipere conquestus est; jussi, ut *Brunneriana* pharmaca iterato sibi parari curaret, eumque ad usum *Acidarum Egranarum*, prævia leni *purgatiuncula* ablegavi; quarum effectum ipsi salutarem fore speramus: qualis & annuente *DEO* fuit.

Notæ.

(*a*) Difficilis esse multum soleo ad *emetica* propinanda, quippe qui vomitum consistere censeam in *veris ventriculi convulsionibus*; atque adeo hujus fibras & tonum ab iteratis vomitibus multum debilitari. Cum ventriculus bilis pituitæque saburra scatet, indeque pressiones aut rosiones oriuntur, ab exhibito vomitorio plerumque levius habent, hinc frequentius ea præscribi capiunt κακοςομαχικοὶ; sed nullo suo bono: Levantur enim, ut acerbius doleant, & ventriculi tota substantia nimium quantum extenuatur, fibræque flaccescunt, adeo, ut postremo facillime irritabiles ab omni, vel levissimo ingesto lædantur. Dandum tamen & hic interdum aliquid ægrotis, qui præconceptis opinionibus adeo nonnunquam occupentur, ut, si nolis, fiduciam in te omnem deponant: sed tunc *emeticis* admiscenda *stomachica roborantia*, quod a me passim esse factitatum Lector observabit. Etenim, non est Medicis apud suos ægros tanta semper auctoritas, ut, ubi horum animis quædam opinio insedit, eam, firmissimis quantumvis rationibus, eradicari patiantur, quos inter agmen ducunt hypochondriaci, quippe Patientum omnium in sentiendo pertinacissimi.

(*b*) Quæritur; *utrum alii Medico pharmaca inconcinna nec multum profutura præscribenti a Medico ordinario connivendum sit, vel hoc salva conscientia fieri possit?* Resp. Magna hic est opus circumspectione. Nonnunquam enim in morbis gravioribus & intricatis alius vel alii Medici accersuntur, ita volente & suadente Medico ordinario:

nario: *Plus enim*, ut ajunt, *oculi vident, quam oculus*: & harumce *consultationum* maxima haut raro utilitas cum in ægrotum maxime, tum etiam, curis ita partitis, in ipsummet Medicum redundat. Hoc igitur ubi fit, plerumque stat per Medicum ordinarium, quem sibi Collegam adsciscere velit, qui per seipsum sibi de tali prospiciet, cujus eruditionem, mores, & cumprimis Medica principia medendique methodum cognita habet atque perspecta, & sic in vado res erit, nec facile bini aut plures ejusmodi consonantes dissonabunt. Enimvero secus evenit, si jus eligendi stat penes ægrotum, & hic vel sponte animo fertur in hominem equidem celebrem, sed qui principiis longe aliis, immo fortasse nullis, imbutus Medicinam empiricis moribus exercet, vel tales aliunde per amicos commendentur. Hi etenim, cum plerumque simul sint insignes *Lali*, suisque opinionibus pertinacissime inhæreant, incredibile dictu est, quam molesti sodales existant: Nempe his talibus si contradixeris, præcipue si sint ætate majores; mox sæva jurgia! si connixeris, ægroti res agitur. Magna proinde hic prudentia est opus, nec recto ubique tramite procedere licet, sed per ambages eundem, sic ut cum verbis consentire videaris, revera dissentias, & sic nubes istas aqua carentes *Ep. Jud. v. 12.* astute dissipare valeas, ne in caput ægroti diluvium derivetur. Vocatur aliquando ad *Illustrissimum quendam Comitem, hamorrhoidum doloribus & ani simul procidentia* mire discrusciatum. Aderat jam Medicus alius, qui cum me adventantem conspexisset, sede sua vix motus capitis leviculo nutu me accipiebat; gestus erant, quales *grandis cujusdam Hispaniæ e secretiori Catholici Regis Consilio*: Ego contra lumborum humili flexura, modestaque & verecunda προσκυνήσει hominem venerabar, nil minus, quam Medicum in isto tam severo vultu quærens: donec *Illustriss. Dn. C.* ad me: Virum hunc expertissimum eo fini accersivi, ut tecum sermones, de molesto, qui me coquit, affectu conferret: Rogo autem, ut, postquam inter vos convenerit, *Consultatiuncula* quadam scriptis comprehensa vestram mihi sententiam declarare ne gravemini. Nos igitur in proximum conclave prodeuntes collocuturi deambulabamus. Jam, qui sermonis character vastissimus, quæ in proferendo linguæ affectata gravitas, sed vero, quam inconcinna de morbi caussis & cura ratiocinia, calamus iste satis exprimere non potest. Cum ita per integram, ni fallor, horam, scenico more declamasset, loquendi facultate & mihi concessa, cum ex hominis cultu, vultu & habitu divinarem, contradicendo me nihil omnino lucrifacturum, in omnibus plane assentiebar, idque solum, nosti, mi Patrone, dico, quod *Illustrissimus Dn. Comes*, ut nostram sententiam in chartam conjectam, ipsi legendam præberemus, desideravit; Jam vero quis nostrûm huic operi

manum

manum commodabit? Haut, opinor, te, Virum tantum, id oneris esse suscepturum? (erat autem ætate me vel biennio major,) Provinciam igitur istam; ubi mihi detulisset, totam *consultationem*, qua theoriam, qua praxin, fundamentis mihi consuetis superstruebam; reque confecta ipsum adibam, vide, inquam, mî Patrone, an hæc omnia, secundum mentem tuam, rite sciteque sint exarata? penes te stabit jus addendi, detrahendi, mutandi vel penitus abrogandi. Ipse cum perlegisset, omnia, ait, bene habent, & hic nomen suum subscribebat. Quid alius fecisset, nescio. Certe res ea mihi, *Illustrissimoque Dn. Ægroto* plane ex sententia cessit, non cessura, si multum colloquendo disputare voluissem. Si tamen contradixisset, blandis persuasionibus eum in meam sententiam pellicere statueram, &, nisi vicissem, eam *Illustrissimo Dn. Comiti* seorsim descriptam meo solo nomine tradere, relicta ipsi optione, utrius nostrum curæ semet committere decrevisset. Quid si autem tu sis Ægri Medicus ordinarius, etiam salario conductus, videres autem, ægrum majorem in istum peregrinum Medicum, quam in te, fiduciam collocasse, proinde, si circumstantias recte metiaris, a dissensione tua plus in ægrum perniciei, quam a consensu, redundaturum? Hic, nisi medicamenta infallibiliter noxia futura prævideris, conniverem ego libentius, quam contradicerem, quod ipsum in casu præsenti majore versutia, quam conscientia feri, cujus me facti sæpe pœnituit; cum vero Medicorum altercationes ultra pestilentiam abominer, hactenus ita me vinci sum passus, *DEUM* precaturus, ut tales mihi Collegæ obtingant, qui theoriam sibi solidam & praxeos methodum tolerabilem compararunt.

(c) *Formulas* hasce me non sine caussa nuncupasse *mirabiles*, evincent secutura. Et primo quidem ingredientium, si rem accurate perpendas, est mira farrago, sic, ut inter tres formulas nulla sit, quæ intra centenarium ingredientûm numerum subsistat; quod evolventem *Dispensatoria* docebant. Jam, si v.gr. *mixturæ purgantis* 2. vel 3. cochlearia mane sumantur, cochlear autem maximum, e Practicorum computo, ℥ß. capiat, cochleariorum trium erit ℥iß. & totum Compositum tribus circiter vicibus absolvetur: Cuilibet igitur dosi admiscebuntur *Tinctur. ♂. aperit. & Tinctur. Tartar.* guttæ non amplius sex, *salium* autem *tamarisci & absinthii*, grana non amplius tria: quid de *siruborum purgantium* ingredientibus dicendum? *Sirubi de cichorio cum rheo* in singulam dosin ʒij. recipiuntur: totum Compositum constat 22. ingredientibus: quantum igitur v. g. *rhabarbari* inter has ʒij. receptum iri credideris?

Mixturam ipsam si inspicias, quid *Tinctura ♂. aperit. & Tartar.* hic faciant ad gtt. xvij. Quid ♁. ⊖. *coagulatum*, quid *fixa herbarum salia*, quid

aqua epileptica Langii? me capere non posse, ingenue fateor. In secunda formula, quæ, obsecro, miscella *Tin-cturarum, spirituum, olearum, acidorum, alcalium?* quomodo *Elixiri Vitrioli*, *cum* ∾u ⊖ ✱*ci* conveniet? Quid ℈ß. *balsam. indici nigri*, quem ne quidem in *mixtura* solutum iri credo, virtutis in liquorem deponant? quid gr. vj. *arcani duplicati?* quomodo huc quadrant *elaosacchara?* quei denique conducat ægroto calidissimum pharmacon? Sic totum Compositum exhibet ʒx, gr. xxxxj. Dosis autem est ʒß. Totius Compositi Doses ultra xxx. Igitur unam dosin *arcani duplicati quinta pars grani*, at quo cum emolumento? ingredietur. Quid denique in *Tragea* gr. xv. *lapidis lazuli ppti* efficiant? quid *pulveris hepatici rubri*, qui, hepatis scil. refrigerio dicatus, plane præter rem calido *tragemati* sociatur. Impendantur nunc uni *tragematis* dosi ʒij, cum totius sint ʒxviij, in novem doses dispescendum erit. Adsunt specierum *aromaticarum rosatarum* grana triginta, hæc in 9. partes perfunctorie divisa grana præter propter novem absolvunt: Totius autem harum *specierum* compositi sunt ingredientia viginti, quæ, si æquo pondere æstimes, ingredientis singuli nondum gr. ß. ʒij. hujusce *tragematis*, at qua virtute? ingredietur. Concesserim vero, omnia formularum istarum ingredientia esse bona, & nihil in iis rejiculum; atqui, si coquus uni edulio *bubulam, agninam, vitulinam, suillam, cervinam, ficedulas, capos, alaudas, turdos, carpiones, lucios, thymallos, tructas, asellos, haleces, asparagum, cramben, lactucam, hordeum, ova, pultes, piper, zingiber, crocum, cardamomum, salem, vinum, acetum, olivum, &c.* admisceret, tibique, quid sibi cum farragine perditissima vellet, expostulanti, regereret, nonne hæc omnia ingredientia sunt bona? quid tu coquo dicturus esses? Idem & ego *pharmacopœo* tali respondebo. Non itidem ego quælibet medicamenta, quorum est diffusa compositio, rejicienda putem, v. gr. *theriacam*; hæc enim confermentata novum quoddam ens intima sui mixtione constituunt. Aliter comparatum est cum *pulveribus*, aliisve extemporaneis non tam *mixturis*, quam *confusionibus*. Si quis ulterius objecerit, *mixturas* tamen ejusmodi diffusas haut raro opem tulisse, quod, cum ipse frequenter observaverim, negare non possum, respondeo tamen, id ipsum, quod juvit, uni forte alterive ingredienti soli, cujus energia reliquis præpollebat acceptum ferendum, sine dubio præsentius adhuc futurum, si per aliorum inconcinnius admixtorum impedimenta licuisset. Denique cibus ejusmodi, quem supra descripsimus fortasse famelico stomacho, quid etiam solatii præstare queat, majus autem præstat simplicior, si verum est, *quod simplex cibus sit optimus.*

(*d*) Idem innuitur, quod littera (*a*) jamjam monuit, *emeticis* nempe aut admiscenda subinde, aut intercalanda

calanda certe *stomachica*, si istis uti cogimur.

* * *

Historia Contagionis Wemdingensis, mense Novembri 1689. oppidum istud populantis.

PRomissi recordamur, quod in recensione casuum quorundam ex contagione Wemdingensi decumbentium *Part. I. p.* 112. *f.* & 122. *f.* dedimus, nempe, nos ipsius contagionis Historiam suo loco daturos, quem, forte ita cadente, hunc ipsum commodiorem elegimus.

Cum A. 1689. autumnali tempore, *miles Bavaricus* ex *Hercynia silva* in Patriam hibernatum commearet, non adeo prosperam sui memoriam per ea loca, quæ, tunc, præcipue propter *Danubium* in *Palatinatu Neoburgico* & confinibus, tanseundo tetigerat, reliquit; siquidem tunc *febris maligna petechialis* ea successive a *Gundelfinga* oppido, quantum rescivimus, per *Laugingam*, *Höchstadium*, *Donavertam* usque ad *Wemdingam*, adeo inquinavit, ut quam plurimi e medio tollerentur. Quum igitur & *Wemdinganus* civis *per luem* indies decresceret, loci Magistratus paterna sollicitudine motus, quo pacto exitiali malo figi posset obex, deliberare cœpit, litterasque mihi sequentes destinavit:

Wol-Edel und Hochgelehrter/
Hochgeehrter Herr!

EW. Excell. ist vorhin bekandt/ wie daß durch gerechte Schickung GOTT deß Allmächtigen schon unterschiedliche Personen allhier mit solcher Kranckheit angegriffen worden / welche bereits einige davon vom Leben zum Tode nicht allein hingerissen/ sondern bey andern auch kranck ligenden solcher gestalten auch anhaltet/ daß zu befahren/ es möchten dieselbe auch das Leben einbüssen / und noch mehr andere Personen ebenfalls damit behafftet/ und dadurch in Lebens-Gefahr gestürtzet werden. Dieweilen Wir dann zu Ew. Excell. berühmter Experienz und Wissenschafft das Vertrauen schöpffen / es möchte durch selbige/ und da Ew. Excell. mit hiesigem Herrn Medico, über diese dermahlen allhier grassirende Kranckheiten reiffliche Uberlegung pflegen / und benöthigtes Consilium stellen wurde/ dem Lauff und fernerer Einreissung dieser Kranckheit/ mittelst Göttl. Gnaden/ vorgebogen werden können/ indem auch bekandt/ daß hiesige Burgerschafft zu Ew. Excell. absonderliche Confidenz hat; Als ersuchen Ew. Excell. Wir dienstl. Fleisses/ sich durch

 diese

diese eigens abgefertigte Gelegenheit herauß zu bemühen / damit vorgemeldte Conferenz und Consilium mit hiesigem Herrn Medico, bewerckstelliget werden möge. Wie nun hiedurch Uns und gemeiner Burgerschafft grosser Favor beschiehet / als wird auch selbiger gegen Ew. Excell. mit Realität ersetzt werden. Göttl. heilwertigen Protection uns anmit allerseits treulich empfehlend. Wendingen / den 23. Novembr. 1689.

Ew. Excell.

Dienstbeflissen-willigste
Burgermeister und Rath allda / rc.

Vesperi ejus diei, *nempe* $\frac{13}{23}$. *Nov.* *Wemdingæ* cum appulissem, absque mora me convenit *Physicus* tunc ibidem, nunc *Lauingæ*, ordinarius, *Dn. D. Johannes Quirinus Krausius*; quocum ægrotos aliquot visitavi & omnes circumstantias accurate exquisivi, quarum potiores erant: (1. quamdiu ægrotaverint? (2. an primo *horrorem* senserint? (3. & subsequentem *æstum*? (4. an *vomitum*, (5. *præcordiorum anxietatem*, (6. *asthma*, (7. *alvum laxam an adstrictam*? (8. adsitne *sitis*? (9. *dolor capitis*, (10. *petechiæ*, (11. *delirium*? (12. *Linguas inspexi*? 13. quid *sudoris*? (14. an & quæ *vena pertusa*? (15. an & quibus jam *medicamentis* sint usi; *sudoriferis*, *catharticis* &c. (16. *oculos*, & (17. *pulsum* exploravi? (18. quo utantur vel hactenus sint usi *potu*? (19. an *singultum* passi sint aliqui? (20. an *convulsiones*? quo facto monui, necessarium esse, ut ex abrupto visitaretur *officina*, non quidem generali visitatione, sed, num adsint in debita quantitate & qualitate, ea cumprimis composita & simplicia, quæ lui contagiosæ omnium primo debentur. Instituta visitatio die sequenti $\frac{14}{24}$. *Nov.* præsentibus de *Magistratu* duobus, quos nominant, *Deputatis*, & *Physico* loci ordinario. Quæsita autem & examinata sequentia:

Ex herbarum familia.

Herba acetosæ, cardui benedicti, endiviæ, fragariæ, prunellæ, rutæ, folia sennæ.

E floribus.

Flores acaciæ, borraginis, buglossæ, calendulæ, papaveris erratici, rosarum, sambuci, tunicæ, violarum.

E seminibus.

Semina anisi, citri, cydoniorum, fæniculi, nuclei persicorum, papaveris albi, quatuor frigida majora.

E radicibus.

Angelicæ, bardanæ, calami aromatici, cardopatii, cichorii, contrajervæ, dictamni albi, enulæ, galangæ utriusque, gentianæ, glycyrrhizæ, ostrutii, petasitidis, scorzoneræ, zedoariæ.

E corticibus.

Cortices

Cortices aurantiorum, citri.

E lignis.

Omnia santala.

E fructibus.

Mala Aurantia, citrea, cassia fistularis, granata, tamarindi.

E succis.

Succus berberum, citri, cydoniorum, granatorum, limonum.

E resinis & gummi.

Ambra grysea, camphora, myrrha, styrax calamita, succinum utrumque thus, mastiche. aloë.

Ex aromatibus.

Cinnamomum crocus.

E pinguedinibus.

Pinguedo caponis, castorei, viperarum.

Ex ossibus & testaceis.

Cornu cervi crudum & raspatum, ebur utrumque, mater perlarum, ossa de corde cervi, Unicornu utrumque, margarita orientales.

Ex desumtis aliis ab animalibus.

Lapides cancrorum, castoreum, bezoar uterque, moschus, sperma ceti, zibethum.

E Terris.

Bolus armena, Terra sigillata.

E lapidibus.

Coralia utraque, crystallus, lapides pretiosi.

E sirubis.

Sirubus berberum, cinnamomi, coraliorum, granatorum, limonum, papaveris utriusque, ribium, rubi idai, tunicæ florum, violarum. Mel rosatum, Julebus rosatus. Rob diamoron, iuniperi, sambuci, sirubus de cichorio cum rheo, emeticus.

Ex Electuariis.

Pulpa cassia, tamarindorum. Electuarium catholicon, lenitivum Florenzola, de psyllio. Theriaca, mithridatium, confectio alkermes, de hyacintho, diascordium Fracastorii.

E Decoctis.

Species pro Decocto pectorali, florum & fructuum.

E pulveribus.

Pulvis Cornachini, analepticus frigidus Mindereri, pro epithemate cordis, ruber pannonicus.

E Lohoch.

Diacodium Montani.

E speciebus.

Species Diambra, Diacretæ Mynsichti, Cordiales temperata, de gemmis frigida, de hyacintho, diamargarit. frigidi.

E Trochiscis.

Trochisci alkermes, sublinguales.

E conditis.

Condita berberum, cerasorum acidorum, carnis citri.

E Conservis.

Conserva borraginis, buglossa, rosarum, florum tunica, violarum.

Ex oleis.

Oleum amygdalarum dulcium, scorpionum, juniperi, succini, cinnamomi, caryophillorum, ruta, nucis moschata expressum.

E præparatis.

Cinnabaris nativa, Coralia utraque, Cornu cervi ustum, & philosophice calcinatum, lapides s. pretiosi, margarita orientales, mater perlarum, oculi Cancri.

Ex aquis compositis.

 Aqua

Aqua carbunculi, *confortans Augustanorum*; *prophylactica*, *theriacalis*, *caponis Mynsichti*.

Ex aquis simplicibus.

Acetosæ, *borraginis*, *buglossæ*, *cerasorum nigrorum*, *cichorii*, *endiviæ*, *florum acaciæ*, *aurantiorum*, *rosarum*, *fumariæ*, *prunellæ*, *e typhis cervi*, *cardui benedicti*, *verbenæ*.

E succis vinosis.

Vinum berberum, *cydoniorum*, *granatorum*, *ribium*.

Ex acetis.

Rosaceum, *rubi idæi*; *rutæ*.

E spiritibus.

Spiritus cornu cervi, ⊖ ✱ci, ⊕, *Sulph. theriacalis camphoratus*, *Vitrioli*, ⊖, *liliorum convallium*, *cochleariæ*.

E Tincturis.

Tinctura bezoardica, *Coraliorum*.

E Balsamis.

Balsamum apoplecticum, *rutæ*, *succini*.

Ex Extractis.

Laudanum opiatum, *extractum croci*, *bezoardicum*, *theriaca cœlestis*.

E salibus.

Cremor. Tartar. Sal. absinthii, *acetosellæ*, *cardui benedicti*, *centaurei minoris*, *cornu cervi volatile*, ⊕ ♁ iatum; *sal prunellæ*; *Tartar. emeticus*, *Tartar. vitriolatus*.

E Chimicis aliis.

Antimonium diaphoreticum bezoardicum minerale, *specificum stomachicum Poterii*, *antihecticum ejusdem*.

Enim vero *pulverem nihili* in multis pyxidibus reperiebamus, id est medicamentorum a nobis quæsitorum, tam in quantitate continua quam discreta, pauciora, & in qualitate minus efficacia, quam optaveramus. Imperatum *Pharmacopœo*, ut *Defectus*, quos ipse posset, illico farciret, reliqua vero ex instructissima *Frikkingeriana*, quæ *Nordlingæ* floret, *officina* petitum iret. Allata autem sunt inde sequentia:

Specierum diacretæ Mynsichtii ℔ß.
Rob nucum. ℔j.
Pulveris analeptici frigidi Minder. ℥iiij. *Succi rubi idæi*. ℔iß.
Tamarindorum. ℔j. *Pulveris Cornachini* ℥ij.
♁ *diaphoret*. ℥ij. *Oculorum cancri*. ℥ij.
Vini cydoniorum. *Mens*. j. *Aq. e typhis cervi*. ℔ij.
⊖. *C€. volat*. ℈ij. *Theriacæ cœlestis*. ʒj.
Cinnabaris nativæ ʒj. ⊕ ♁ iati. ℥ij.
Rad. dictamni albi ℔ß. *Styracis calamitæ*. ℔¼.
Cassiæ ligneæ. ℥ij. *Spermatis ceti*. ℥ij.

Vesperi *Consilium* sequens a me elaboratum, & a *Dn. D. Kransio* subscriptum *d*. $\frac{1}{1}\frac{5}{7}$. *Nov. Magistratui Wemdingano* exhibitum fuit.

Wol-Edle / Wol-Ehrenveste / rc.

EW. Wol-Edl. Wol-Ehrenv. Fürs. und Wolw. großgünstigem Befehl geziemenden Gehorsam zu leisten / haben wir Ends-unterschrie-

terschriebene Medici, diese dermahlen / durch **Göttliche** Verhängnüß allhier grassirende Krankheit / allen Umständen nach / wol und reifflich erwogen; und müssen demnach unsere Meynung / befohlener massen / in nächstfolgendem Bedencken dergestalt eröffnen:

Daß gemeldte grassirende Seuche von denen Medicis genennet werde Febris maligna, zu Teutsch / ein **hitziges ansteckendes Fieber.** Anderer Orten möchte es eine **hitzige Kopff-Kranckheit** / ja / wol die **Ungarische Kranckheit** / benahmet werden.

Diese Kranckheit hat zwar ursprünglich ihren Sitz im **Geblüte** / fürnemlich aber im **Hertzen** / als der fürnehmsten Werckstatt deß Geblütes / dahero dann auch die sehr grosse Alteration mit **Hitze** und **Entzündung** gefühlet wird / und die Kranckheit an sich selbsten so Lebens-gefährlich machet / welches keines Weges sich also befinden würde / dafern nicht ein so edles Glied / als das **Hertz** / und so ein edler **Safft** / als das **Geblüthe** / ist / fürnehmlich angefochten wäre.

Die **vornehmste und nächste Ursache** dieser Kranckheit / bestehet in einer **unnatürlichen gewaltsamen / innerlichen Bewegung und Aufstossung deß Geblütes** / die wir nicht unfüglich eine **Gährung** nennen können: da das Geblüte von einigen eingezogen- und gesogenen bösen Dünsten / so sich unter dem Mantel der Salium volatilium verstecken / und eine vergifftete Pestilentz-artige malignität in sich hegen / beunruhiget / entzündet / subtilisiret / und in einem Jast oder Fermentation gebracht wird; wodurch dann selbiges so balden / als alle gährende Sachen / (wie bey Most und Bier zu sehen /) sich auß einander spreitet / einen weitern Raum erfordert / und die Adern auß einander dehnet / da dann nothwendig eine grosse Alteration in der Natur / **abwechselnder Frost / Hitze / Bangigkeit / Hertz-Klopffen /** (weil alles Geblüthe durch das Hertz circuliren muß /) und dergleichen / entspringet / und wird durch diese malignität das Geblüte mithin also disponiret / daß seine gantze Substanz aufgelöset / zertrümmert / putreficirt und brandig wird / welches dann / ohne sehr grosse Confusion und Alteration der gantzen Natur / nicht geschehen kan; vielmehr / da dieser gäntzlichen Putrefaction und dem **kalten Brand** im Geblüte nicht vorgebogen wird / endlich auch die Lebens-Geister / als auß ihrem Wohn-Sitze / dem Geblüte / vertrieben / zerfladern müssen / worauf der Mensch sein Leben einbüsset.

Daferne

Daferne wir aber die bewegende Ursachen / durch welche das Geblüt also verderbet wird / betrachten / so sind solche / wie sie in unserer Facultät abgetheilet werden / entweder naturales, nonnaturales, vel præternaturales.

Es sind demnach zu solchem Fieber geneigt die Personen / welche eines Temperamenti Sanguineo-Cholerici, oder hitzig-gallichter Complexion sind / deren Geblüt / um seiner Menge und Hitzigkeit willen / leichtlich in eine Gährung gebracht werden kan; die sich leicht erhitzen / und sonsten auß der Nase schweissen / oder Blut-reich sind.

Wann die bey der vorgestellten Hoch-Freyherrl. Fräulein erleydendem Zustande sich einfindende Umstände und Zufälle alle aufs genaueste betrachtet werden / möchte / bey Zusammenfliessung so vieler Symptomatum, den Haupt-Affect man gantz billich eine Cachexiam Seroso-Scorbuticam nennen können. Massen gleich klar die Cachexia durch die bleiche Farbe / lummerichtes Fleisch / Trägheit und Gleichförmigkeit einer Bleichsucht / bleicher und wässerichter Urin / ohne die sogenannte Dauwolcke/ꝛc.ꝛc. Nimia hujus serositas, durch die Müd- und Mattigkeit der Glieder / vielmahlige Defluxiones catarrhales, viele Diarrhoeas, Lienterias & Narium hæmorrhagias, stätige Propension zum Schlaffen/ꝛc. Und endlich auch die Facies scorbuti, oder doch die hierunter sich zeigende Particulæ falso acres & quasi scorbuticæ, durch die Kürtze deß Athems/ die Abwechselung der Frost und Hitze/ Grimmen auf die leicht fermentirende / oder etwas übel verdauliche Speisen / acredinem, bey den Catarrhis, Tussim ferinam, Hæmorrhagias vix compescibiles, oder / die man fast mit keinen Blutstellungen hemmen kan/ Durst/ starckes Magendrucken/ Unwillen zur Speise / Reissen um den Nabel / auch durch die so lang anhaltene / mit grausamen Reissen deß Leibes und Ruckens / auch grossem Zwang erlittene Dysenteria, &c. auß überschriebenem Casu zu desumiren und abzunehmen. Weil nun solches Malum, wie gleichsam die Denominatio für sich zu verstehen gibt/ auß forderist einer Schwachheit der Viscerum, tum chylificationi, tum sanguificationi dicatorum, und folglich auß nicht gnugsam verdauten / zumahlen überflüssigen / und mit einer unartigen saltzichten Säure/ und andern Particulis vermischten Geblüt / und mit dergleichen Qualität inficirten übrigen Feuchtigkeit/ auch hierdurch gewordener in Theils Orten nimia laxitate, theils nimia constrictione vel etiam obstructione pororum in cute, carne & præcipue in glandulis

glandulis herrühret; ist sich hierüber nicht zu verwundern / wann die liebe Fräulein so kräncklicht / und mit so vielen Zufällen geplagt / bißhero gelebet / und ist gewiß / daß / wo solchem Ubel nicht zeitlich begegnet wird / eine bereits androhende Tabes scorbutica, Schwind- und Lungensucht / würcklich und bald erfolgen dörffte. Ist dahero / quoad Curam, äusserstens dahin zu trachten / daß solche sauer-gesaltzene scorbutische Feuchtigkeiten corrigirt / außgesüßt / die Viscera gestärcket / die Fermenta languescentia activiret / die Obstructiones eröffnet / die Viscositäten zerdünnert / und den übrigen Partibus solidioribus ihre Textura debita porosa & naturalis restituiret werden möchte. Solches / vermittelst Göttlichen Seegens / zuwegen zu bringen verhoffe / durch folgende Diæt und Cur / als welche mit ebenbesagten Qualitäten begabt / und schon mehrmahlen in dergleichen Affecten glücklichen Effect gegeben; GOTT lasse solche auch zu diesem mahle kräfftiglich würcken / und die liebe Fräulein hiedurch zu beständiger lang-gewünschter Gesundheit gelangen.

Allerforderist aber ist hier zu erinnern / daß alle *purgi*rende / und auch nur ring *laxi*rende / ingleichem sehr hitzige / scharffe und reitzende Artzneyen / flüchtige Saltz und Geister gäntzlich zu meiden / weil hierdurch die Feuchtigkeiten nun mehrers verschärfft / jästiger gemacht / und zu denen Hæmorrhagiis, und als Ursachen zu Schwind- und Lungensucht / desto mehr und eher disponirt werden. So sind gleichfalls in der Diæt alle rohe / saure / gesaltzene / geräucherte / fette / sehr weiche und erweichenden Viscose und übel zerdauliche Speisen / leicht jästendes und unverjohrnes / auch gar süsses und allzuhitziges Geträncke / allzuhefftige Gemüths-Bewegung / als Zorn / Weinen / 2c. gar zu wenige und allzustarcke Bewegung deß Leibes / rauher und feuchter Lufft / 2c. verbotten. Man bediene sich hingegen in allem solchen einer Temperatur, auch rechtmässiger Abwechselung im Schlaffen und Wachen / und / wann der Leib verstopfft / so eröffne man solchen mit den gelindesten Hauß-Klystiren / ohne einiges Saltz / Zucker / Honig / und andere reitzende Sachen: bey dessen Durchbruch aber komme man beyzeiten mit denen Theriacalibus modice adstringentibus, Bolaribus, &c. entgegen / wie ein solches der gegenwärtige Medicus nach seiner Dexterität / schon anzuordnen / und zu guberniren wissen wird. Wie dann auch alle diese meine wenige Gedancken desselben hochvernünfftigen Judicio zu addiren / zu corrigiren / oder zu detrahiren / bevorab / weilen er bey dem Patienten gegenwär-

genwärtig / hertzlich gerne submittire.

Von Getränke / hielte für das rathsamste / daß man die Fräul. Patientin an ein *Decoctum ex rad. chin. lign. sassafr. scorzon. sem. anis. fl. bellid. & CC. ust.* jedem ein wenig in ▽. *font.* gekocht / angewöhnte / und bey dem Durchbruche zu denen kräfftigen Mandel-Milchen / mit dem *Decoct. rad. tormentill.* und *bistort.* angemacht / anwiese / und von allem Wein und Bier abstiniren liesse.

Quoad curam hielte für sehr rathsam / daß die Fräul. Patientin von diesem oder dergleichen Visceral-Pulver / als welches zu Obtinirung oberwehnter Scoporum allein angesehen / alle Morgen früh / so bald man erwacht / und nun aufstehen wil / ℈j. auf einmahl in einem Löffel voll deß darzu verordneten Wassers einnehmen / und wenigst in die vier Wochen lang / jedoch nach Befinden der Fräul. Patientin / damit continuiren thäte / mit allezeit hierauf einstündiger Fastung:

℞. *Spec. antihect. Pot. opt. parat. diaphor.* ♂ *al. sec. descr. Ludov, accuratiss. ppt. aa.* ʒiij.
Coral. r. ppt. spec. diarrhod. Abb. aa. ʒiiß.
Ocul. 69. ppt. Unicorn. fossil aa. ʒij.
sacch. rosat. tab. ʒiß. *M. F.* ♀. *subtiliss.*
D. S. Visceral-Pulver.

℞. *Aq. fl. bellid. ceras. nigr. acac. aa.* ℥iß.
sir. fl. tun. e ros. sicc. aa. ʒiij. *M.*

Eine Stund hernach gebe man allezeit eine kräfftige Kappaunen-Brüh / so entweder gar nicht / oder doch sehr ring gesaltzen ist / worinnen von folgender Gallerey 2. in 3. gute Löffel voll zerlassen:

℞. *CC. crud. raspat. ras. ebor. aa* ʒiij. *affund.* ▽. *fontan. fervidiss.* ℔iiiß. *stet. in digest. per noct.*
Mane adhuc adde:
Herb. & flor. bellid. min. rec. & rubr. veron. sanic. heder. 🜂 *aa.* mj.

Incis. & cont. coq. ultra consumt. dimid. usque dum pellicula superius appareat, hinc add. ac dissolv. *Conf. ros. r. antiq.* ʒiiij. Tandem cola, atque colaturam in vase vitreo vel terreno, frigidoque loco reserva, ut abeat in gelatinam.

Bey Beschluß der Mahlzeit gebe man allezeit ein wenig Anis-Confect, oder ein paar Messerspitz voll dieser Triæt, auf einem gebähten Schnittlein Brodt / mit altem rothem Weine angefeuchtet:

℞. *Spec. diarrhod. Abb.* ʒij.
Ocul. 69. ppt. Corall. r. ppt. nuc. moschat. sem. anis. aa. ℈j.
sacch. rosat. tabulat. ʒiiß.
(*NB. si perferret addi posset,* ♀. *Cachect. Qu. inc.* ʒj.)
M. D. ad scat.

Die

Die Refier deß Magens und Hertz-Grübleins / schmiere man öffters mit diesem Magen-Balsam:

℞. *Ungu. pomat.* ℥ij. *balſ. peruv.* *gr.* xv.
ol. nuc. moſch. expr. ʒß.
abſinth. menth. aa. deſtill. gtt. iiij.
M. ad pyxid. ſtann.

Denen zuweilen mit unterlauffenden Particular-Zufällen / wird der Medicus præſens nach Beschaffenheit der Um- und Zustände / schon zu widerstehen wissen. Der Höchste seegne alle Conſilia, als von Grund der Seelen anwünschet /

Regenspurg / den 14. Aug. 1689.

Johann Georg Gmelin. D.
Fürstl. Würtembergischer Rath und Leib-*Medicus.*

Notæ.

Si nobis iſta tam accurata methodo incedere licuiſſet, absque dubio valetudo conſtans & optata ſperari potuiſſet: At, enim vero, cum illa Virguncula ad medicamentorum quorumlibet uſum difficillima ſemper extiterit, ut ex hoc tam utili præſcripto ex aſſe viveret, ipſi perſuadere non potuimus. Hinc *gelatinam* primùm omittere cogebamur, poſtea *trageam* poſt cibum, ac denique *Decoctum pro potu ordinario*: cui ſubſtituimus *Cerviſiam medicatam, cui ante adſueverat ex raſ. lign. junip. bacc. junip. cum rad. helen. & Tartar. crud.* Nil itaque pro uſu nobis ſuperfuit, quam *pulvis* mane ſumendus, cum *aqua* ad pulverem, ubi loco *aq. fl. bellid.* nobis non uſuali ſufferimus *aquam ſcabioſæ*. *Balſamum ſtomachicum* etiam adhibitum: quibus medicamentis ex alto DEUS benedixit, ut Virguncula perbelle ſibi reſtitueretur: per hoc ipſum tempus, quamvis cauſſaria & afflicta valetudine, vivens.

* * *

Aſthma humidum à pectoris mala conformatione.

Illuſtris quidam Baro 15. annorum puer, ut ipſe recordatur, quadriennis ex incuria miniſtræ humi delapſus, brevi poſt ſcapulæ dextræ prominentiam juxta ejus *proceſſum Coracoidem* ſenſit, absque dolore, quæ prominentia adhucdum foras comparet. Spinæ tamen contorſio nulla, pectus elatius, quaſi in infantia *rhachitici*, qualem fuiſſe *Dn. Patientem* nil dubito. Medela ſcapulæ prominentis adhibitus thorax balænatus, quo, cum diu ſtringeretur puellus, difficulter ſpirare cœpit, malo tamen haut adeo moleſto. Nunc ante quadriennium, poſtquam ex *petechiali febre* convaluiſſet, pulmonum ſpiramen cum ſibilo difficulter proceſſit, quo cum *aſthmate*, ab eo tempore, *continuo*, & quidem ita, conflictatur, ut nunquam libere ſpiret, malo tamen pomeridie, quam mane, mitiore. Matutino etenim tempore, magno cum labore anhelat, *tuſſi* tunc etiam, cum *exſcreatione viſcidæ pituitæ*, quaſſa-

tus. Diutius ambulans, item ſcalas & montoſa ſcandens in trachea ſtrepitum, vel ipſo quoque auditu, perſentiſcit. Equitatu, eoque concitatiore, procedens liberior ſpiritus. Sic &, quod mirum videri poſſit, (a) quo ſudum eſt magis cœlum, & quo Solis major æſtus, eo reſpiratio difficilior; pluvioſo contra, hibernoque tempore levius malum: hoc tamen anno 1697. gravius, quam usquam antea. Nunc a ſemeſtri *dolorem in dextro hypochondrio*, quamvis nonniſi *gravativum*, ſubter ſpurias coſtas, quiritatur. Habitavit loco perflabili, ſed victu non prorſus laudabili uſus, pulmentis puta, lacticiniis, caſeo, quin & acetariis. Brevis olim & interruptus ſomnus, nunc a ſeptimanis aliquot bonus, nec nimius. Dormit hiante bucca, recubat absque majori ſpiratus difficultate ſupinus. Stertor in ſomno metuendus, loquitur, ubi dormit. Vita ſedentaria. Circa excreta & retenta nil inſoliti. Nulli nimium pathemati, niſi, cum per inſomnia excitatur, terrori obnoxius. Appetitus haut adeo firmus; varia tamen ſine paroxyſmi notabili augmento comedit, excepto caſeo & lacticiniis, quibus malum augetur. A braſſica muria condita melius anhelat. (b) Sitis non intenſa, cerviſiam, cumprimis eam, quæ fuſca audit, non ferre poteſt, ob reſpirationem illico difficiliorem. Vinum bibit. Oris crebra ſiccitas, quam primario hinc arceſſendam ſuſpicor, quod os continuo fit apertum, per nares autem ſemper obſtructas non eat ſpiritus. A nimio cibo circum præcordia compreſſivus dolor. Multus, at nullo cum anhelitus levamine, ructus. *Tormina* ſubinde, quæ compreſſo per thoracis inclinationem abdomine, cito transeunt. (c) Nonnunquam *borborygmi*. Dormienti per os haut raro *lumbrici* prodiere, quod per ſeceſſum nonnunquam itidem factitatum. Poſt cerviſiæ potum largiorem noctu quandoque *ſtranguria*. *Tuſſicula* ſiccior mane, cum *exſcreatione viſcida pituitæ, grandinoſæ*, immo, quando materiam violentius emoliri cogitur, *ſtriis cruentis* permixtæ. Sæpe ſternutat. Pluvioſo frigidove cœlo *coryza* cum *tuſſi*. Cum ad lucernam ſtudet, poſt horam viſus debilitatur, adeo ut oculos avertere cogatur. Oſcitatio crebra. Subitanei *horrores*, at æquè ſubito tranſeuntes. Conclavia, quo magis à foco calent, eo minus tolerat. Ante paucos annos *unguine ſulphurato ſcabiem repulſam* difficiliore ab inde ſpiratu luit. A motu brevi laſſatur. Medicamenta jam varia a variis Medicis hauſit. Frequenter, immo intra ſpatium anni quinquies *catharticis* alvus turbata, bis ventriculus per *emetica*, quæ ſorpſerat, refudit. Latius inde ſemper pectus, aſt minus diu durantibus induciis. Ad medicamenta non difficilis. Pulſus bonus. Urina bona. *Rhachitis* absque dubio hujus mali erigo, progreſſus, pectoris per thoracem balænatum ſtrictura. Hinc enim in libera ſui expanſione præpediti pulmones primo

dyſpnœam

dyspnœam acciverunt: In horum postea recessibus lympha stagnans coagulata sensim fuit, unde loborum infarctus cum *asthmate*, sanguine flatulento haut parum contribuente: post *febrem petechialem* lympha glutinosior facta malum auxit, quod *asthma ex humido & flatulento mixtum* potest vocari. Propter thoracis angustiam hoc omnino tolli non potest, mitigari tamen per sequentia medicamenta:

℞. *Tartar. emet.* gr. ij. (d)
Tinctura croc. ℈ß. ☉ *anis.* gtt. j.
sir. emet. ℨij. & *violar.* ℨiij.
aq. cinnam. ℨij. *acac.* q. s.
M. F. haustulus.

Qui d. 21. *Maji* adsumtus magnam glutinosæ pituitæ vim *septenis vomitibus* exclusit. Multum autem de vi medicamenti conquestus delicatior æger, cum quinquies vomuisset, ut vim *emeticam* antidoto cohiberem rogavit: quod minus tutum fore causatus, ordinavi tamen *mixturam stomachicam* inter vomendum cochleatim bibendam ex *Aq. menth. mastichin. Elix. vit. Matth. compl. theriac. cœl.* & *sir. cinnam.* cujus, quod vomitus adhuc bini pensum absolverent, cochlearia vix duo hausit. Ea vesperâ bene habuit, appetitu integro & ferè nimio. *Raucedinem* per noctes binas molestam, id noxæ *decocto radicis helenii cum melle ex cervisia facto* pepuli. *D. 22. Maji* cæpit uti *pulvisculis* mane ex *jure carninum crocato*:

℞. *Gumm. ammoniac. pulv. anticol. Camer.* aa. ℈iiij.
rad. irid. flor.
flor. sulph. aa. ℈ij.
benz.
gutt. Cambod aa. gr. xxiiij.
Mercurii dulc. vit. par. ℈j. ⊖. *succin. vol.* gr. xv.
ol. anis. gtt. vj. *M. Divid. in* 12. *p. æqu.*

Interdiu cochleatim pro lubitu:

℞. *Aq. hyssop. chamom.* aa. ℥iij.
carminat. ℥j. *asthmat.* ℥ß.
cochl. ℥iij, *extract. helen.* ℥j.
Oxym. squillit. sir. de nicotian. aa. ℥j. *M.*

Noctu, quum itur cubitum, ex cochleari dictæ *mixturæ*, sumantur gt. xxv. de sequenti *spiritu*:

℞. ⊖. *vol. oleos.* ℥iij.
fulig. Tinctura croc. aa. ℥j. *M.*

Utatur *hydromelle asthmatico* cum *vino mixto* loco potus ordinarii:

℞. *hydromell. comm. mens.* ij. *in his coq.*
ras. lign. sassafr.
rad. chin. sarsapar. aa. ℥ß.
enul. aristol. rot. aa. ℨvj.
herb. marrub. hyssop beton. verom. salv. aa. mß. *Colat. D.*

Diæta sit conveniens. Noctu parum comedat. *Tussis* jam sine excretione: Appetitus firmus.

D. 25. Maji conqueritur de *tussi*

molesta,

molesta, cum varia excretione pituitæ, quin striarum nonnunquam sanguinearum. *Hydromel. asthmaticum*, quod ignoratius esset, mutatum:

℞. *Hydrom. comm. mens.* ij. *in his coq.*
ras. lign. sassafr.
rad. chin sarsapar. aa. ℥ß.
enul. liquir. aa. ʒvj.
herb. marrub. veron. beton. scabios.
fl. acac. aa. mß. *sem. fœnic* ʒiij.
Col. D.

Noctu *spiritum* adsumat cum *Dec. rad. helen. ex vin. addito melle.*

Absolutis istis *pulveribus*, cum *tussis* aliquantum, post diversa quidem excreta remisisset, *asthmate* tamen permanente, ordinavi sequentia:

℞. *Herb. Thée, majoran.*
fl. scabios. aa. mj.
rad. sarsapar. ℥j.
tarax. helen. aa. ʒij.
sem. fœnic. coch. ear. aa. ʒiß.
F. ♀. *grossus:*

Mane & noctu, quum itur dormitum hauriatur cyathus *infusionis istarum specierum cum aq. fontana instar Thée facta.* Pomeridie tertia sumantur 30. *guttæ mixturæ* sequentis, ex cochleari *aquarum* infra scriptarum, quarum etiam subinde unum alterumve cochlear adsumi potest:

℞. ⊖. *vol. oleos.* ʒß. *bals. peruv.* ʒß. *M.*

℞. *Aq. scabios. veron. aa.* ℥iij.
sir. jujub. Diacod. aa. ℥ß. *M.*

Potus sit vinum *Decocto* sequenti dilutum:

℞. *Rad. sarsapar* ℥j. *chin* ℥ß.
siliq. dulc. ʒvj. *sem. fœnic.* ʒij.

Concis. cont. coq. in mens. ij. ▽. *font. ad reman. mens.* jß. Ex quo potu, quum, elapsis aliquot diebus, alvus adstringeretur, *speciebus*, cum successu addidi *passul. min.* ℥j. *Crem. Tartar.* ʒj.

His ita vix peractis, cum absque ullo stertore leviter dormiret, liberius longe spiraret, *tussis* multum cessaret, egoque in eo essem, ut *Dn. Patientem* ad studia *Dillingensia* propediem ablegarem, ille denuo *vomitum, horrorem, tussim, æstum, sitim, tormina, capitis dolorem* conqueri: hausta *15. Junii potione sudorifica* postero die *morbilli*, tunc temporis epidemici, prodierunt: Jussus ab ordinariis medicamentis feriari, *tincturam myrrhæ* per aliquot dies hausit, siti æstuve per *emulsiones ex* ▽. *fumar. scorz. card. ben. cum sem. melon. nasturt. &c.* addito ob *tussim ferinam sir. papav. albi*: it. *Julebis e succis roborantibus & refrigerantibus* lenita, cum sua *morbilli* tempora decurrissent, sine ullo notabili metuendove symptomate paullatim restitutus fuit: Ordinavi postea interpolatam *purgationem*, cum *pectorali pulvere*, quorum descriptio extat horum *miscellan. Part. I. pag. 18.* utque his continuo per totum annum uteretur, *d. 16. Julii* hinc rursum dimisi.

Not.

(a) *Quo sudum est magis cœlum.*)

Ratio

Ratio posset esse, quod aëre calido existente ejus elater sit fortior, qui non tantum sanguinem in pulmonum vasis contentum, sed & ipsos asperæ arteriæ minores ramos, ab infarctu pituitæ per se jam obstructos, magis distendat, unde respiratio difficilior existit. Nam ad liberam respirationem inter vesicularum vasorum & bronchiorum pulmonis spatia ipsumque aërem requiritur proportio. Hinc enim rerum *Indicarum* scriptores in montosis *Andes* intra *Chili* & *Peru* aërem nobis adeo subtilem depingunt, qui respirationi sit prorsus inutilis, sic, ut qui transeuntes evitare suffocationem cupiunt, spongia aqua madefacta ori applicata tenuitatem aëris corrigere necesse habeant.

(b) *A Brassica muria condita melius anhelat.*) Forte quod a ⊖e *muriatico* viscida pituita incidatur, & aptior expectorationi reddatur. Sic in *catarrhis crassis ac tenacibus MANNAGETTAM haustum ex muria brassicæ capitatæ, cum flore lactis, vitello ovi ac butyro recenti confectum* propinare solitum fuisse alicubi legimus. Caussam tradit *Illustris Dn. SCHRöCKIUS Ann. I. D. III. Eph. Cur. Obs. 66. in schol. Hanc nempe muriam particulis suis salsis, acidis & nitrosis serum viscidius ac stagnans incidere & agitare.* Plures *brassicæ capitatæ* ejusdemque *muriæ* laudabiles ad varios morbos effectus vid. *ibid. loc. cit. It. Ann. III. Dec. I. Eph. Cur. Obs.* 321.

(c) *Cito transeunt.*) Fortasse, quod flatus intra coli cellulas collecti, & sensilis intestini expansione dolorem inferentes, compresso sic intestino, quasi per vim in confinia recti propellantur.

(d) *Tart. emet.*) Quod se admodum difficulter *catharticis* moveri adseruisset, medicamentum fortius, quam pro ætatis ratione, concinnavi.

* * *

Morbilli.

Hos *A.* 1697. sub initium veris usque ad medium æstatis epidemice in *Rhætia* nostra grassantes, cum *vomitibus, hæmorrhagiis*, & in augmento declinationeque, *tussi ferina*, sic tractavi: Calor in conclavi temperatus. *Essentia myrrhæ* ad *gtt.* x. xv. xx. pro ætatis ratione, bis in die, ex *jure calido* præbita. *Siti, æstui* contraitum, & simul *expulsio* promota, hac, vel simili *emulsione*, nunc per cochlearia, nunc ad ℥ij. ℥iiß. &c. haurienda:

℞. *Sem. melon.* ℥iij.
nasturt.
aquileg.
nap. aa. ℥j.
papav. alb. ℥ij.
c. s. q. aquar. fumar. scorzon. ceras. n. naph. F. l. a. Emulsf.
add bez. miner. ℈j. *vel* ʒß.
sir. papav. a. vel sacch. perlati parum:

Expulsis jam satis *morbillis myrrhæ essentiam* propinare destiti, *tussique ferinæ* obviam ivi sola *mixtura* ex *aq. fu-*

 mar,

mar. fir. papav. errat. & *∾. cochleariæ*, nonnunquam addito *extr. croci.* Potus ordinarius erat vel *Dec. CC. c sem. anis. rad. liquir. ficubus &c.* vel *cervisia cum ▽. fumar. diluta.* Sic omnes meæ curæ subjecti sine ullo pravo symptomate aut malignitatis metuendæ nota, per *DEI* gratiam convaluerunt.

Not.

Morbilli, nî malignitas aliud sibi requirat, prudentia magis, quam amplo medicamentorum apparatu opus habent.

Peccatur, ubi nimium calide decumbentes habentur. Sanguinis inde major inflammatio, *morbilli* plures, horridiora symptomata. Casu quodam, immo vere Fortuna cujusdam *Oettingensis* Amici ædes intravimus; Erat ibi Filiolus unicus 5. annorum, Æstus hypocausti non alius, quam in Laconico sudaturi. Puellus ipse sub lecto reconditus, camisia rubra lanea indutus, sudore totus diffluebat, anhelans, viribus exhaustis; nec fas erat digitum e plumis proferre. Perditis, inquam, puerum, perditis omnino, nî temperatior eum aër ambiat! ordinavi supra dicta, focum delevi, permisi, ut camisia exutus, pedibus juxta manibusque liberius uteretur. Omnia prosperrime cesserunt. Medium & hic beati tenuerunt. Nam sicut caloris excessus, ita & frigoris actualis admissio nocent. Nam

Observavimus in iis, qui frigori exponebantur, a *morbillis* haut sufficienter erumpentibus, *diarrhœam cruentam*: quorum aliqui moriebantur, alii *Sudorificis* restituebantur, *adstrictoriis* frustra propinatis.

* * *

Consilium Cardialgicum *Pro Reverendissimo Principe Heidersheimensi, nato Barone de Wachtendonk; Ordinis S. Joh. Melitensis Magno Priore, & in Aula Electorali Palatina Majore Domus &c. &c. Dn. suo clementissimo.*

Morbus, quo cum *Reverendiss. Dn. Princeps* conflictatur a Medicis *Cardialgia*, Germ. das Hertz-Brennen/Magen-Brennen / Soot appellatur. Lancinatur in hoc morbo, cum tota ventriculi substantia, tum ejus cumprimis orificium sinistrum, ab humoribus acribus, interdum viscidis simul & crudis, frequenter biliosis, unde *dolor ardens*, a principio non ultra cordis scrobiculum, postea vero, quum invaluit, ad usque faucium isthmum porrectus, ibi sensum ardoris excitat, cum deglutiendi perpetuo conatu, pluribusque molestiis, pressione puta, circum præcordia, anxietate, spiratu gravi.

Subjectum agnoscit *stomachum* primario, magis autem sentitur in orificio sinistro, & circa cordis sulcum, hinc & plebi vocatur *cordis ardor*, opinanti cor,

cor, non stomachum, esse mali scaturiginem.

Caussa immediata est rosio morsusve partium membranosarum & nervosarum ventriculi, præcipue, quoad introitum, quippe a sexto nervorū pari duos ramos insignes nactum qui dictum stomachi introitum præcingunt. Hi vero nervi, ceu canales, vel quasi, per quos animalis spiritus in omne corpus pro efficiendo sensu & motu fertur, valde tenero sensu gaudent, quoties adversa quædam spicula parietibus ipsorum infiguntur. Sic enim se contrahunt, & dolore, pro caussarum varietate vario, quin spasmodicis nonnunquam motibus, quid sibi molesti acciderit, testantur. Hîc nobis caussa adseritur *serum acre biliosum & viscidum*: *Biliosum* esse credimus, quod pituita sola, quantumvis acida, dolorem quidem rodentem & morsicantem, non item urentem excitare valeat, quod in Temperaturis frigido-humidis *catarrhosis* frequentius fieri solet. Nil tale *ap. Reverendiss. Principem* reperitur. Est de dolore urente querimonia, sobole potius acrimoniæ *sulphureæ volatilis*, quam *salinæ fixæ vel volatilis*. Principium autem *sulphureum* eminenter in viscida pituita non habitat, sed in *bile* per se *oleosa*, & *sulphure volatili* fœta, proinde in *febribus continuis* omnibus merito suo accusata. Nec *Reverendiss. Dn. Principi* contigit Temperamentum frigido-humidum, aut phlegmaticum, sed potius melancholico-cholericum, quorum hoc isti prædominatur. Testatum id facit cum faciei color, & habitus corporis macilentus, tum ad *hypochondriacam affectionem* multa inclinatio, quæ *bili*, vulgo sic dictæ, *atra*, ceu caussæ adscribitur.

Ad hujusce *bilis* generationem faciunt *aër* nimium siccus & æstuosus: Cibi sicci, calidi, nimium aromatisati, muria conditi, fumo indurati: Ovorum vitelli: frixa multa butyro eliquato; cibi flatulenti, quales præcipue sunt, qui diebus asarcis comeduntur; omnia nimium pinguia. Vina peregrina calida, polyphora; Vita sedentaria; *constipationes alvi*, *melancholia, mœror, ira*. Qui *colica lernæ hypochondriaca*, *scorbuto*, *Hectica*, similibusque affectibus sunt obnoxii facile quoque *cardialgiam* incurrunt.

Hunc autem affectum *Reverendiss. Dn. Principem* exercere, testimonio sit, quod singulis noctibus, sesquihora a sumno capto, eo scil. tempore, quo ventriculi digestio maximam partem est peracta, cremor stomachicus e ventriculo in duodenum aliaque tenuia delapsus, ab urente stomachi dolore excitetur, qui dolor ad cordis foveam assurgit, anxietatem efficit, per binas circiter horas durat, hinc successive extinguitur. *Quod ad prognosin*, hic affectus periculo mortis infamis non est, nihil tamen minus, ubi profundius radicatur, ægerrime se patitur exstirpari, debilitatis nimium, successu temporis, supra memoratis nervis, quorum adeo tener evadit sensus, ut vel ad levissimam

mam quamque irritationem ægre habeant: Eos nempe, qui cardialgia diu laborarent, denique ne unum vini haustum impune sorpsisse per exempla docemur. Quinimmo tanta succedit orificii stomachalis læsio, ut vel extra tactum ad cordis foveolam non sine dolore ferat: Hinc aliquorum querela: *Dolet mihi spatium, quod floreni quadrante tegere possem.* Postremo succedunt *asthma, colica, hypochondriorum inflatio, atrophia.*

Curatio sequentibus incedit fulcris:

(1. *Acrimonia sanguinis biliosa obtundenda;*

(2. *Nervorum molesta* Ευαισθησία *mitiganda;*

(3. *Stomachi Digestio firmanda.*

Scopus primicerius bifariam obtinetur. (1. Per *præcipitantia, absorbentia, dulcificantia,* qualia parantur ex *ebore, gammarorum lapillis, crystallo &c.* (2. Per *refrigerantia,* puta *julebos e sirubis & aquis de cichorio, endivia, rubo idæo, & similibus.*

Secundo scopo inserviunt *anodyna & Zinnabarina.*

Tertio, quæ ventriculi fermentationem, digestionem, coctionem, (vocetur, ut placet,) promovent, ejus fibras roborant, totamque Naturam confortant: qualia sunt *antihecticum & specificum stomachicum Poterii, saccharum perlatum &c.*

Non quilibet scopus peculiares sibi remediorum formulas poscit, quin ita prudenti mixtione combinari queant, ut duabus vel tribus simul intentionibus explendis ingredientia plura sufficiant. Sit v. gr. sequens *pulvisculus,* cujus mane ʒß. ex *jure calido* per mensem integrum sorbeatur:

℞. *Ebor. philos ppt. CC. philos. ppt. sacch. perlat. aa.* ʒß.
crystall. ppt. Ocul 69 ppt. aa. ʒij.
antihect. Pot. ʒiß. ♁. *nativ.* ℈j. *M.*

Quod vero *Reverendissimus Dn. Princeps,* tempore matutino *Caffé* potui nunc per multum temporis adsueverit, nec id sine notabili fructu, cujus insignem ad stomachi robur servandum, flatus, *hypochondriacorum* hostes, discutiendos &c. efficaciam, negare non valemus, tametsi vi quoque exsiccandi polleat, quam Diæta humectante & analeptica reparare licet, *Pulvis* iste cum infusi *Caffé* cochleari mixtus adsumi, ipseque *Caffé* potus adsumto *pulvere* hauriri potest.

Ante vero, quam noctu cubitum itur proficuum æstimarem vel haustum *vini cydoniorum* aut *granatorum,* vel *Julebum* talem:

℞. *Aq. cichor.* ℥iij. *sir. rub id.* ℥j. *M.*

qui potus nocturnus itidem per tempus bene longum continuandus, exceptis forte diebus pisculentis, ne stomachus nimium refrigerantibus lædatur.

Si *Reverendissimo Dn. Principi* libe-

ret per mensem ista methodo vivere, haut opinor, id sine fructu futurum esset. Imminente vero hieme ab his talibus feriandum existimarem, nisi forte *Julebum* supra descriptum, aut hujus loco *Decoctum radicis cichorii* recentis, quamdiu haberi potest, bis circiter per hebdomatam, ante somnum, haurire placuerit.

Vere autem ineunte, circa tempus æquinoctiale, per integrum denuo mensem *pulverem* consuetum usurpandum censerem, cum *Julebo*, vel *cydoniorum* aut *granatorum vino*, sub noctis principium sorbendo: Vel, si varietas delectat, his surrogari posset *Emulsio sequens:*

℞. *Amygd. dulc. n.* vj.
sem. melon. ℥ij. *papap. a.* ℥j.
F. c. s. q. aq. cichor. endiv. naph. l. a. Emulsio; ad d. Jul. rosat. parum.

Per mensem *Aprilem* induciæ medicationi pangendæ: Per *Majum* autem *jus medicatum* sorbeatur: ℞. *folior. violar. fragar. endiv. acetos. rad. cichor. aa. recc. q. v. concisorum* mj. *digere in quartario juris vitulini vel gallinacei, feriis autem sexta & septima, decocti pisorum vel hordei per 12. horas,* sic ut illud, quod mane sorbendum est, per noctem; quod noctu, per diem digeratur: ante usum coquantur ea mora, quæ ovis ad duritiem elixandis sufficit, addito, gustûs gratia, tantillo *maceris*, omisso *sale*. Jus colatum calidum sorbetur. Hoc jus temperandis omnibus humoribus sufficit, quia sanguinis massam totam depurat, id quod amoliendæ non tantum *cardialgiæ*, sed & aliis per quam molestis symptomatis averruncandis aptum existit remedium. A potu vero *Caffé* tantisper abstinendum, quoad cura juris medicati absoluta fuerit.

Et quamvis ista cura methodice absoluta, *cardialgiam* esse postliminio redituram, minime metuendum censeam; ut tamen ab omni mali invasione tutiores præstemur, cumprimis, quod *pulvis* noster, etiam extra *cardialgiæ* metum, sanguini depurando stomachoque roborando, sit unice accommodatus, si quid consulendo polleo, sæpe memorati *pulveris* usum etiam per Anni 1690. mensem *Septembrem* suaderem. *Potiunculæ* vero nocturnæ locum quoque per integram sibi *æstatem* vendicant, in singulis motibus, iis tamen, quibus peculiaris in calore excessus persentitur, hauriendæ.

Æstivo tempore *tamarindi* recentes, vel *grana* quoque *granatorum succulenta* masticata, non erunt usus temnendi. Interdum, ubi *cardialgia* paullo fuit intolerabilior, *linimento* sequenti præcordia delibuere curavi, *Reverendiss. Dn. Principi*, si forte libuerit, pari successu usurpando:

℞. *Ol. lumbric. absinth. aa.* ℥j.
lign. rhod. ʒj.
Ol. rifinat. ʒß. *M.*

Cum vero in ejusmodi affectibus haut sane momenti minimum *accurata diæta* absolvat, sine qua duraturæ vale-

valetudinis spem concipere nullam licebit, eam sequentem in modum instituendam arbitrer. Vitetur *aër* obscurus, nebulosus, quin & æstus immoderatus. *Cibi* difficulter coctiles. muria conditi, fumo indurati, nimium aromatisati, carnes ferinæ pleræque, nimium calidi, pingues, butyro eliquato frixi, acetaria, lacticinia, farinacea: pisces limosi, legumina quæque. Conceduntur, quæ sunt facilis digestionis, carnes juniorum & domesticorum animalium quadrupedum juxta & volucrum, hordeata, asparagi, radices cichorii, scorzoneræ, nastartium aquaticum. Pisces saxatiles &c. Eligantur potius elixa, jurulenta, quam assa. *Vinum* sit Vetus, oligophorum, æstivo tempore vel *sirubo rubi idæi*, vel ▽. *cichorii* temperatum: quæ omnia de solo excessu interpretanda. Noctu temporius lectum petatur, mane maturius relinquatur. Ante & post pastum motus haut admodum violentus conducit. *Animi pathemata*, ira, terror, tristitia, curæ, quam id fieri potest, longissime releganter. Quibus rite observatis sanitatem denique perfectam, eamque constantem recuperatum iri nullus dubito. DEUS nostris conatibus adsit, quod animitus precatur,

Nördlingæ, d. 7. Novembr. 1689.

Reverendissimi Dn. Principis,

subjectissimus servus,

Rosinus Lentilius.

* * *

De Hysterergia Medicinali.

D. Ludovicus ab Hörnigk, melior *Juris Consultus* & *Medicus*, quam *Theologus*, Vir animo festivo, nec eruditionis quotidianæ *in Stell. Notarior. part. 2. p. 80.* *Acidulas & Thermas*, idem *Medicis*, quod *Juris-Consultis Appellationem*, dici ait: Sin hoc ita se habet, quid de *Acidularum, Thermarum* aliarumve hujuscemodi curarum *hysterergia* dicendum? Nil certe superesse video, quam *Revisorium*. In Morborum quorundam curationibus *Medici* hostem primo medicamentis, adoriuntur, quæ vim habent *primæ Instantiæ*: Si caussa hic cadunt, ablegant ægrotos ad *acidulas* ac *thermas*, hic *Appellatio*, sin & hic nulla victoria, solantur miseros *hysterergia*, quam *Revisioni* æquiparare licebit. Quemadmodum autem, qui per *Appellationem* condemnati *Revisionem Actorum* petentes raro vincunt, idque præcipue duplicem ob caussam, nempe quod caussam haut adeo frugi defendere præsumantur, deinde, quod fere Judicis favore destituantur, & *Revisio* hinc fit, *Actio vehementer odiosa*: Ita cum *hysterergia medicinali* plerumque comparatum est, ut, præter inane solatium, aliquando nihil omnino languentibus reliquum maneat, donec Justitiæ supremus exsecutor, ferus verusque carnifex, *Mors*, litem immisericordi falce, gladiove dirimat. Appellamus autem *hystererR*-

giam medicinalem, per onomatopœiæ licentiam (cum aliud commodius aut significantius vocabulum, nunc equidem nobis non incidat,) *Actionem naturæ, qua effectum, quem præcedenti cura intenderat, post aliquot demum, nunc longius, nunc brevius temporis spatium, producit.* Germani vocunt, die Nachwürckung. Locum invenit non in morbis *acutis*, sed *chronicis*; affectu *hypochondriaco & hysterico*, *scorbuto*, *cachexia*, *chlorosi*, *viscerum Intemperiebus*, *melancholia*, *hydrope*, *&c.* Præcesserunt medicationes diuturnæ, menstruis temporibus aut longiore quoque mora absolvendæ; quas *Angli WILLISIUS, SYDENHAM, MORTONUS, LISTER &c.* *cursus* vocare amant, v. gr. *Cursus chalybeatus &c.* Ejusmodi *cursus* sive *medicationes*, sunt v. gr. *Acidulæ, Thermæ*, aliæve *balnea minerales* nativæ, aut artificiales variæ; *Cura lactis*, vel sibi relicti varii, *asinini, caprilli, bubuli*, vel horum *seri*, aut simplicis, aut herbis medicati; *Juscula, vina, cervisiæ medicatæ, succi herbarum expressi, liquor betulæ, medicamenta chalybeata*; *Curæ viscerales, destillata magistralia, &c.* Huc etiam pertinent *medicamenta pilularum*, vel *Tincturarum &c.* forma, quarum n. x. xj. xij. vel totidem guttæ ab initio adsumuntur, singulis diebus adscendendo, iterumque descendendo, quod in *acidulis* plerisque fieri consuevit. Jam ejusmodi curæ, sive *cursus medicinales*, ubi expectationi non statim satisfecerint, Medici languentes per *hysterergiam* consolari solent; qui a multis hinc irridentur, & objectionem *Hiobiticam* audire coguntur: *Consolatores onerosi omnes vos estis, Hiob,* 16. *v.* 2. Et quamvis diffiteri non possim, ejusmodi solatium sæpenumero evanidum esse, & a subsequente letho sigillari; attamen solertes, iique *frequentati*, (liceat ita loqui,) *Practici* salutarem ejus effectum sæpius, quam *theoretici Medici* facile concipere valeant, compeiuntur. Nec vero me velim exclusum, qui haut raro ab *acidulis* & *thermis* æque languentes rediisse vidi, quales abierunt, quamvis industriæ suæ reliquum in cura nihil fecissent, (multi enim suâ culpa pejores redeunt,) præterlapsis autem tribus, quinimmo pluribus nonnunquam mensibus, præter spem omnem, perfecte convaluisse, per saluberrimam præcedaneæ curæ *hysterergiam*. Sit igitur interdum *hysterergia* solamen Medici finem non statim obtinentis effugium, non tamen vanum semper existit, sed effectu nonnunquam beato coronatur. Quæ autem sit ejusmodi *hysterergias* ratio, disquirere non fuerit prorsus inutile. Præsupponimus autem Animam sensitivam, Archeum, aut quocunque demum nomine veniat ille Paterfamilias, in sanguinea massa habitare. *Sanguinem* autem esse Oceanum istum microcosmicum, ex quo ceu flumina, rivique, totius humani corporis humores reliqui, *saliva, lympha, succus pancreaticus, bilis, urina, semen, lac*, ipsique *spiritus*, dimanant. Morbos plerosque chroni-

chronicos a ſanguine, nimio acore, aciditate, auſteritate &c. inquinato ſui ortum trahere, rivulos ex hoc ſanguine dimanare acres & viſcidos, ſpiritusque minus ſubtiles, effœtos & fatuos. Organa ſecretoria hinc etiam in pororum configuratione vitiari, eorumque actiones, ſi non omnes, plurimas tamen depravari: adeo, ut non rite procedat ſalivæ in glandulis maxillaribus, liquoris gaſtrici in glandulis ventriculi, pancreatici in pancreate, thymici in thymo, bilioſi in hepate, ſeroſi in renibus & veſica, nervoſi in cerebro & confinibus &c. ſecretio. Poſitis hiſce progredimur ulterius: Quamvis per *acidularum, thermarum, ſeri lactis, juſculorum medicatorum &c. curſus* & *curas*, vitium ſanguinis ex voto tollatur, ſperata ſanitas tamen ante ſequi non poteſt, donec idem ſanguis jamjam correctus, dulcedinique ſuæ ac vigori reſtitutus materiam ſatis aptam reliquis humoribus ſuppeditet, & viſcera, quorum pori a vitiatis humoribus tractu temporis aliter configurati erant, priſtinæ per omnia texturæ reddantur, atque ſic *εὐπερπῶς* omnes corporis humani depravatæ actiones denuo rurſum ſuccedant. Id vero ſibi pro majori depravationis, vel minori gradu, majus minusve temporis ſpatium, quandoque ſat longum, quandoque breviſſimum, depoſcit, quæ cauſſa eſt, quod aliqui omnino ſani per ejusmodi curas illico evadant, alii per citiorem tardioremve *hyſterergiam* valetudinem recuperare cogantur. Adeo igitur non eſt de nihilo iſta medicationum *hyſterargia*, ut potius monendi ſint, & Medici & languentes. Illi, ne, dum voti non ſtatim damnantur, per alias medicationes iſtis curſibus immediate ſubſtitutas; hi, ne per diætæ priſtinæ, quam ſibi poſt abſolutos iſtiusmodi curſus vindicare ſolent, errores, *hyſterergia* ſaluberrimæ ſint impedimento. Æger itaque, quod alioqui prudentes Medici ſuadere ſolent, v. gr. poſt *acidulas*, etiam ſi melius habeat, exquiſita quadra vivere pergat; Medicus, ni, v. gr. poſt *acidulas* æger convaluerit, non ſtatim aliis medicamentis eum adoriatur, ſed *hyſterergiam* potiùs præſtoletur; niſi forte ſuperveniens aliud quoddam ſymptoma urgens, aut infelix morbi augmentum, aliud quoque poſtulare videatur. Quo autem clariora fiant omnia, *hyſterergia* iſthæc pharmaceutica per *hyſterergiam* diæteticam eleganter & appoſite declaratur. Qui *crapulæ*, *fumo tabaci* &c. adſueverunt, ejus damna non illico perſentiſcunt, donec vitioſa labes primum chylo, mox ſanguini affricetur, e ſanguine in humores & ſpiritus derivetur, hi viſcerum tonum labefactent, & ignis, qui hactenus ſub cineribus latitarat, per actionum omnimodam depravationem, in luculentam flammam erumpat. Qui e ſuperiore *Germania* in inferiorem commigrant, iſtique victui ſenſim adſueviunt, carnibus muria conditis, fumo induratis, petaſonibus crudis, ſalſamentis variis, Caſeo &c. victitant,

victitant, non nisi post moram, pro Naturæ robore, nunc citiorem nunc tardiorem, istius diætæ errores luunt. Idem fit cum iis, qui in juventute, immo a prima infantia potui vini adsuefacti, translata in cereales regiones familia potum ex hordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptum, quomodo *cervisiam Tacitus de mor Germ.p.m.437.* definivit, haurire coguntur; & contra sic *Hungaria* militum *Germanorum* sepulcretum, jam olim dicta fuit, non quod eo venientes, ceu peste quadam afflati, subitanea morte abripiantur, sed quod in delitias regionis immoderatius provecti, perturbata sensim nativa indole, peregrinam suæ cum valetudinis damno adsciscant. Quod idem fieri assolet cum iis, qui in *Moream* militatum proficiscuntur, qui primis mensibus in *Insulas fortunatas*, das Schlauraffen-Land / se appulisse credentes, per istas cupedias mire sibi placent; sed paullo post insuetam saginam inexpectata morte luere coguntur. Et hanc quis jure vocarit *Diatæ hysterargiam*; sed & morbi epidemici contagiosique singuli non aliunde procedere videntur, quam e temperiei sublunaris *hystereregia*. Sic hiemis inclementiam æstivi; æstatis fervorem hiemales morbi, per *hystereregiam* sequuntur. quinimmo ista aëris *hysterergia*, non tantum in homines, verum & in pecora, plantas, frumenta, fructus &c. arborum redundat. Si quis esset astrorum influxus, si quæ Cometarum præsagia, ea, inquam, omnia de *hysterargia* testimonium exceptione majus perhiberent.

* * *

De *Acidulis Roitschensibus* Epistola Excellentiss. *Dn. D. Gründelii, Marburgensis* in *Styria* Medici.

Cum in præcedente discursu mentio sit facta *acidularum*, quas inter *Roitschenses* in *Styria* postremæ haut sunt, quippe *Viennæ* utplurimum bibi solitæ, non incommodum putavi, si eruditas Excell. Dn. *Gründelii* de dictis *acidulis* exaratas ad me litteras apposuissem. Ipse vir elegantissimus de *Roitschensibus acidulis* ante annos duodecim tractatum eruditione multiplici refertissimum, sub nomine *Roitschocrenes*, *Viennæ*, octava forma, impressum idiomate Romano edidit, quem, cum avide perlegissem, litteras ad Excell. istum virum, Collegam quippe curiosum dedi, in quibus mentem meam de *acidularum* exploratione Chimica (postea *Ephemeridibus* quoque nostris *Ann.V.Dec.II.Obs.*101.*p.*400. insertam,) aperui. Qui pro ea, qua clarus existit humanitate, mihi sequentia respondit:

Dessen höchst-Angenehmstes unter dem 1. Augusti, habe vergangenen Post-Tag zurecht erhalten / und mit mehrerm vernommen / daß mein / zwar

zwar noch unzeitiges / Tractätlein / so mehrentheils nur für gemeine Leute geschrieben / auch von vielen hoch-erfahrnen Männern deß Uberlesens gewürdiget wird. Ich muß bekennen / daß mein Herr Collega mir nichts Angenehmers thun können / als mit Communicirung der ertheilten Nachricht / wie ich ferner die Mineralien und Metallen / als einen ♄. &c. examiniren solte / dessen Methodi mich auch bedienen werde / und in der Teutschen Edition, die zwar schon ist abgeschrieben / was davon melden. Ich gestehe es / daß ich meiner Roitschocrene nur von den jenigen Ingredientien geschrieben / deren Gegenwart mir durch augenscheinliche Experimenta ist entdecket worden / nicht laugnend / daß nicht mehr solten dabey seyn anzutreffen / allein / weilen ich nichts mehr habe finden können / habe auch nichts gemeldet / massen es in diesem Erudito seculo schwer ist / etwas zu statuiren / das man in der Prob nicht beweisen kan. Herr D. Sorbait wil diesem Brunnen das Gold zueignen. Ich habe so wol mündlich / als schrifftlich darüber ihn consuliret / und um den Methodum demonstrandi gebetten / allein / er muthmasset nur / und kan es ebenfalls nicht probiren / dann / daß dieser Brunn mit dem Purgiren zugleich die Natur stärcket / oder im Außtrucknen in der Sonnen eine gelbe Farb und Glantz hinterlässet / folget nicht darauß / daß Gold muß vorhanden seyn / weilen viel Medicamenta non aurea die Eigenschafft zu stärcken haben / auch nicht alles Gold ist / was glänzet. Herr Anton. de Pozzis, Käyserl. Leib-Medicus, hat den Mercur. unserer Quelle auß diesem zugeeignet / weilen ein Graf N. Morbo Gallico affectus, dardurch curiret worden. Macht also den Schluß; E. muß Mercurius vorhanden seyn. Unser Herr Collega, Æsculapius, Herr D. á Lebenwald wil dannoch diesem / biß bessere Proben einlauffen / keinen Glauben geben. Dann ungeachtet dieser Graf von diesem Zustand ist befreyet worden / hat es auß diesem herkommen können / weilen ihm / als einem Atrabilario, die Humores adusti, als ein Vehiculum veneni ♀ei, dadurch sind evacuiret worden / wo folgends die Symptomata haben nachgelassen. Ob es aber Bestand gehabt / und ob es eine Fundamental-Cur gewesen sey / hätte man allererst mit der Zeit erfahren können / wann nicht gedachter Graf / wegen seiner gegen Ihro Majestät begangenen Untreu / bald darauf wäre enthauptet worden. Im übrigen haben andere auch / hac lue infecti, sich solcher Cur bedienet / die doch keine sonderliche Besserung erfahren. Unser ältester Physicus Styriæ, Herr D. Eisenschmidt zu Grätz / meynet / daß dieser Brunn Arsenicum führe. Seine Motiven sind diese: (1. Weil er

mehr /

mehr/ als andere Brunnen/ins Haupt steiget/und Schmertzen verursachet: (2. So gibt der Sulph. acidularum einen schwärtzern Rauch/ als der gemeine Sulph. Allein/ wer wird es glauben/ daß ein solch Wasser Arsenicum habe/ das so viel tausend Lob-würdige Curen verrichtet/ und die gantze Natur stärcket? Ich habe seine Meynung mündlich refutirt/und erwiesen/ daß die Hitz und Haupt-Schmertzen/ die bißweilen zu finden/ auß diesem entstehen/ wann der Leib nicht zuvor mit Purgiren ist genugsam præpariret worden/ dahero der Sauerbrunn mit den Humoribus biliosis anfängt zu efferveſciren/ auß welchem die Dämpffe ins Haupt erhebet werden/ allda Hitz und Schmertzen verursachen: und dieses macht nicht allein unserer/ sondern auch andere Brunnen. Ich habe unlängst einen Secretarium von Wien in meiner Cur gehabt/ welchem der Egerische Sauerbrunn grosse Kopff-Schmertzen gemacht/ unserer aber/ weil er wol zuvor purgirt/ nichts dergleichen gethan. So ist auch dieses kein Signum infallibile præsentis arsenici, weder für eine gute Consequenz zu halten: Dieses steiget ins Haupt: E. ist es Arsenicum: Sonsten müste unser Luttenberger-Wein auch arsenicalisch seyn/ und würde mancher Bacchus-Bruder völlig in ein so gifftiges Minerale verwandelt werden. Deßgleichen probiret auch nichts der schwartze Rauch deß Sulph. acidularum. Ich/ die Wahrheit zu bekennen/ falle diesem gar gerne bey/ was mein Herr Collega in seinem Brieff gemeldet/ daß die Sauerbrunnen ein Universal seyen/dessen Operation wir ex effectibus sehen/ und wissen/ quod agant; non autem accurate, ex quibus principiis. Item, so kan man auch auß einem Effect nicht gleich ein gewisses Metall oder Minerale arguiren/ massen solcher Effect von vielen Mineralibus kann herrühren/ ist also vonnöthen/ zu deren bessern Erkänntnüß mehr Proben im Feuer/ als bey den Patienten/ anzustellen. Ich werde mich gewißlich/ Curiosität halber/ deß ertheilten Methodi bedienen/ und weiter erforschen/ ob ich was werde antreffen/ wo ich auch darvon mit einer Antwort werde aufwarten. Unterdessen bedancke ich mich schönstens/ 2c. 2c. Marburg/ in Steyermarck/ 1686. 3.Oct. st.n.

Johann Benedict Gründel/
Med. D. Naturæ Curiosorum Academicus, d. Cœlius Aurelianus.

*** De

* * *

De Cruentatione Cadaveris.

Ex relatione Illustrissimi Comitis ab *Hohenlohe* Domini in *Langenburg*, Domini mei clementissimi, sequentia communicamus:

A. 1682. In Vico *Ingelfingensi* e cloaca quadam a cane eruitur & exportatur infantulus, qui, ad conspectum plebis sanguinem ex umbilicali funiculo flevit. Præfectus loci de cæde suspectos in curiam convocavit, infante super mensam nudo deposito. Unus post alium vel alium accedens relicti corpus manu sua tangere cogebatur. Hos vel has inter fuit ancilla, quæ ad infantis nudum conspectum exterrita toto corpore tremebat; & quamvis tunc sanguinis omnino nihil cadaver stillaret, ipsa tamen immodico tremore, veluti sorex se prodidit, caussamque dicere petita, se dictum infantem ante tres menses peperisse, & in cloacam abjecisse fassa est. Cur intra hoc temporis, in ipsomet putredinis domicilio, cadaver non computruit? Immo cur umbilicalis funiculus cruore stillavit? De *Cadaverum cruentatione* dissertationem elegantem conscripsit Amicus olim noster *Excell. Dn. D. Gederus, Ulmæ*, sub *Rothiano* præsidio, A. 1684. *Vid. m. Ann. I. Dec. III. Obs. 50. Ephemer. nostr. Curios.*

* * *

Gravida, nil nisi fontanam bibens.

Textoris Nostratis uxor octo jam liberorum mater, & cum nono gravida per totum impraegnationis, vel graviditatis potius tempus, nullum (nisi, qualis ex Acheloo hauritur, bibere potest potum. Vinum aut cervisiam ubi haurit, illinc magna anxietas, sudores frigidi per totum corpus, & fere deliquia. Statim post partum & vinum & cervisiam, immo libenter, bibit. De ejusmodi aquæ potatrice, quoties esset gravida, idem mihi B. mea uxor narravit, *Esslingensis* Diaconi uxore: sed de hâc dubium relinquitur, annon forte cervisiam bibere potuerit, quæ locorum ibi non coquitur.

* * *

Pro mensium immodico fluxu.

Eo prehensa mulier *Oettingensis*, cum frustra multa usurpasset, euporisto sequenti & se, & postea multas mulieres experimento nunquam fallente, curatas vidit. Eruatur *vitellus* e Gallinæ vitellario (non ex ovo jam perfecto & excluso,) ea quantitate, quæ ad myristicam nucem quam proxime accedit. Subigatur cum s. q. *vini Hispanici*, addito *nucis moschatæ* dimidiatæ pulvere, ut inde fiat haustus, qui sorbeatur.

* * *

De *Indigo* virtute ad compescendos rheumatismos scorbuticos.

Abbas quidam doloribus pedum a *rheuma-*

rheumatismo scorbutico ortis diu multumque vexatus; Medici cujusdam consilio *tibialia cœrulea* gestare jussus fuit, addita caussa, quod *Indigo* tincta sint: unde dolorum suave mulcimen expertus fuit. Nos idem in aliis doloribus iisdem afflictis non sine successu, quamvis impari gradu, imitati sumus. Quid si acorem scorbuticum volatilitate sua penetrantissima corrigere aptum *Indigo* censeatur? Quæ volatilitas & subtilitas a modo præparandi elucescit, qui talis est: *INDIGO præparatur ex herba Cannabiformi, cujus terna per annum existit messis. Prima messis INDIGO reliquas binas messes, colore saturatissimo violaceo, vivido & splendente multum exsuperat; E messe secunda vividius itidem, quam e tertia, paratur, pretio etiam diverso veniens. Calx viva capaci foveæ, huicque herba ingeruntur, quod spatii reliquum est, aqua occupatur. Massa quotidie agitatur, donec folia lini speciem & viscositatem adsciscant; quod ubi factum ea quiescit, usque dum aqua clara supernatet, per canales alio derivanda; Quod subsedit in corbes accumulatur, formatis inde pastillis ovalibus, qui cribrati, & a pulvere aliusve quisquiliis mundati venum exponuntur. INDI huic operæ destinati, caput, quam possunt, diligenter obvelant: Visui duo foramina patent: per singulas horas lactis haustus præbetur, ut sic ab effluviis INDIGO præserventur. Nec tamen ea qualicunque cautela penetrationem molecularum INDIGO satis amoliri possunt, adeo, ut, qui hoc tractant, operarii perlongum post tempus cœruleum exspuant: id attestante TAVERNIERO Itin. Ind. lib. 2. cap. 12.* Sic alibi legimus *Ova* haut procul ab *INDIGO* custodita cœruleum albumen adipisci.

Ridiculum, quod idem *TAVERNIER* memorat de *CHRISTIANIS S. JOHANNIS* in *Asia*, qui tanto in Pigmentum *INDIGO* ferri dicuntur odio, ut illud etiam digitis contrectare recusent. Caussam hanc indigitant: *Quidam Judæi per somnium moniti, legem suam per baptismum JOHANNIS abrogatum iri: Quod cum Judæi reliqui comperissent, sanctumque JOHANNEM ad S. nostri Salvatoris baptismum se præparasse vidissent, ipsi insana rabie perciti magnam INDIGO copiam, sua lingua Nil appellatam, asportasse, in JORDANEM fluvium conjecisse, sic ut per longum tempus ea fluminis aqua impura manserit. Sic impeditus fuisset CHRISTI baptismus, ni DEUS vas magnum ope Angelorum asportari, & aqua vim sufficientem, antequam Judæi pigmentum injecissent, hauriri, inque cœlo custodiri curasset. Postea, cum S. JOHANNES CHRISTUM baptizaturus esset, dictum vas aqua JORDANIS pura plenum ab Angelis cœlitus asportatum, qua JOHANNES uteretur pro baptismo; ab eoque tempore maledictionem divinam super INDIGO mansisse; ex eod. TAVERN. ITINER. PERS. lib. 2. cap. 8.*

* * *

Ex unguibus valetudinis diagnosis.

Solte sich ein harter Vomitus, oder anhaltende Diärrhœa finden / muß man so fort von der Inunction ablassen / weil die Natur alsdann den Mercurium nicht annimmt / und muß man alsdann sich an die obbeschriebene/ oder andere/ Medicamenten / halten. Wann der Mund schmertzet / kan man sich offt mit warmer Milch / oder mit Gersten-Schleim gurgeln.

Was sonsten hiebey zu beobachten/ingleichem wie die Diæt anzustellen / solches alles wird Herr Medicus præsens allschon zu dirigiren wissen.

Der Höchste GOTT aber gebe das beste zu erwählen/und seegne die gebrauchende Artzneyen von oben herab/ daß sie den verlangten Zweck/ zu deß Herrn Patienten beständiger Gesundheit / glücklich erreichen mögen.

Salva celeberrimorum Virorum quorumcunque auctoritate, & rectius sentientium stante Judicio, in nullius præjudicium hæc scripta sunto!

Nördlingen/den 20. Maji, 1690.

Rosinus Lentilius.

*** Con-

* * *

Consilium anticatarrhale.

Casus.

VIr Illustris 45. annorum, temperamenti Sanguineo-phlegmatici, staturæ procerioris, habitus macilenti, de fluxionibus inde a pueritia fuit obnoxius. Jam adultus & ab Academiis redux aulicam vitam amplexus fuit per annos complures, diætam ibi vivens, qua in aulis vivi solet. Cibus varius varie coctus, intempestive sumtus, potus copiosus, & vini plerumque *Franconici*. Nil inde sensit incomodi notabilis, nisi quod phlegma copiosum in medio ventre cumularetur, unde a bronchiorum infarctu sonorum asthma, mane, postquam e strato surrexit, exscreatio multa cum tussi diu molesta.

Reliquum diei in muniis alacriter obeundis haut incommode consumit. Nonnunquam *Cephalæa dentiumque dolor, amygdalarum* frequens cum tumore *inflammatio*. Cum a vino cœpit inebriari, hujusque vapores cerebrum occuparunt, vicenis tricenisve acriter *sternutare* cogitur. Sæpe *diarrhœa* per biduum vel triduum durans, hinc sponte cessans. Nunc ab aliquot mensibus in sinistro femore frigus actuale, quamvis interpolatum, nec tantum in hoc, quam altero, robur. Nuperrimo *Februarii* mense in Illustri quadam aula per aliquot septimanas commoratus vecturæ in carpentis licentiosius indulsit, frigidi hinc aëris nimium, &, quod *Franconicum vinum* perferre non posset, cervisiæ, quam fuscam appellitant, vim notabilem hausit, cujus tamen potu jam diu desueverat, hinc pejus habere cœpit. Domum reverso flatus, ac dolor pungens in latere sinistro, decubitum in idem latus non ferens, multum negotii facessebant. Appetitus, cumprimis ad cœnam, propemodum abolitus. *Tussis* & *asthma* cum ronchis & screatu vehementiora, *lassitudo* per omnes artus, urinæ sedimentum crassum & limosum. Pejora metuens quærit auxilium.

Resolutio.

Defluxiones catarrhales, quibuscum Dn. Patiens conflictatur, a Medicis vocantur. Earum originem Medici e diversis fontibus derivant. Antiquissimus & a *Galenicis* ad nostra usque tempora perpetuatus *cerebrum* perhibetur, unde rivuli per universum corpus dimanantes hinc illinc varia symptomata concitare solent. V. gr. Cerebri membranas alluentes pro acrimoniæ gradu *cephalææ* auctores existunt; sin os cribriforme, *gravedinum* & *coryzæ*; si dentes, *odontalgiæ*; si pulmones, *tussis* & *screatus*, sin articulos, *variorum dolorum rheumatismorum*, *arthriditis, podagræ* &c. pro conditione materiæ &c. Et hic quidem pro sua hypothesi comparationem instituunt ventriculi cum Cucurbita distillatoria;

ria: cerebri vero, ſpinalisque medullæ cum alembico roſtrato; vapores enim e ventriculo in cerebrum elevati, hujusque frigore denuo condenſati per univerſum corpus, ceu vas recipiens, deſtillantur, veluti ſi materfamilias roſaceam deſtillaret. Hinc & ejusmodi *catarrhi* a nonnullis *deſtillationes* vocantur. Hæc autem hypotheſis plauſibilis utcumque primo aſpectu viſa, captuique vulgi accommodata, penitius tamen ſi introſpexeris, examen non ſuſtinet. Vaporum enim talis elevatio ſtatuitur facilius, quam demonſtratur, cum vaſa viæve, quæ vaporibus adſcenſum in caput largiantur, per anatomen oſtendi non poſſint. Nam, ut maxime ſit concedendum, e ventriculo per œſophagum, in foramina palati, per quæ nervi e cerebro in linguam deſcendunt, item ea, per quæ attractus per nareis aër in pulmones derivatur, dari tranſitum, attamen cur iſti vapores portam patentiorem per oris rimam non potius, quam iſtas anguſtias, petere aut velint aut debeant, non video. Porro quis opinari poſſet, quod ſi cerebrum ſit officina omnium id generis *catarrhorum*, ab eorum acrimonia vel *cephalalgiam* inceſſabilem, vel a lentore continuam ingenii tarditatem aut fatuitatem excitatum iri. Præterea conceptu non eſt adeo facile, cur ejusmodi *catarrhi*, quaſi ex proæreſi quadam, in hanc præciſe vel illam corporis plagam, nec aliam depluant, aut, ſi depluant, cur non omnia eoque viſcera & membra inundentur. Si quis autem hanc vaporum adſcenſionem fortaſſe demonſtrare ſuſtineat per evidens exemplum crapulæ, huic reſpondendum arbitramur, magnam eſſe vini aliorumque inebriaminum ſubtilitatem & penetrandi emphaſin, nec per ea ſolum cerebrum, ſed univerſum æque corpus impeti; nam a potu nimio totus homo quantus quantus incaleſcit, nec pes nec manus officium, ea promtitudine, qua per ſobrietatem ſolent, exſequuntur. Poſtea igitur, quam per Anatomicorum modernorum induſtriam *lymphatica vaſa*, univerſum corpus & pleraque viſcera, immo ſingula, perreptantia ſe conſpectui præbuerunt; non in ſolo *cerebro*, ſed omnibus corporis partibus, poſſe *catarrhos*, cæteris tamen paribus, generari, fatendum eſt, quod ſequentem in modum fieri concipitur. Per totum corpus *glandulæ*, velut uniones, diſponuntur. Quid autem ſint *glandulæ*, phyſicarum rerum minus peritis clariore ſignificatu vix poteſt explicari, quam ſi videant meſenterium vitulinum coctum, in eoque variæ magnitudinis globulos, quibus aliqui veſcuntur, alii abhorrent.

Per modernos Anatomicos conſtat, ac microſcopiorum teſtimonio firmatur, univerſam cutim eſſe, quaſi *glandulam conglomeratam*, quarum officium perhibetur, ut per eas humor lymphaticus, partim ex arterioſo ſanguine, partim ſpiritibus nervinis, ſegregetur, & in contigua nervis *lymphatica*

tica vasa; tum certos quosdam meatus in buccam, duodenum, cutis poros &c. derivetur. Sic per *glandulas*, e quibus cutis contexitur, quod est in sero superflui, a sanguine secretum, sub schemate sudoris eliminatur. Idem fit in *glandulis* palatinis & maxillaribus aliis; *saliva* puta secerniculis; idem in ventriculi glandulis, *liquoris gastrici*; pancreatis, *succi pancreatici*; folliculi fellis, *succi biliosi*; vesicalibus, *urina* &c. secretioribus. Ex acinis ejusmodi *glandulosis* totam insuper hepatis substantiam componi, ac propterea tot *vasis lymphaticis* hepar instructum esse; compertum habemus, ne quid de tonsillis, de thymo &c. dicamus. Quibus obiter addimus, omne, quod per vomitum projicitur, e ventriculo; per tussim, e pulmonibus; per screatum, e tonsillis, per sputationem, e *glandulis* salivalibus exantlari. Particulas igitur seri superfluas *glandularum* ope, cum ab arterioso sanguine, tum animali spiritu secerni, vel hoc etiam argumento evincitur, quod arteriis juxta atque nervis vasa lymphatica comites adstare deprehendantur. Quodsi igitur adsit frigidior justo humidiorque temperies, & per varios diætæ errores, cibos humidos, aquosos, pituitosos, multam vitulinam, porcinam, multa flatulenta, pisa, lentes &c. it. melones, cucumeres, betam rubram, lactucam; pisces lutulentos, carpiones, tincas, anguillas, multa lacticinia, multa inebriamina &c. symbolam addente aëre frigido & pluvioso, viscera nimium alluantur; sanguis inde serosior existit, unde liquor primum fermentalis gastricus nimium pituitosus, ciborum digestioni primæ officit ex quo ructuum flatuumque proventus, cibi in stomacho haut aliter cum sibilo expanduntur, atque tostæ ad ignem castaneæ, cum earum putamina hiscunt. Pasta ejusmodi acido-viscida numquid mesenterio laudabilis lactis advehat, haut difficulter divinari potest. Et si enim & hic *glandularum* larga seges, quarum ministerio superflua serositas a chylo laudabili separari debebat, ob nimiam tamen partium serosarum copiam istud negotium non sufficienter procedit, sed chylus nimia serositate dilutus per ductum thoracicum cordi advectus, in sanguinem serosiorem commutatur, qui per arterias in corpus universum derivatur, nutrit equidem, & carni musculosæ affigitur, attamen carne minus firma & compacta, sed flaccida potius proveniente, unde est, quod, licet *cachectici* nonnunquam habitiores videantur, lacertis ipsorum, utrumque ad speciem torosis, minus fidendum sit. Porro, qualis sanguis, tales, utrique spiritus, aut, si mavis, talis est *spiritus vit-animalis*, nimio humore dilutus, fatuus: qui pro sensu & motu efficiendo per nervos in corpus universum prorepens, per *vasa lymphatica* vehiculum sui massæ sanguineæ reaffundit. Igitur, ubicunque *glandulæ*, ibi lymphæ secretio, nunc parcior, nunc liberalior, eaque, si particulæ sint magis homogeneæ,

geneæ, nec adjacentes partes membranosæ, dolorem nullibi creat; at, ubi *lympha* simul acrimonia peccat, & partes sunt magis sensiles, illa secretio sine tristi sensatione nullatenus procedit, effervescente tunc simul *lympha* ad nodum aquæ calci vivæ adfusæ. Expanduntur inde, ac distenduntur sensiles membranæ, ac dolent *rheumaticos arthriticosve* dolores, ni liberum sibi effluxum acre serum reperiat; & ubi locorum ista effervescentia contingit, ibi *catarrhus*. Ac ista quidem secundum veriora modernorum dogmata mihi *catarrhi* generatio videtur: quo itaque pacto casui nostro ista omnia queant applicari, videamus. Nam, si quæras, unde corpus *defluxionibus* obnoxium, diætæ errores suo merito, ac imprimis excessum in potu, temperiebus humidis, si quid aliud, infensum, accusamus, beneficio solius Naturæ adscribentes, quod serosæ colluviei στάσις, potiore sui parte, in thoracis peripheriam, thymum & amygdalas contigerit, nec seri sit enormis nimium acrimonia: Non igitur hic e cerebro *catarrhus* proprie depluit, sed, ubi sanguis, nimio sero dilutus, pulmonum vasa transit, a thymo *glandula* serositas nimia secernitur, a tonsillis in pituitæ consistentiam densatur, irritato hinc per tantillam acrimoniam larynge, unde in minore materiæ affluxu screatus, in majore, tussis, cietur, cum exscreatione ejus, quod thoraci molestum erat. Jam, pituita tenacior ab aëris appulsu reciproco, ronchum excitat, & est *asthma*, quod aër pituitæ tenaci in bronchiis illisus & ipse, ut subintrare pulmones queat, spiras suas contrahere necesse habet, impedita sic etiam pulmonibus debita liberaque expansione. Major, ubi evigilatum est, molestia, quia per noctem somni tempore, screatu cessante, pituita colligitur, conatu majore ab experrecto emolienda. *Cephalæa* cum *dentium dolore* interdum affligit, ob sensum istarum partium exquisitum, quæ a *lympha* cujuslibet acrioris appulsu contristantur, externo frigore cumprimis *lympham* coagulante, prævia salivæ effervescentia, flatus excitante & membranas distendente. Eodem modo se res cum *tonsillarum* interpolato *dolore* habet. A potu autem vini nimio, halitus spirituosi hujus liquoris subtiles & sulphurei *lymphæ* crassæ & pituitosæ cerebri nimium admixti motum intestinum cient, interior membrana ad os cribriforme irritatur, unde sternutamenta. *Diarrhœa* fit a colluvie seri in mesenterio ejusque *vasis* qua *lymphaticis*, qua arteriosis, contra quam, ceu rem molestam, insurgens *Archeus*, tumultum ciet, ac sentinam per alvi profluvium eluit, collecta hinc sensim alia colluvione. Tumor pedum est a *lympha* propulsu, ibi, in extremis artuum, ceu locis a fontis calore remotioribus, condensatæ, & in gelatinam abeuntis, hinc ad refluxum per *vasa lymphatica* tantisper ineptæ redditæ, donec a resuscitato quasi calore interno, vel accessu externi rege-

lata motui suo restituatur; comite nonnunquam, pro *lympha* nunc majore nunc minore acrimonia, dolore etiam nunc gravativo, nunc magis exquisito. Nuperiora vero symptomata explicatione haut admodum difficili indigent. *Lien* enim nervis & *vasis lymphaticis* mirum in modum scatet, sic, ut Anatomicorum nonnulli splenem secretioni seri a sanguine præficere sint ausi: Cervisia vero, quam fuscam appellant, flatibus gignendis aptior, præviâ comprimis corporis nimia perfrigeratione, & quandoquidem Dn. Æger dispositione haut levi ad *affectionem hypochondriacam* præditus est, promtior hinc extitit lienis inflatio, qui dolor lienis (ni resideat potius in coli diverticulis,) flatibus propemodum solis vel propterea adscribi meretur, quod decubitus super affectam partem ob compressionem vasorum lienis distentorum minus feratur, qui in doloribus lienis ab obstructione sola procedentibus, facilior in affecto, quam opposito latere existit. Sedimentum in urina crassum & copiosum observatum in colluviem pituitosam per universum corpus conspirat. Quæ est caussarum ac symptomatum deductio. *Prognosin* quod attinet, nunc equidem minus adhuc periculi ab affectu portendi censemus, majus vero successu temporis, cum affectu incrementum samturi. Ab infarctu pituitæ nimium collectæ, & vel somni tempore, vel diminuto fibrarum robore, (quale quid per expultricis faacultatis debilitatem patres nostri indigitarunt,) minus excretæ, bronchiorum pulmonis obstructio & *catarrhus suffocativus*, metuendi; nimia sternutatione *apoplexia*; ab aucta lymphæ acrimonia *phthisis* & *atrophia*; a *diarrhœa* critica vel quasi, per lymphæ viscididatem suppressa, vasisque mesentericis per ejusdem acrimoniam erosis, *hydrops ascites*, a flatibus cumulatis & incarceratis, *tympanites*. Quibus, ubi *scirrhus lienis* accesserit, malum evadit incurabile.

Cura absolvitur indicatione primaria, quæ est,

Lymphæ exuberantis diminutio.

Perficitur illa, cum totius morbi curatione, per

{1. *Lymphæ evacuationem*,
{2. *Ejus, & corporis supra modum humidi, exsiccationem.*
{3. *Viscerum roborationem.*
{4. *Diætæ regimen accuratum.*

Adsumatur præsenti vere *pulvis hydragogus*, mane ex *jure calido*:

℞. *Flor. Sulph.* ℈j. *resin. gialap. gr.* vj.
resin. scammon. gr. iiij. *Magist. gumm gutt. gr.* v.
M. F. ♀.

Tundatur aliquibus post diebus dextri mediana ad ℥vj.

Inuratur brachio sinistro competenti loco *fonticulus*.

Cucurbitulæ scarificatæ per singulos menses nuchæ & homoplatis affigantur.

Expectorantia hauriantur. Nobile est *Decoctum* ad *catarrhos acres Sim. Paulli* tale:

℞. *Rad. alth.* ℥ß, *glycyrrh. farfar. aa.* ʒij.
filiquar. ℥. *jujub. par.* iij.
sem. anis. ℥ß, *caric. pingu.* n. vij.
sebeb. exacin. ℥ij. *hord. selectiss.* mj.

Coq. in s. q. aq. fluviat. ad crepaturam hordei. Colat. ℞. ℔ij. P. C. in quibus dissolv. Sir. viol. ℥iiij. 🜍. Sulph. ʒß. M.

Hauriatur mane bonus haustus calide, eo cumprimis tempore, quo *asthmatis* vehementior insultus persentitur.

Post pastum fit usus *tragematis* aut solius, aut cum pane tosto in vino tumefacto, flatus discutiens ac digestionem promovens:

℞. *Cort. aurant.* ℥j.
Oc. ♋ *ppt. succin a. ppt.*
tal. leporin. ppt. Zedoar. aa. ʒiß.
sem. anis. carv. cubeb. cardam. aa. ʒj.
cinnam. acut. ℈iiij. *sacch.* ℥iß. *M.*

Mane hora 8. & pomeridie 3. guttæ xxx. mixturæ ex cochleari *vini Hispanici* sorbeantur:

℞. *Ess. lign. sassafr. & carminat. Wed. aa.* ʒij.
🜍. *cinnam.* ʒj. 🜹. *anis.* ℈j. *M.*

Paretur e *speciebus Cucupha* continuo gestanda:

℞. *Lign. agalloch. sant. citrin. aa.* ʒij.
cort. aurant. styrac. calamit.
rad. cyper. long. & rotund. aa. ʒj.
fl. ros. r. lavend. aa. p. j.
balaust. cupul. gland. aa. ʒß.
M. F. ♀ *gr. irror.* 🜹. *lign. rhod.*

Adsuefiat usui per longum tempus continuato *pulveris catarrhalis & pectoralis balsamici*, sine præfixo tempore vel hora sensim *deglutiendi*:

℞. *Bals. Sulph. anisat.* ʒiij.
spec. diatrag. fr. ʒij. *sacch. cant. a.* ℔j.
ambr. gryf. gr. iiij. *M.*

Supra △. leniter incorporentur in formam *pulveris*, instillatis successive 🜹. anis. destill. ℈ij.

Ne quid lieni deesse videamur, idem, per nos licet, sequenti *emplastro* loricetur:

℞. *Cerat. de ammoniac. For.* ℥ß.
ol. cappar. carminat. Mynf. aa. ʒij.
anis. ʒj. *lign. rhod.* ℈ß *cera q. s.*
M. F. Empl.

Suffitus interdum capitis cum *mastiche* & *succino*. Nonnunquam pro re nata medicationi Induciæ. *Rotulæ* nostræ *violatæ* perfunctorie libentur. *Aër* ad siccitatem vergat. Eligatur *Septentrionalis* & *Orientalis*, qualia conclavia in Dn. Patientis arce pro lubitu felige-

feligere licebit. *Cibi* sint ferina, bovina, lucii, pisces, funduli, percæ, ova recentia, tremula, hordeum. Assa magis, quam elixa placeant. Frixa, lacticinia, vitulina, porcina, legumina parce comedantur. Valere jussa cervisia bibatur vinum *Neccarinum* ætatis mediocris, vitato tamen omni excessu. *Suffitus* conclavis matutinus *ligno juniperino*. *Motus moderatus*. Hæc omnia si ritè observentur, dubium est nullum, quin, adspirante cumprimis divina gratia, cum pejora symptomata præcaveri, tum labefactata sanitas instaurari possit, quod ex animo precatur. *Crailshemii d. 10. Martii, 1684.*

Rosinus Lentilius.

* * *

Noxæ comestionis carnium a pecoribus contagiosa lue infectis.

DUm Illustrissimæ cuidam Matronæ Medicinam ascititicæ facimus, qui erant ex illius familia, de lue quadam, armenta prædii totiusque pagi infestante ac deleteria querebantur. Deglubitor cadavera aperiens pulmonum plerumque putredinem, visceribus reliquis insontibus, se reperisse ajebat. *Num igitur, si quid mali sentire videas istas pecudes, & illico mactes, rejectis pulmonibus, caro non sit vesca, ex me; præsente Medico, quærebant adstantes? Non, inquam*, nisi cum magno vitæ periculo, certe nullo cum valetudinis emolumento. Narrabam primo historiam, cujus jam fuit a me injecta mentio in *Ann. II. Dec. III. Ephem. Cur. Obs.* 116. *p.* 173. Caupo quidam *Nördlingensis*, vir 45. circ. annorum, robustus, athletico vigore præditus, certe nunquam, quod sciam, ullo cum morbo conflictatus, bovem saginatum, quem subito, nescio, quis morbus, invaserat, lanionis cultro clanculum mactandum subjiciebat, hospitibus ipsius carnes appositurus. Ipse vero, dum in condiendis carnibus occupatur, halitibus calidis & contagiosis, hiante fortasse, quod corpus inclinandum fuerit ore, avidius haustis, mox die sequenti corripitur maligna febri, cum siti & anxietate summa; nec *theriacalia* & *cardiaca* potentissima quidquam effecerunt. Tumor subter axillam dextram intra horas vix quatuor atque viginti ad humani capitis magnitudinem adsurgebat. Hora decima antemeridiana *phrenitis* & *mera rabies*, nulla medicamentorum ulterior admissio; vesperi *convulsiones* horrendæ, sexta vespertina subitanea mors supervenerunt; lanione, juvene 22. annorum vix potentissimis remediis a me, per DEI gratiam, in vitam vindicato. Carnes autem, nobilissimo Magistratu ita jubente, a Carnifice extra portam in cineres redactæ. Idem ante aliquot annos *Bollstadii* contigit. Cum enim pecudes inter contagium grassaretur, lanio quidam a mactato bove, manum utramque pustulis ardentibus, atramento contra nigerrimis obsitam vidit, qui remediis, nescio, quibus, ægre curatus fuit. Textor autem

tem cum uxore de carnibus comedentes, bubonibus & pustulis nigris confestim afflicti, repente moriebantur. In pago *Venningen* multi, qui carnibus ejusmodi vescerentur, elevatis ejusmodi pustulis, mortui, alii, qui pecudes mactassent, vix restituti. Sic ut, recte monente summo viro, *MARCO MARCI*, *haut parum referat, in qua dispositione animalia moriantur, quorum partes ad usum Medicum* (adde & culinarium,) *quaeruntur*. Hinc in Rebuspublicis bene constitutis non tantum Viri prudentes carnium mactatarum censurae praeficiuntur, (atque, utinam semper sint prudentes, in judicandis ejusmodi rebus periti, nec aliquando propter armum forte ovillum aut succidiam a lanione oblata, vel coeci vel muti!) qui eas explorent; sed & viscera, pulmones cum hepate in specie ostenduntur, siquidem in his lates promtius, quam in musculosa carne deprehenditur. Aliquibus in locis peculiares sunt mactatoriae domus, nec lanionibus in aedibus cuique suis pecudes mactare licet, ut viventes prius & occisae probe examinentur. Sed videas alicubi huic muneri praefici scribas, nundinatores, linitextores, &c. tales puta, qui ad carnium censuram se habeant, tanquam asini ad lyram. Scilicet haud raro non tam officium Viro, quam Virum officio praeditum cernas, Aemptle propter Schlämple. Si dicendum, quod res est *Physicis ordinariis, tanquam sanitatis in urbe Magistris ea cura incumbit*, quippe quorum sparta non tam in eo exhauritur, ut aegros curent, sed ut caussas morborum productrices, a civibus amoliantur. Vid. *Fr. de le boe Sylvii orat. de hom. cognit.* §. 42. Quid de *carnibus grandinosarum suum?* num illis impune vesci licebit? In aliquibus locis macella peculiaris his carnibus destinantur. Sed eas penitus rejici sane praestiterat. Quid enim aliud illa ulcuscula foeda sanie plena, musculorum interstitia occupantia, quam leprae quaedam species? Praetereà per me sibi retineant suas delitias e genere Nobilium isti, quibus ferina non sapit alia, quam de cujus adventu nareis prius, quam oculi testari queant; id est, *semiputrida*, quin termitum examine conspurcata. Valeant putidissimi *Salsamentarii*, quos more suo salse deridet *Erasmus in Colloq. Ichthyophag.* cum per eos dicit inquinari civitatem, infici terram, flumina, aërem & ignem & si quod aliud est elementum, corrumpi corpora mortalium, &c. Valeant *Insulani Ferroënses*, de quibus *Bartholinus Act. Med. Hafn. Vol I. Obs. 49.* Quod carnes sine sale exsiccent in aëre, sicut pisces, ut ad usus duret, quamquam semiputridam ament & pinguedinis ratione & jusculorum. Quod juscula praeterea sapida reddant, pinguedine animalium, sequenti modo praeparata: Recentem ex animalibus mactatis circumvolutam reponunt, donec nonnihil putrescat, deinde in frustula dissectam parum liquescere sinunt, & in massam librarum XXXVI. com-

compingunt, quam in terram paludosam defodiunt, & quo diutius ibi servatur, ad usus melior evadit. Antiqua, si secetur, odorem casei vetusti refert. Quod pauperiores lardum balænarum, ad sua juscula substituant, quod in ventriculo balænæ exsecto ad focum suspendant, donec sensim ignis beneficio putrescat & liquescat. Quod piscibus recentibus raro vescantur, sed siccis & semiputridis. Quod capita piscium & avium exponant angulis ædium, donec putrescant, quibus postea vesci gaudeant, &c. Valeant, qui oves hydropicas (quod aliquando in *Saxonia* vidi,) mactant ac echinosas, harumque carnibus satiantur. Valeant, qui putidissimos & verminosos caseos reliquis omnibus præferre solent, quorum & me olim Collegio adscripseram. Valeat omne, quod est putridum, immo, quod inclinat ad putredinem. Ab his enim laudabilem in humano corpore succum generari posse, nunquam adducar, ut credam. Ista enim corruptio, quo est major, eo magis a statu naturali recedit, eo magis in ea deletur character vitalis. Per cibos putridos principium vitale multum in homine, quippe tota substantia totave natura diversum, debilitari omnino censendum existimo. Fuerunt in ista annonæ caritate A. 1694. in urbe nostra pauperculi, qui morticiniis vescebantur, unde totæ familiæ in febres contagiosas incidebant. Si rabiosi canis venenum homines reddit rabidos, si lue gallica infecti, alios iterum inficiunt, cur liquamina ciborum putita non æque putredinis miasmate corporis humores inficiant. Unde *scorbutica labes*, nisi a putida muria? unde *luis venereæ* origo, nisi ab occisorum in *Mauritania* hominum carnibus, vasis conditis, Mercatorumque fraudulenta avaritia pro *thynnorum carne* divenditis? vid. *Ten-Rhyne de vet. Medic. p.m. 26.* Si *struma* & *scrophulæ* contactu manus mortuæ evanescunt; *vid. Ann. I. Dec. II. Eph. Cur. Obs.* 11. *& ejusd. Ann. II. Obs.* 141. deleto hinc per emortualem & gelidam manum perhorrescentis Archæi, charactere tumoris vitali; cur morticina & cadaverosa ista nostro Archæo non summe sint infensa? *Vid.* de ejusm. *curis per mortificationem* etiam *Obs. XV. Dec. III. Ann. I. Ephem. Cur.* Cur non character morbosus per carnes infectas corpori etiam sano imprimatur? Si quis objiciat, *Insulanos Ferroënses* ab ipsomet *Bartholino loc. cit.* perhiberi plerosque sanos & valido corpore, longævos itidem ac non raro centesimum annum attingentes, nos plurimum heic esse consuetudini a teneris imputandum censemus, per *Aphor. 50. Hippocr. Sect. 2.* Tametsi *elephantiacos* ibi frequenter fieri *idem ibidem* testetur. Si quis item objiciat, magnam esse differentiam inter carnes putridas & eas, quæ desumuntur e pecoribus morbo affectis, quod in hac vitalis character non sit omnino deletus; ei respondendum cense-

censemus, sufficere quod omnis caro morbosa corruptioni plus minus propinqua sit, corruptio autem putredinis principium recte censeatur; quin adhuc sub Judice lis existat, utrum sit humanæ valetudini magis infestum, caro sani animalis mactati ad putredinem inclinans, an pecoris morbo infecti comesta? Laniones dantur interdum, qui vel ob paupertatem, vel fraudes fidem apud venditores perdiderint, ac opera profunde data sibi pecus conquirant proxime ex morbo periturum, ut pretio scilicet æquiore veneant; qui postea, *Erasmo loc. cit.* ita loquente, ovem, aquis cœnove suffocatam, aut alioqui verminantes armos, lotione & circumlito recenti cruore vitium dissimulent, quod ægre deprehendat minus exercitatus Censor, judicium de carnibus ejusmodi ferens, quod cœcus de coloribus. Scelerata vero Gens Lanionum illud *Paulli* effatum *1. Cor. 10. v. 25.* libenter semiputridis suis morticinis applicatum vellet: *Quidquid in macello venditur, edite, nihil interrogantes, &c.* qui valetudini suæ consultum volunt, ab his talibus abstinebunt. Et quis a carnium morbosarum esu non raro varios morbos, etiam *Epidemicos*, quorum caussæ nobis & sunt & frequenter manent incognitæ, pullulare dubitasset? ut sane mirum sit, inter tot *Institutionum Medicarum* scriptores eximios, inter tot *Diateticos*, vix ullum reperiri qui in doctrina de *carnium esu*, alioqui satis nonnunquam, & præter rem operosus, *κατὰ ῥητὸν* admoneat, *ut carnes e sanis animalibus desumantur?* Nisi quis dicat, hoc ceu superfluum quoddam & per se notum ulla admonitione non indigere. Curiosi nostri laudem promerentur, quod propemodum soli cæteris in hac parte magis curiosi exstiterint. Vid. in hanc rem *Ann. VI. & VII. Ephem. Curios. Dec. I. Obs.* 191. ubi in nostram sententiam plane egregia reperiuntur. It. *Ejusd. Anni & Decad. Obs.* 189. *It. De carnium putridarum noxia comestione Ann. II. Dec. I. Obs. 5. p. m. 7.*

* * *

Hemicrania periodica, pertinax & summe dolorifica.

VIr 42. annorum cholerico-phlegmaticus, crebris *defluxionibus*, continuæque propemodum *tussi* & *exscreationibus* obnoxius, jam per aliquot annos certis temporibus *hemicrania periodica* prehensus, hujus mali *d. 24. Junii* 1689. denuo præludia sensit. Pharmacopœo loci querebatur de naribus obstructis, alteratione quadam totius corporis, gravitate capitis: metuere se, ne hospes antiquus forte in propinquo esset; hinc se rogare, ut *aquam errhinam* consuetam sibi pararet, quæ talis fuit:

℞. *Aq. majoran.* ℥ij.
∾. *lil. convall.* & ⊖✱ci. *aa.* ℈ij.
essent. succin. ʒß. ∾. *CC.* ℈j. *M.*

Pomeridie diei illius malum successive

cessive augeri. Datæ sub noctem a pharmacopœo *pilulæ* n. XXI.

℞. *Pil. de succin. corr.* ℈iiß.
extr. helleb. n. gr. vij. & *troch. alb.* gr. ij.
⊖. *succin. vol. gr.* j. *M.*
F. pil. pond. gr. j.

D. 25. Junii mane præcedaneo horrore dolor capitis incessit, in cujus dextro latere per septem integras horas incessabili furore sæviit. Pharmacopœus dedit *pulverem*, unde sudor largus:

℞. ♁. *diaphor. Ocul.* ♋ *ppt. aa.* ℈ß.
succin. ♃ *ppt.* ♁. *nativ. ppt. aa. gr.* v.
⊖. *succin. vol. gr.* j. *M.*

Parti dolenti *sacculus*:

℞. *Herb. rorismar.* mß.
majoran. origan. serpill. aa. p. j.
rut. fl. chamom. Rom. aa. piß.
fl. spic. celt. lavend. aa. p. ij.
ras. succin. ʒj. *Concis. D.*

Vesperi calida intemperies cum siti, quam *acidulis* vino mixtis solabatur. *D. 26. Jun.* mane dolor incruduit, per 6. horas durans, pomeridie *pulvis* hesternus. Obstructa alvus *potiuncula laxante* cum successu soluta:

℞. *Fol. senn. s. s.* ℥iij. *rhabarb. ver.* ʒj.
gentian. ℈j. *sem. anis.* ʒß.
Crem. Tartari. ℈ij.
Coq. in s. q. ▽ *cichor. Colat.* ℥iij. *add.*
syr. de cich. c. rh. & *rosar. solut. aa.* ʒß.
pulv. gial. ℈j. ▽ *physogon.* ℥iij.
M. pro 2. Dosibus.

D. 27. Jun. mane paroxysmus eadem vehementia rediit, nisi, quod brevior esset: *Lenimentum* tale foris applicatum:

℞. *Ungu. alabastr.* ℥ß. *infrig. Gal.* ʒiß.
ol. nucist. expr. ʒj.
lign. rhod. destillat. gtt. vj.
lavend. majoran. aa. gtt. x.
opii in ♒. *rosar. sol. gr.* viij. *M.*

Vesicatorium, quod nuchæ affigendum Pharmacopœus suaserat, Patiens recusavit.

D. 28. Jun. mane paroxysmi consuetus reditus, ita tamen, ut in lecto manere posset, cum antea totas ædes circumcursitasset lymphatus.

Præter *pulverem diaphoreticum* ordinata quoque ad 5. guttas bis in die sumenda *mixtura cephalica*:

℞. *Tinctur. castor.* ℈ij. ♒ ⊖ ✱ ♋ ℈ß.
laud. liq. cydoniat. gtt. x. *M.*

Sed his parum juvantibus paroxysmus tempore consueto redire pergebat. *D. 30. Junii* salvatella pertusa, ex qua bene habere videbatur.

D. 1. Julii, paroxysmus per 3. horas duravit: quo exantlato, jam diu suasum a me *fonticulum* sibi inuri curavit. A sumta *potione laxativa* temperies corporis aqualis, ordinariæ sedes, appetitus qualiscunque. Hæc omnia

mihi per tabellarium exponuntur, requisito simul meo per litteras consilio. Respondi, *d.2.Julii*, malum omne seri acrimoniæ acceptum ferendum, hinc *purgantibus* & *sudoriferis*, cumprimis volatilibus, malum mitigari nec posse nec debere. Mane & pomeridie quartarium dimidium *Decocti Sim. Paulli* ad *catarrhos acres* calide hauriat. Ante paroxysmum ad ℥iij. *emulsionis antalgicæ Jonqueti*, quæ talis est:

℞. *Rad. alth.* ʒij. *cicer. rubr.* ℥ß.
liquir. ras. ʒij. *hord. mund.* mß.
sem. malv. ʒiß.
Coq. in s. q. aq. & c. colatura extrahatur ex sem. papav. alb. ℥j. *4. frig. maj. aa.* ℥ß.
l. a. Emulsio: cui add.
Ocul. ♋. *ppt.* ʒj. *aq. rosar.* ℥ß.
sir. papav. a. ℥j. *M.*

Admixta *pulveris* seq. dosi una:

℞. *Spec. cordial. temp.* ℈j.
♉. ij. *diaph. conch. ppt. Cor. r. ppt.*
Oc. ♋. *ppt.* ♉. *nativ. aa.* ℈ß.
Vitrioli ♂. *gr.* v. *laud. op. gr.* ij. *M.*
pro 2. dosibus.

Cubitum iturus sumat 5. *pilulas:*

℞. M^p il. *de cynogl.* ʒß.
styr. calam. succin. a, ppt. myrrh. r. aa. ℈ß.
laud. op. gr. iiij.
c sir. de papav. F. pil. pond. gr. ij.

Parti capitis dolenti *linimentum:*

℞. *Ungu. popul.* ℥j. *axung. castor.* ʒiij.
philon. Rom. ʒij. *croc.* ℈j.
op. in ☿. *sol.* ℈ß. *ol. hyosc. expr.* ʒij.
album. ov. numer. j. *M.*

Noctu *pediluvium:*

℞. *Rad. rhod.* ℥j.
caryophyllat. irid. flor. aa. ʒvj.
fol. salic. vitis.
endiv. lactuc. solan. nymph. aa. mij.
fl. papav. rhœd. summit. aneth.
serpill. chamom. Rom. aa. mj.
cort. mandrag. ℥j. *c. papav. n.* v. *M.*

Applicetur interdum *Clyster* domesticus. Vitentur acria, aromatica, salsa: Bibat *emulsionem amygdalarum* cum *Dec. passul.* factam, interpolata cervisia. Sorbeat interdum *Crem. hordei cum gelat. caponis* &c.

D. 9. Julii scribunt: se medicamenta a me ordinata usurpasse, paroxysmum quidem, inde parum mitigatum hora 7. matutina semper rediisse, nunc a biduo binis horis postpositis invadere nona ante meridiem & durare ad 2. pomeridianam. Circa finem paroxysmi dolorem protendi ad nasi radicem & dimidia post hora narem dextram profundere saniem ex viridi flavescentem, consopito sic statim dolore, quo cessante, sibi videri omnino sanum, nisi quod capitis quædam gravitas supersit, appetitu quoque haut parum firmo. Optare se, ut fluxus ille narium conservari possit, qui ultra binas

binas horas non protendatur. *Fonticulum* ad fluxum belle præparari. A *Decocto pomorum citri, cinnamomi* & *rad. scorzoneræ* cum *colicam* invasisse, postea vinum aqua temperatum dedisse potui, nunc meracum bibere, quod intemperies calida non adsit. *Physicum* loci consultum *d. 7. Julii* ordinasse sequentia: *Infusum cephalicum*, mane & vesperi hauriendum:

℞. *Herb. salv. nobil. rorism. majoran. aa.* ℨj.
fl. beton. ℨiß. *anth.* ℨj.
sem. Coriandr. fænic. aa. ℨij.
anis. ℨj. *rut.* ℈ij.
rad. irid. flor. pœon. aa. ℨij.
lign. sassafr. ℨß. *agalloch.* ℈ij.
cubeb. ℨiß. *mac. nuc. mosch. aa.* ℨß.
Ex inc. cont. F. nodulus ex serico rubro pro mens. iß. *vini.*

Aquam errhinam, qua imbutæ turundæ e linteo tenero naribus indantur:

℞. *Aq. majoran.* ℥ß.
Vitriol. alb. gr. iij. *elater. gr.* ij. *M.*

Epithema parti dolenti frequenter applicandum:

℞. ∾ *flor. samb.* ℥j. *serpill.* ℥ß.
aq epil. Lang. ℥iij. ∾ ⊖ ✱ *ci* ℨj.
camph. ℨß. *M.*

D. 8. Julii Clysterem revellentem:

℞. *Dec. comm. pro clyster.* ℔j. *add.*
elect. lenit. sir de cich. c. rh. aa. ℥ß.
⊕. 🜍 *iat. ol. rut. aneth. aa.* ℨiij. *M.*

Ab *infuso* per biduum hausto paroxysmus tamen quinque horas, quanquam dolore non adeo atrociter sæviente, emensus est. Sensim tamen postea dolor remisit.

* * *

Alvi pertinax adstrictio, cum urinæ suppressione.

VIr octogenarius iter sex milliarium emensus, *alvum* sentit *adstrictam* cum *urinæ retentione*. Altera nocte *tormina, genitaliumque & inguinis tumor*, quæ mala *cataplasmatis* mitigata. Tensum instar tympani abdomen. *Decoctum prunorum cum foliis sennæ* nihil effecit. Siccitas oris. Appetitus prostratus.

℞. *Cass. rec. extr. sir. de alth. Fern.*
ol. amygd. dulc. aa. ℥j.
pulv. Cornach. ℨß. ▽. *chamom.* ℥iß. *M.*

Hauriatur uno haustu. Elapsa hinc hora *clyster* e *solo lini oleo* injiciatur, &, hoc non operante, alius e *sola aqua fontana calida, in qua sal commune cum fuligine camini dissoluta*. Foris panni quadruplicati *oleo lini calido* humecti abdomini crebro imponantur. Sin alvus reclusa, ut eadem aperta servetur, singulis horis capiat quantitatem nucis dimidiæ juglandis de tali *Electuario*:

℞. *Elect. e psyll. lenitiv. Florenz. aa.* ℥j.

Oc. ♋. ppt. Crem. Tartari. aa. ʒj.
Sir. ros. sol. ℥ß. *M.*

Si tamen alvus nimium fluat, ab *electuario* cessandum. Quamvis igitur hac methodo pertinacissimis *alvi adstrictionibus* feliciter occurri posse sciam, in ætatis tantæ subjecto, quid medicamenta successerint, nescio. Nam intra octiduum mortuus est iste Seniculus, licet ignorem, utrum ante mortem, quod suspicor tamen, alvus reclusa fuerit.

* * *

Tremor Senilis.

Prænobilis, Clarissime, Excellentissime DN. DOCTOR!

D*Esiderio desideravi hic* Dillingæ *coram intueri Excell. Dominationem vestram, eique meam miseriam oretenus explicare, nimirum, quod in tantum incipiam* tremere *manibus, ut sæpius ante prandium, vix ac ne vix quidem lineam ullam ducere, aut verbum scribere valeam: Notabiliter vero post prandium id præstare possum. Accidit præterea etiam post prandium, si insperato terrefio, ista difficultas scribendi. Me deterret etiam a necessariis scribendis & annotandis. Sum porro aliis accidentibus subjectus, uti, s. h.* flatibus, catarrhis *frequentibus & vehementibus*, sacro igni, *vulgo*, dem Rothlauff. *Volui hæc graphice Excell. Dominationi vestræ, confitendi calamo, omni possibili submissione, consignare, unice rogans & obsecrans eam pro remedio, præsertim, pro primo. His raptissime &c.* Dillingæ 15. Maji, 1697.

F. N. Capucinus indignus.

Cibis flatulentis & potibus spirituosis abdicatis capiat mane & noctu, ʒß. it. interdiu, quoties *tremorem* nimium quatere sentit, cuspidem cultri, de *pulvere nervino*, ex nullo vehiculo, quia statim in ore liquescet:

℞. ♁ - ♁ *rectif. & nativ. Hung.*
aa. ℥ß.
pulverisata tere super marmore cum 🜄. *ceras. nigr. in pollinem instar alcohol. cum siccuerit, in mortario marmoreo denuo terendum: add. sacch. alb. itid. subtiliss. trit.* ℥ij, *denique ol. destillat. salv. angel. & l. sassafr. aa.* ℈j. *M. ut incorporentur omnia.*

Balsamo nervino nucha frequenter cum spinæ dorsi principio ungatur:

℞. *ol. nuc. mosch. expr.* ʒij.
succin. destill. ℈j.
lavend. rut. majoran. salv. aa. gtt. iiij.
bals. peruv. pingued. castor. aa. ℈j.
⊖ ✱ *ci depur.* ʒß. *M.*

Manus sæpe laventur *aqua salviæ.*

*** *Scir-*

* * *

Scirrhus Lienis.

JAm per totum triennium nec sanus mihi, nec ægrotus visus diem consumo. Ante tres annos *quartana febri* prehensus, per integrum annum cum eâ sum conflictatus. Ea etiam durante sub ultima sinistri lateris costa (*splenem*, ni fallor, existimo,) *tumorem & duritiem* sensi, sine dolore notabili: quam ad hodiernum usque sentire pergo, ea tamen cum differentia, quod dictus *tumor* & *durities*, in quantitate & qualitate mihi leviores videantur, quam in ipso *quartanæ febris* decursu. Quod mihi propemodum perfectæ sanitatis opinionem fecisset, nisi robur Naturæ me sane quam notanter derelinquere in muniis omnibus persentiscerem. Ventriculi tanta debilitas, ut bubulam ægerrime digerat: quem, ut mihi magis propitium servem, abstinere cogor a cibis olim in primis mihi habitis, *lactuca* scil. *caseo*, hujusque commatis pluribus. Peto Consilium. Ex convictu *Dillingano. d. 24. Maji*, 1697.

J. C. B. SS. Theol. & SS. Canon. Studiosus.

Responsio.

Malum videtur esse *Scirrhus lienis*, *febris quartanæ* diuturnæ frequenter pedissequus. Mane hora 6. n. XX. *pilularum Riverianarum* sumantur ex jure:

℞. aloës succot. sol. *gumm. ammoniac. acet. solut. per setac. traj. & iterum inspiss. aa.* ʒß.
Mercurii dulc. rit. par. ʒj.
cum. oxym. squillit. F. pil. pond. gr. iß.

Pomeridie tertia, noctuque ante somnum *gutt.* xv. 🜄. Tartari ex *vino*, vel *cervisia*. Foris *tumori* ac *duritiei emplastrum*:

℞. empl. de cicut.
cerat. de ammoniac. For. aa. ℥j.
ol. philos. q. s. ad malax. extent. super alut.

Diætæ studeat. Obstruentia fugiat. Acidis moderate utatur.

*

Dolor in mamma sinistra cum pluribus symptomatis.

VIrgo 31. annorum conqueritur de *dolore in mamma sinistra* jam per septennium durante. Nil oculis ibi patet, nil digitis sentitur. *Dolor* aliquando *catarrhalis* vehemens brachium sinistrum occupaverat, sic ut ejus ad negotia non fuerit usus: ab applicatis postea per Balneatorem *emplastris*, fugatus e brachio dolor, mammam occupavit, qui nonnunquam mitigatur, immo plane aboletur, mensium tempore recrudescit. *Cephalalgia* fere continua, cumprimis in lecto cubantem affligens. *Fluor albus*, sæpe per 3. septimanas, usque ad mensium tempus, (quod tribus utplur. septimanis circumscribitur,) perdurans. *Men-*

sis dolorifici, & prima die pallidi. *Infusum* ordinatum nullo cum successu. Bis per singulos annos, facile mobilis, *catharticum* sumit, post venam secat.

℞. *Extr. cathol. Mercurii dulc. aa.*
℈ij.
F. pil. 40. pro 2. dosibus.

Unam dosin mane statim sumat ex *jure calido*: quæ valide ægram exercuit: Postea mane & pomerid. p. ij. seq. *specierum* in *quartario sem. jur. carn. macri* ebullire sinat, colatura bibatur:

℞. *rad. levist. Jedoar. Angel. aa.* ℥j.
herb. rorismar. mj *sem. dauc.* ℥ß.
M. Conc cont. D.

Noctu cubitum itura 20. *guttas elix. uterin. Croll.* cum *cervisia* sumat. His medicamentis defuncta, quod *pilularum* est reliquum, deglutiat. Sit medicationi Diæta conveniens.

* * *

De Universalium præmissu.

Solemne est, in quorumlibet prope morborum curationibus, veterrimum antiquissimorum Medicorum, laudabili traditione ad nostra usque secula, de *Universalium præmissione* dogma, sic ut phrasis tritissima sit illa: *PRÆMISSIS UNIVERSALIBUS hæc vel ista medicamenta usurpanda* &c. Medicis autem *universalia* dicuntur, hoc sensu non *panacææ*, seu *Medicinæ universales*, sed ad curam alicujus morbi necessaria quasi præparamenta, κατ' ἐξοχὴν quidem utraque *purgantia* & *Venæsectio*, quibus adduntur *sudorifera*, rarius *diuretica*. *Universalia* dicuntur, quod universum corpus respiciant, & omnibus æque morbis, cæteris quidem paribus, conveniant, cum reliqua medicamenta certis quibusdam partibus, certo cuidam morbo, interdum modo specifico consecrentur. Nauseant ejusmodi *universalia*, qui *purgationem* & *Venæsectionem*, saluberrima medicationis efficacis ministeria, facinore impudentissimo, inter præsidia deleteria referre non verecundantur, *Pseudo-Helmontianos* dico, maleferiatos *Bontekoistas*, *Gehemistas*, (pæne dixeram *Gehennistas*.) istiusque farinæ sodales, qui absque *universalium præmissu*, nullos non, etiam desperatissimos morbos in libris, vel ad *nicotianæ* fistulam, aut *Theæ Caffeque* cacabum curant. Secus est visum sanioribus ad lectum, non ad librum, adeoque γνησίοις Practicis, qui salutarem nobilissimorum præsidiorum usum toto die comperiuntur, & unica salubri experientia, imaginarias mille ratiunculas elidunt. Nos hâc vice sola *purgantia* & *Venæsectionem* a stolido & malesano contemtu vindicare conabimur. *Purgantia* quod attinet, ac ea quidem primo, quæ per eandem viam redeunt, per quam erant ingressa, *Emetica* volo, ea quidem morborum complurium curationi prudenter & recte præmitti, quæ pone sequentur, evincent. Notum est, medicamenta quæque omnium primo ventriculum ingredi.

Notum

Notum itidem ventriculum se ad medicamenta non pure passive habere, veluti, si quis pecuniam in marsupium, aut aquam in ollam infundat, sed, (cum pleraque medicamenta non masticentur, atque adeo in ore adsumentis parum immutentur, quod in cibis fieri solet,) prima suæ mutationis rudimenta quælibet pharmaca in ventriculi publica culina subire, ibidem quasi actuari, ut felicior sit eorum effectus. Jam, sive medicamenta ventriculum ipsum respiciant, sive quoddam viscus aliud a morbo vitiatum, aut forte nudam humorum intemperiem, ventriculi autem parietes v.gr. pasta quadam acido-viscida sint incrustati, cujus generis ea, quæ propinantur, sint medicamenta, *fixa, volatilia, acida, urinosa, diaphoretica, diuretica, præcipitantia, absorbentia*, cujusque morbi aut visceris specifica, num quis arbitretur tam promte actura, num finem, propter quem erant ordinata, consecutura, ni prius acido-viscida saburra, ad minimum potiore sui parte, sit eliminata? Annon per modernos Anatomicorum scalpellos novimus, medicamentorum portionem haut levem a *venularum*, forte & *vasorum lymphaticorum*, ostiolis statim in ipsammet ventriculi tunicam mediam radicatis, sorberi, quod per subitaneas quandoque à confortantibus adsumtis, refectiones clarum evadit? qui sorbeantur promte perlitis ejusmodi visco ventriculi parietibus? Finge colum pro transcolando liquore, mucilagine picea intus obductum, quid quæso transcolabis? Jam, si illud ventriculi peristroma, si gastricus ille liquor, præter viscciditatem, sit nimium acidus, nonne medicamenta, utcumque etiam *alkalia*, (neque enim hæc immodico pondere ingerere licet,) potius in similem acorem convertentur, exemplo vini, aliusve liquoris, in doliolum, aut vas aliud vel aceti nonnihil continens, vel in quo tantum per temporis aliquod spatium acetum reconditum erat, infusi, qui mox iidem quoque in acetum convertuntur? Peccent igitur in universo corpore *cachectico, hypochondriaco, &c.* sanguis & lympha visciditate acida, præbeantur alkalia fixa juxta & volatilia, *spiritus cochleariæ*, ⊖ *volatile oleosum*, horum profecto virtus in stomacho talismodi pasta acida incrustato temerabitur ante & infringetur ad minimum, quam in sanguinis massam penetrarit. Nonne hic præstiterat per *emeticum* quoddam ventriculum ab ea saburra liberari, si non in totum, tamen in tantum? Κατωτερικὰ quod concernit, res adhuc longe clarius demonstrari potest, quo clarior est chyli a fæcibus alvinis secreti, per vasa lactea (fortasse & oscula venarum mesaraicarum,) transsumtio, per quam quoque viam, cum *purgantia*, tum alia quæque medicamenta, maxima sui parte in sanguineam massam derivantur. Sive igitur *purgantia* tantum sint *eccoprotica*, cuilibet tamen vanis præjudiciis non occæcato planissimum

mum existit, potiorem esse medicamenti operationem, meliorem itidem & puriorem in mesenterium & hinc sanguinis massam transitum, si primæ viæ per *eccoprotica* sint elotæ, quam si forte ventriculus & intestina viscido peristromate, fecibusve multis sint obducta & inquinata. Nam quis dubitet, medicamentum, quo purius sanguini & sero admiscetur, eo melius operaturum esse, quam si ab admixtione fecum aut virtus ejus infracta, aut textura immutata, aut facultas quocumque modo temerata sit? Si vero *purgatio* stricte sic dicta intenditur, necessum est medicamenti *purgantis* vim sanguini & humoribus infundi, ibidem fermentationem quandam cieri, sanguinis impuritates varias fecum ad instar in intestina præcipitari, & per alvum evacuari: annon depurato sic sanguine medicamenta pone secutura vim suam lætius & prosperiore cum successu exserere valeant, dum ipsa non tantum puriora minusque inquinata, viribus magis integris, affectæ parti vel humoribus advehuntur, & hæ vel hi ipsi per *purgantia* depurati ad recipiandam medicamenti vim melius aptantur? Quo puriores magis sunt spiritus aut salia heterogena, sibi invicem commixta, eo promtiorem esse mutuam eorum actionem & reactionem Chimici periti norunt: nam particulæ heterogeneæ quo se propius attingunt, eo facilius in semetipsas agunt, quippe particulis terrestribus, feculentis, nimium aqueis &c. non impeditæ vel implicatæ: v. gr. si confundas 🜍 Vitrioli cum ⊖ e Tartari oritur effervescentia instantanea, eo major, quo puriores & subtiliores sunt spiritus & sal, pugiles congredientes; contra in fermentatione cerevisiæ, cum liquor aqueus sit multus & feculentiæ terrestres non paucæ, lentissima fit pugna terrestriumque particularum secessus, quod heterogenea salia nimium sint implicata, nec amplexu tam libero gaudeant. Sic & quo magis per *purgationes* depurata est a feculentiis terrestribus massa sanguinea, quo purior etiam medicamentorum post *cathartica* exhibita accessus, eo promtior etiam & expedita magis operatio. Nec tamen hic effervescentiam in humano corpore a medicamentis excitandam indigitamus; simile saltem e chimia adducimus, ultra suum tertium non extendendum: Lis enim est sola, *Utrum non præstet ante medicamentorum aliorum adhibitionem, primas vias prius eluere & sanguineam massam defecare, quam intermissis hisce universalibus, illotis manibus, immo primis viis, ad acidulas, ad serum lactis, ad chalybem &c. properare?* Qui sunt emunctæ naris genuini Practici mecum consentient. Jam & de *Venæsectione* aliqua, cujus necessitatem contra *Helmontium* & novaturientes *Erasistrateos* dudum in *Curiosorum Ephemeridibus Append. ad Ann. VII. Dec. II. p. 72. seq.* evicimus, nunc de ea tantum acturi, quatenus medicationibus aliis, ceu universale remedium præ-

præmitti solet. Contingit igitur, sanguinem intra vasa lentius moveri, vel quod copia sola peccet, vel lentore, viscididate, spirituumque orbitate. Copia sola peccare posse sanguinem, adeoque *plethoram ad vires* dari ineptissimis argumentis *Helmontium* oppugnasse alibi, *loc. scil. citato* ostendimus: Ubi igitur est ejusmodi *plethora*, a nimia sanguinis copia, distenduntur arteriæ, per quam distensionem earum systole & diastole quadamtenus impediuntur, sic, ut arteriæ non tam promte in systole constringantur, atque in his pulsus est lentus & magnus, plus minus etiam durus: cum igitur ab ista systole & diastole arteriarum motus sanguinis circularis dependeat, impulsus vero minor hic sit, quam pro sanguinis isto motu pernicitate debita continuando, unde *lassitudo spontanea, torpor*, &c. & ni tempori succurras, *febres* aliique mali moris morbi, eo quod ob lentum sanguinis motum, ipse hactenus in se laudabilis humor, vitium denique capiat, quod minus, quam par est, agitetur, conquassetur, subtilisetur quasi. Promtissimum autem remedium est sanguinis per *Venasectionem* diminutio; sic enim arteriæ depletæ aliqua sui parte spatium ad expansionem & constrictionem sibi debitum adipiscuntur. Ita sæpe natura per spontaneas *hæmorrhagias* semet sublevare nititur; & revera sublevat. Exemplo sit mola aquatica, in qua certa aquæ proportio requiritur, quæ super molarem rotam delapsa hanc circumagere valeat; nam sicuti parcior aquæ quantitas isti circumagendæ non sufficit, ita nimia non minus rotæ circuitum sistit magis, quam promovet. Porro sanguis lentore peccans itidem tardius intra vasa movetur, quod *hypochondriacis, hystericis, cachecticis, hydropicis, mensium obstructione laborantibus* est usitatum. Hic ubi sanguinis quædam copia per *Venasectionem* detrahitur, quod reliquum est, majori quoque sic intra vasa spatio concesso statim liberius movetur, a motu liberiore & agitatione majore calor etiam magis suscitatur, sanguis in activitate sua exaltatur, spiritus fiunt subtiliores, omnia corporis humani munia felicius procedunt. Hinc in *mensium obstructione* diuturna Practici sagaciores *venæsectionem* prius in brachio commendant, quam ad saphænarum incisionem accedant, quia sanguis circa uterinas arterias collectus, ibi denique ob motum deficientem lentescens, per saphænarum incisionem deorsum tractus, ob ineptitudinem ad motum incuneatur magis, per brachialium vero, depletis superioribus venis reliquum sanguinis intra vasa promtius movetur, incalescit, attenuatur, spiritualscit, illumque, qui circa uterinas arterias collectus est, in consortium sui ob contiguitatem rapit; unde expeditus ab illis diverticulis per *emmenagoga* longe felicius propelli potest. Sic frequenter observavimus, aliquos conqueri, quod lassitudinem longe majorem in artu-

Das Brodt/ soll wol gesäuret/ und mit Kümmel gebacken seyn: ist auch besser von lauterm Dinckel/ als gemischter Frucht. Alles Geflügel-Fleisch / absonderlich der Wild-Vögel / nächst diesem aber / Rind- und Hammel-Fleisch ist gut / welches/ wo es gesotten wird / wol zu würtzen; gebraten aber ist es dienlicher; Das schleimichte Kalb- und Schweinen-Fleisch/ Füsse/ Kröß/ zahmes Gänß- und Enten-Fleisch/ und dergleichen/ wie auch alle weiche und ketschichte Fische / Aal / Schleihen / Karpffen/ sind zu meiden; die Bersche / Forellen / Hecht und Grundeln sind zuläßiger. Vielerley Garten-Kräuter sind ungesund / doch aber das Wurtzelwerck am besten zu geniessen; aber die Hülsen-Früchte / auch Erd-Schwämme / und was dem ähnlich/ zu meiden. Cucumern / Melonen/ allerley / so wol Stein- als Kern-Obst/ ist sicherer zu fliehen. Milch-Speisen taugen hieher nicht; gesottene

tene Eyer sind zuläſſig. Ein guter alter Wein iſt tauglich/ Waſſer und Bier aber auf die Seite zu ſetzen. Welches alles/ jedoch nun vom Uberfluſſe zu verſtehen.

Im Schlaffen und Wachen/ Leibs- und Gemüths-Bewegungen/ hat man gleicher maſſen die Mittel-Straſſe zu wandeln.

Der Höchſte GOTT aber gebe ſein gnädiges Gedeyhen zu bevorſtehender Cur/ und erfreue Ihro Gnaden mit vollkommener beſtändiger Geſundheit/ auch anderweit erwünſchter Succeſſion.

Crailsheim/ den 3. Maji, 1683.

Roſinus Lentilius.

Nota.

EFfectum hujus, ſcil. poſterioris, curæ, ſuo tempore, vidimus, & audivimus in cunis vagientem, ſpecioſum ſcil. ac ad ulteriora natum puſionem, adhuc viventem, in paternarum virtutum tramite alacriter incedentem: immo, quem & fraterculus poſtea ſecutus eſt. Quos utroſque *DEUS* in ſolatium Nobiliſſimæ matris viduæ, ſoſpitare dignetur!

* * *

De Mortoniana Pyretologia.

Judicium celeberrimi cujusdam Medici, cujus nomini certas ob cauſſas parcimus, ipſum autem Judicium, ceu eruditionis haut proletariæ majorem omni exceptione teſtem L. B. non invidemus.

NOtet velim B. L. Editionem *pyretologias Londini* 1692. impreſſum heic intelligi.

Vir Nobiliſſime &c.

PYretologiam R. Mortoni, quam cum debita gratiarum actione hic remitto, perlegi attente a capite ad calcem usque, atque admiratus ſum & Autoris, urinam præprimis diligenter examinantis, magnam ſolertiam in indaganda febrium quarumcunque natura, ac expiſcando vero harum omnium rhizotomo, & tuum limatiſſimum Judicium, de hoc ſcripto nuperrime mihi nonnihil adumbratum. Liceat tamen bona pace a vobis ambobus nonnihil diſſentire, & libere proferre, quod ſentiam, ſcilicet ſolius exercitii gratia, &, quo magis animadvertas, perlectum acceptumque mihi fuiſſe librum, abs te, in ſignum ſingularis favoris, mutuo datum. Non penitus diſplicent, quæ de *venenata natura* cauſſæ proximæ *febrium*, non ſolum *continuarum* & *continentium*, ſed & *intermittentium*, adeoque harum omnium affinitate quadam, Autor profert, ſaltem propter citiſſim ambarum propagationem per contagium, & quod altera

tera *febris* in alteram facillime commutetur, quodque iis in locis, paludosis videl. ubi *febres intermittentes endemiæ* sunt, *febres malignæ* facile fiant *epidemicæ*, & multo periculosiores, quam alibi. Verum nova hæc non sunt dogmata, quod ipse *Autor*, alias, *endemio forsan Anglis cunctis vitio*, nullos alios scriptores allegans, tacite confiteri videtur *p.* 129. citando *Hippocratem* pariter tantum non in omnibus morbis τὸ θεῖον accusantem. Caussam *febrium* per caliditatem, frigiditatem, vel aliam quamcunque manifestam qualitatem, vel acrimoniam fluidi vitalis explicari non posse, adeoque longe occultius quid subesse, jam ubivis fere in scholis Medicorum receptum est. Quando *M. Kergerus*, *Willisius* & Asseclæ fermentum heterogeneum hic accusant, omnemque *febrium* curationis cardinem in *præcipitantibus* ponunt, veterum methodum circa *universalium* præmittendorum usum susque deque habentes, non reapse, sed vocabulorum tantum lusu ab Auctore abscedunt, ut multos alios hic sicco pede prætereeam. Spiritus animales una cum sanguine in *febribus* affici, nullos dubito, propter intimam eorundem cum massa sanguinea commixtionem, quam Auctor p. 16. quoque agnoscit, proque postulato accipi petit; Verum, quod primario sub ebullitione *febrili* patiantur, & soli propemodum in curatione suspiciendi sint, gratis forsan dicitur. Quod vero *cortex peruvianus* sit unicum verum *febrium* quarumcumque antidotum, omnia alia medicamenta & innocuo usu, & juvandi certitudine, & laconico curandi modo longe post se reliquens, quod *Autor* in universo tractatu mordicus inculcat, id est, quod nullatenus mihi persuaderi potest. Infelicitatem hanc seculi nostri esse judico, quod peregrina & exotica adoremus, meliora rure domique negligentes excolentes. Quis est, qui sibi in animum inducat, *DEUM* ter optimum maximum potissimam mundi partem privasse medicamento, quod solum cito, tuto ac certo *febrem*, morbum omnium frequentissimum, & tantum non universalem, curaret, hocque demum circa annum 1649. (*v.p.* 119.) orbi terrarum innotuisse. Qua ratione innocuus usus demonstrari possit ejus medicamenti, quod non raro, teste *p.* 142. *vomitiones*, *alvi fluxus*, & *sudores nimios*, non critice, sed symptomatice excitet, quodque præsentaneum nocumentum (*p.* 170.) quibusdam attulisse visum fuerit, ea propter defunctis, aliis dijudicandum relinquo. *Pagina præcedente Auctor* aperte contestatum, *corticem* hunc in officinis venalem maxima ex parte effætum esse, putidum, spurium & adulteratum, ut eapropter anxius & tremulus eum semper præscribat, nisi (*p.* 168.) coram electum & probatum. Verum, cui Clinicorum amplam Praxin exercentium id concessum erit? Periculum istiusmodi subiit *Auctor p.* 260. cum in proprio corpore, medicinam facere cogeretur, penitus interim destitutus genuino hoc *cortice*. Exotica medicamenta omnia fatum hoc mangonii manere in aprico est, eoque magis, quo fa-

mige-

migeratiora eadem ſunt, & pretioſiora, & quo plures auri ſacra fame laborantium munus ſubire coguntur." Alibi, ſcil. p. 162. ſcribit, eum *corticem* ſolummodo ab *A. Chr.* 1649. *usque ad A.* 1663. genuinum ad nos allatum fuiſſe, nunc vero varie adulterari; quid hodierna die de hujus ab ultimis Antipodibus allati remedii genuina veritate ſperandum ſit, ex ejus uſu nunc per omnem orbem frequentiſſimo, & pretio, quo divenditur, indies magis magisque vileſcente, facile cuivis calculum ſubducenti patere poteſt." P. 171. in deſcribendo criterio hujus *hiera picra* vehementer titubat *Autor* noſter, & colori, ſaporique ejus non multum, magis vero, & tantum non unice, odori fidendum eſſe, trepidus aſſerit, qui tamen præ aliis objectis ſenſilibus facillime mangonizari poterit. Anne doſeos augmentatio (*Auctor* a ʒß. quæ olim ſufficiebat, ad ℥ij. iij. adſcendit,) in medicamento ſæpius effœto & putido, ſæpius quoque ſpurio, noxam omnem auferat, hic non multis disquiram, cum certum ſit, optimum medicamentum ob rancorem, ſitum, vel mangonium quodcunque, evadere peſſimum, immo deleterium: Non ſatis mirari licuit, quod *Autor* p. 111. & 267. mentionem faciat *pulveris florum chamomillæ cum* ⊖. *abſinth.* & ♉. *diaphor.* maritati, præſentaneam opem in *febribus chronicis*, ubi ſpem omnimode fallebat ſæpius & diu exhibita antidotus hæc Herculea, afferentis, & tamen addere non erubeſcat, ſe hujus medicamenti, ſuapte natura tutiſſimi, tantosque effectus præſtantis, periculum in pluribus non feciſſe, ne ſcil. in corio humano ludere videatur, evidenti indubie argumento, animum ipſius ſolummodo ad exotica propendere, contemtis omnibus inquilinis & domeſticis medicaminibus. Cæteroquin *Autori* facile defero, uſu potius & experientia, excogitanda eſſe medicamenta, quam ratione, eaque propter culpo chymicos, qui a priori, per quodcunque ratiocinium, recens excoctum aliquod medicamentum, naturæ metallicæ, corpori noſtro infenſæ, inani promiſſionum hiatu extollentes, ægris id propinare primum audent. Jamdudum quoque credidi, *alexipharmaca*, quod hypotheſis *Autoris* infert, generalia eſſe omnium *febrium* antidota, vel ſolis Medicaſtris id conteſtantibus, qui ſæpius ſatis cito, & in opprobrium Medicorum, hiſce internis & externis, v. gr. *veſicatoriis*, *ſuppedaneis*, *pericarpiis* &c. *febres intermittentes* curant. Horum autem *alexipharmacorum*, innocuorum & balſamicorum, etiam ſub noſtro ſole, & magis amico nobis climate pronaſcentium ſelectu nos abundare, ſenſum appello, & experientiam quotidianam, accedat ſolummodo frequentior eorundem, & potiſſimum magis diu, quod *Autor* tantopere in *gentiana peruviana* requirit, continuatus uſus. Nolo quidquam de ſtupenda & admirabili quorundam ex hac claſſe ſimplicium configuratione, v. gr. de *perforatione foliorum hyperici*, *radicis gentianæ mediæ abſciſſione radicis ſucciſæ*, &c. &c. quæ tamen excellentem eorum efficaciam

ciam nobis indigitare videntur, inferre, ne plane ineptire tibi videar, in doctrina *spirituum*, *Venenorum* & *alexipharmacorum*, captum meum Bœoticum procul dubio transcendentium, cum *Autor* ingeniosissimus hanc eandem doctrinam trium a se in tractatu propositorum singularium, sensus suos fugere & longe superare, adeoque plane inexplicabilem ipsi esse, *p.6.18. & 146.* & alibi passim ingenue cofiteatur. Abrumpo potius inconditæ epistolæ filum, teque cum tuis quam optime valere jubeo &c. *H.d.6.Octobr.* 1693.

J. B. M. D.

Responsio.

Vir Nobilissime &c.

PLane, quod ajunt, equum in planitiem provocasti, qui *Auctorem* a me tanti æstimatum, *Mortonum, mortis mortem, mordere* sustineas. Igitur, quod exercitii gratia fecisti, agedum exercitii gratia refellere conabor. Non enim ex animi sententia, sed ex joco te pleraque scripsisse, ni crederem, in consummatissimam eruditionem tuam nefando facinore peccarem. Nova non ais esse dogmata, quæ de *venenata natura caussæ proximæ febrium* omnium *Auctor* profert. Detur hoc. Atqui Auctor, ut simpliciter nova, non obtrudit, quod in præfatione ad Lectorem visitur, ubi suam hypothesin quadantenus novam, expressissima testrictione, vocat. Non igitur plane novum, quod quadantenus novum. Quadantenus autem novam esse hanc de *febrium* Ætiologia hypothesin, aut ipse fatearis, necesse est, aut, quisnam *Auctor* in hanc sententiam de *febribus* ante *Mortonum* scripserit, ostendas. Nec enim θεῖον *Hippocratis Mortonianam* hypothesin exhaurit, &, si exhauriret, nova tamen jure postliminii evadunt etiam veterrima, quæ per longam seculorum præscriptionem abrogata, in oblivionis mari sepulta jacuerunt. Caussam *febrium* per qualitates manifestas explicari satis non posse, licet *Kergerus*, *Willisius* & alii recentiorum non statuerint, alia tamen, quam *Mortonus*, ratione rem expedire conati sunt. Endemium *Anglorum* vitium in omissa aliorum *Auctorum* allegatione non agnosco. Sit forte *Sydenham*, sit etiam *Mortonus*, qui ab ejusmodi allegationibus abstinent; aliud tamen demonstrant *WILLISIUS*, qui *Gassendum*, *Gratarolum*, *Glissonium*, *Whartonum*, *Diemerbrockium*, *Riverium*, *Wepfferum*, *Cartesium*, *Schneiderum*, *Fallopium*, *Heerium*, *Matthiolum*, *Kircherum*, *Epiphanium Ferdinandum*, *Horstium*, *Highmorum*, *Pisonem*, *Velthusium*, *Sennertum*, *Wierum*, *Albertum*, *Ronsseum*, *Eugalenum*, *Reusnerum*, *Digbæum*, aliosque complures; *HARVEUS*, qui *Aristotelem*, *Galenum*, *Aquapendentem*, *Riolanum*, *Hofmannum*,

num, *Parisanum*, *Aldrovandum*, *Plinium*, *Bauhinum*; *HARRIS*, qui *Hippocratem*, *Galenum*, *Sylvium*, *Sydenhamium*, *Cratonem*; *COLE*, qui *Mundium*, *Borellum*, *Sylvium*, *Jones*, *Willisium*, *Malpighium*, *Entium*, *Glissonium*; *LEIGHIUS*, qui *Hippocratem*, *Mortonum*, *Benedictum*, *Willisium*, *Sylvium*, *Listerum*, *Helmontium*; *LISTERUS*, qui *Benedictum*, *Heurnium*, *Trallianum*, *Æginetam*, *Cœlium Aurelianum*, *Arctæum*, *Galenum*, *Dioscoridem*, *Scribonium Largum*, *Plinium*, *Willisium*, *Pechlinum*, *Schelhammerum*, *Mayernium &c.* ut plures taceam, allegant. Nec propterea magis reprehendendi veniunt hi *Auctores*, quod parcius allegent, quam antiquissimi Medicorum, ipse *Hippocrates*, *Arctæus*, *Ruffus Ephesius*, *Oribasius*, *Paulus Ægineta*, *Aëtius*, *Alex. Trallianus*, *Celsus* & alii, quorum scripta, si evolvas, æque parcas allegationes, immo parciores reperias. Plagium autem, si tales *Auctores* commiserint, eorumque, quorum e scriptis sua suffurati sunt, nomina subdole taceant, corniculæ adinstar Æsopicæ plumis alienis superbientes, eos quidem omnino culpandos æstimem, quod a *Mortono* quam longissime crimen abest. Præterea quis ille librorum decor existat, qui tot allegatis scatent, quot sunt muscarum in foro boario, cum maxime caletur diebus canicularibus, ut *Plauti* jocum meum faciam? Qui nil propemodum, nisi *Indices* compilant, aut *locos communes* consarcinant, e quorum libris, si phaleras peregrinas abstuleris, ipsi *Auctores* quovis *Leberide* nudiores maneant? Porro *Mortonus*, quando statim in præfatione *Wirdigium*, quando, te quoque advertente, *Hippocratem*, quando *Chiffletium*, *Plempium*, &c. suis locis allegat, an quis neminem allegasse impune profari audeat? Spirituum autem animalium esse intimam cum sanguinea massa commixtionem, paradoxon videretur, quod vitales potius cum sanguine uniantur, nisi *Mortonus* unos in tota corporis humani machina spiritus animales, agnosceret, quod, suo sensu, tolerari potest. Stricte enim dicti spiritus animales, sicut in ebullitione *febrili* primario pati minus recte dicuntur, ita quilibet videt, quia *Mortonus* generalius & laxius sumto spiritus animalis vocabulo, solum hunc in tota corporis machina agnoscit, & sic vitalem sub hujus simul schemate comprendit, eum non gratis dicere, quod de horum spirituum pathologia *febrili* dixit? *Corticem peruvianum* quod attinet, licet ipse cum *Mortono* non faciam, esse scilicet hunc unicum verum omnium *febrium* alexicacum, eo quod inumeras jamjam *febres intermittentes pulvere ex cortice Fraxini*, *radice gentianæ*, & ⊖. *absinthii* confecto, cito tutoque, licet minus jucunde, abegerim, condonandam tamen censeo Viro egregio sententiam, quod vel ipsi, vel omnibus *Anglorum Medicis* tum quidem temporis præsentius aliud & efficacius medicamentum non innotuerit. Nam quid omnia decantatissima

antifebrilia, quid *præcipitantia*, quid *testacea, salia, antimonialia* & sexcenta, e tribus regnis petita, quid, inquam, hæc omnia ad *peruvianum corticem* collata? Nonne tu, tantus practicus, ipse fateri cogeris, *chinam chinæ* præsentiorem effectum in abigendis *febribus* præstare, quam *specificum Crollii?* quænam igitur sunt ista *antifebrilia*, quæ palmam huic præripiunt, vel dubiam saltem faciant? Certe, pulvis *febrifugus* a me commendatus sapore longe pejor existit. Jam vero si hoc ipso anno reperiatur & præsentius, & tutius ac jucundius *alexipyreton*, non tamen culpandus erit *Mortonus* qui, ante hujus inventionem, *chinam chinæ* cunctis aliis prætulerit? Olim *guajacum lignum* solum creditum & prædicatum fuit *luis gallicæ* antidoron, nec id quidem male; nondum enim *ptyetismus Mercurialis* innotuerat. *Exoticomaniam* damno, sed neque *exoticudeniam* laudare possum. Deme nostris officinis *exotica, radicem Chinæ, contrayervæ, rhabarbari, squillæ*, deme *folia sennæ*, deme *santonicum, Cassiam, colocynthidem, dactylos, tamarindos*, deme tot *gummata & resinas, aloën, ammoniacum, camphoram, mastichen, galbanum, opium*, deme *guajacum, santala, sassafras, sarsam*, deme *caryophillos, piper, nucem moschatam, macin, zedoariam, Zingiber*, deme *ambram, moschum, zibetham, sperma ceti, terram catechu, bolum armenam*, deme *Coralia, margaritas, matrem perlarum, ebur*, deme quævis exotica, clavas scilicet Herculis deme, & inerme fatuumque olitorium relinquetur. *DEUM* T. O. M. potissimæ mundi parti non concessisse medicamentum, quod solum cito, tuto ac certo, frequentissimam morborum, *febrim* abigat, citra impietatem creditur; impium fuerit credere, plane nullum concessisse. Dantur etiam apud nos medicamenta, queis *febrem* propulsare queas, quis enim id neget? sed non æque præsentia, non æque efficacia *Mortono* vel nobis hucusque cognita fuerunt. Immo, possunt fortassis aliquando detegi nostris in oris, quæ *corticem* exsuperent: nondum enim est exhausta locupletis Naturæ penus. *Vomitum, alvi fluxum* & *sudores* profusos ab usu *corticis* aliquando accidant? quid tum? Certe saluberrimo pharmaco id ne minimum quidem derogarit; quippe, quod aliquando id tantum, adeoque raro fiat, a me certe nunquam observatum sit; & ejusmodi effectus anomalos cum aliis medicamentis communes habeat. Tutus est prudens *opiatorum* usus: interim ab his aliquando & *vomitus* & *alvi fluxus* observati. Sunt, quorum Natura per idiosyncrasiam *cinnamomum* non ferat, *crocum, camphoram*, alia. Symptomaticæ vocantur *Mortono* istæ evacuationes, non respectu tam pharmaci, quam constitutionis corporis illius, cui *cortex* propinatus fuit. Præsentaneum nocumentum *p.* 170. aliquibus attulisse dicitur *corticem*, at non legitimum, sed adulteratum, fucatum. Male autem fit Aromatariis omnibus, qui *corticem* effœtum, putidum, spurium, &c. venalem exponunt, & sunt criteria, quibus a fucato legitimus discerni queat: nec propterea formidandum aut plane rejiciendum utile pharmacon

putem:

putem: quid enim fiet de aliis quamplurimis simplicibus? Ante hos annos multæ tonnæ *oculorum cancri*, e *tabaci fistulis* factitiorum ex *Batavia Hamburgum* allatæ sunt: numquid propterea a polychresto *oculorum cancri* usu abstineamus? *P.* 162. *Autor* scribit, eum *corticem* solummodo ab *Ann.* 1649. *ad* 1663. genuinum ad nos allatum fuisse; interim non negat, etiam hodie genuinum asportari, sed cum genuino adulteratum quoque & fucatum. Nec bene argumentaris: *Corticis* usus est hodie frequentissimus, & pretium indies vilescit, ergo de ejus genuina veritate desperandum; Nam, quid sentiendum de aliis aromatis, *pipere*, *nuce moschata*, *cinnamomo*, quorum annona primis navigationum *Indicarum* annis fuit longe carior, quam hodie, cum tamen eorum vis absque comparatione major per totum *Europæ* tractum consumatur, siquidem hodie aratores & bubulci carnes ac offas fastidire cœperunt, nisi aromate sint probe delibutæ. Id solum efficitur, nempe, quia merx illa suos tot emtores invenit, eam in loco natali majore copia, quam olim, plantari & coli, adeoque pretio magis æquo venire. *P.* 171. *Auctor* se odori, magis, quam sapori aut visui credere ait, interim non plane hos sensus rejicit, iisque tam parum, atque tu scribis, tribuit. Quis autem tibi credat, præ aliis objectis sensilibus odorem facillime mangonizari posse? Certe potius ego crediderim omnium primo fucum odore detegi, in istis simplicibus, quorum criterion in odore specifico primarium collocatur. Color potius est, qui fucum omnium facillime patitur; non odor, quem sic imitari, ut genuinum subjecti sui odorem referat, id vero est summæ artis, nec ingenii callosi opus. Circa doseos augmentationem id observandum censeo, quod nempe distinguendum sit inter *corticem* effetum, & inter *corticem* putidum aut plane spurium: in his ultimis enim, uti certum est, dosin auctam nocere potius, ita de effeto idem dici non potest, qui toto die in praxi experimur, vetustius v. gr. *rhabarbarum*, aut hujus commatis alia, in majore dosi præscripta, sine ulla noxa æque benigne purgare, atque recentius in minore dosi præscriptum. De *pulvere florum chamomillæ* quod judicas, *Mortonum* non tam propterea ejus in pluribus periculum non fecisse, ne scil in corio humano ludere videretur, quam ut ostenderet, se, contemtis omnibus inquilinis & domesticis ad exotica solummodo propendere, aut plane cœcutio, aut evidentiam argumenti satis assequi non valeo. Id enim innuere mihi videtur *Mortonus*, tutiori via Medicum incedere, si medicamentum innumeris usibus comprobatum, tametsi exoticum, suis ægris præberet, quam inquilinum aliud, cujus efficacia & certitudo juvandi tot experimentis se nondum commendarit: Multa enim medicamenta suapte natura tutissima apparent, quæ, si in usum duxeris, violenta satis existunt. Exemplo sit *succus betæ*, innoxiæ alias & esculentæ plantæ. Reliqua,

qua, quæ addis, uti sunt in se verissima, ita *Mortonum* non mordent: propterea nil quidquam addo, quam, ut palinodiam, & restitutionem in integrum pro innocentissimo *Mortono* a Te summo jure postulem, quod, ni mature, ea, qua par est, animi submissione, feceris, litem, tibi indictam scito, qui dicam ex *lege Diffamari* in Dicasterio *Minois* & *Rhadamanti* scribere decrevi. Sed satis nugarum. Tu potius vale, &, quod facis, ama Tuum

Lentilium.

* * *

Spasmus Flatulentus.

ILlustrissimus quidam Baro, 58. annorum, de subitanea quadam cum surarum tumbrachiorum *Spasmodica* & summe dolorifica contractione, subito etiam dissipabili, querebatur; cutis eo loci in tumorem digitis renitentem elata; tumor etiam pressui manus de loco in locum cedebat. Ructus multi & flatus dolorem solvebant. Videbatur esse *spasmus flatulentus.* Profuere sequentia *d.* 13. *Aug.* 1696. ordinata:

℞. *Ol. rut. destill.* ℈j. *carv. anis.* *aa.* ℈ß.
facch. finiss. ℥ij.
fantal. r. subtiliss. ♀is. ♁. ♉ij. *aa.* ʒi.
cort. ☉*ant.* ♀is. ℈ij.
confect. alk. c. quantum formula capit.

M. sumatur hujus pollinis mane & noctu circ. ʒß. absque vehiculo, quod statim in ore liquescat.

Partes autem dolentes mixtura sequenti calide statim perfricentur, quoties opus videbitur:

℞. *Ciner. clavellat.* ℥iij.
pulverisatis affund.
aq. fl. paralys. carv. fœnic. aa. ℔j.
solve, & solutioni injice.
⊖ ✱ *ci depurat. & in* ♀ *em comminuti* ℥iß.

solve vitro prope clauso, solutionem filtra & in vitro probe munito, serva, nodulo insuper suspenso in liquorem, ex castor. opt. ʒj. *theriac. ven.* ℥ij.

Præstat etiam hæc mixtura in doloribus *rheumaticis* & *arthriticis*, cute prius pannis *mastiche* & *succino* fumigatis perfricta ad rubedinem, ut pori aperiantur. Sic enim mixtura cutim insensibiliter fere subit & penetrat, atque sic atrocissimi dolores haut raro feliciter tolluntur, & præsentius, quam litibus istis *oleosis, viscidis, emplasticis.*

* * *

Epilepsia Hysterica.

VIrgo Illustris 26. annorum a semestri cœpit subito torvum videre, hinc digitis quasi ludere, cætera immobilis, & nullius rei gnara, paroxysmo subito etiam transeunte. Menses non rite habent. Est intemperantissima. Metuit majora mala. Dato *caduci* prognostico, imperata meliori

liori diæta, sequentia scripsi d. 8. Octobris, 1695.

℞. *Extr. cathol. Mercurii dulc. aa.* ℈j.
F. pil. xx. pro dosi matutina.

Sumantur postea quinque *pilulæ* mane septima & pomeridie tertia ex *Dec. cochlear. & trifol. fibrin.* imperato motu:

℞. *Limat.* ♂. *finiss.* ʒß.
diaphor. ♂*al. & jovial. aa.* ʒij.
cran. hum. phil. calc. ʒj.
♁ *nativ. &* ♁ *aa.* ʒß.
⊖. *succin. vol.* ℈j. *F. pil. CCC.*
consp. ♀. ♁. *diaph. D.*

Noctu, quum itur dormitum, sumat extra paroxysmum sequentis *mixturæ* gtt. xxv. & in paroxysmo, quovis tempore gtt. xxx. ex ordinario potu:

℞. *Elix. uterin. Croll.* ʒiij.
∽. *fulig.* ʒiß. *Tinctura croc.* ℈j. *M.*

Potum ordinarium, cumque solitarium, absolvat tale *Decoctum:*

℞. *Rad. Chin. ponderos.* ℥ij.
bardan. sarsapar. opt. aa ℥j.
sem. fœnic. ℥ß. *passal. min.* ℥ij.
Coq. in mens. iiij. ▽. *font. ad consumt. mens.* j.

In paroxysmo nares, vertex & tempora inungantur ejusmodi *balsamo:*

℞. *Bals. rut. majoran. aa.* ʒj.
de copaib. ʒij.
axung. castor. ʒiiß. *ol. meliss.* ℈j. *M.*

Pilulis e *Mercurio dulci* & *catholico extracto* per totum annum triduo ante vel post plenilunium utatur. Diætæ sit observantissima. Littus aravimus. Impotens diætæ misera vesano impetu ad *acetaria, lactucas, horæos fructus,* & nescio, quæ non inconcinna cum ferretur, adeo malum increvit, ut paroxysmi tum longiores, tum truculenti magis & vere attoniti, de die sæpe recurrentes, eam conclavi, ceu carceri, mancipaxint.

* * *

Ἀπροσδιόνυσα.

BAroni cuidam, a *lue Neapolitana,* quarum olim conflictatus miserrime fuerat, emaciato, necdum plane immuni, quippe *rheumaticis* artuum doloribus, hujusce *luis* reliquiis, torto, nil minus, quam *apoplectico*, transiens forte fortuna Medicus, pretiosissima, quod signatura indicavit, pharmaca scribebat:

℞. *Spec. contr. apoplex. compl. diambr. diamosch. d. diagalang. aa.* ℈j.
diair. simp. diatrag. frig. aa. ʒß.
succin. a. ppt. gr. xv.
conf. alk. compl. ℈ij. ⊖. *anth. gr.* vj.
Chocol. Hispan. ver. ℈iiij.
Essent. citr. acid. sicc. man. Chr. perl. aa. q. s.
in ▽. *epil. Lang. & fl. thil. dissolv. add.*
ol. nuc. mosch. expr. ℈ß. *anis. fœnic. aa. gtt.* iij.
F. l. a. Confect. in Rotulis. S.

Haupt- Hertz- und Magen-stärckende Zeltlein.

Quid

Quid ille *Specierum aromaticarum* cento? quid *species diatragacanthæ frigidæ* ad species reliquas calidissimas? An temperandi fine? at reliqua ingredientia omnia & quantitate molis & qualitate calidæ virtutis *diatragacanthæ* refrigerium in tantum exsuperant, ut, si quis unciam spiritus vini gutta aquæ fontanæ temperare sustineret. Nil vero magis ridiculum, quam *sal anthos*. Patientis denique complexioni tota compositio e diametro contraria, quippe qui vel a sumto per cochlearia generoso *vino* lædatur.

℞. *Aq. Anhalt.* ℥j.
lavend. ceras. nigr. aa. ℥ß.
bals. Ind. nigr. ℈ij.
Ol. salv. majoran. anth. succin. aa. destill. gtt. vij.
M. D. ad vitr. S.

Sonderbare Haupt-stärckend- und Fluß-verzehrende Mixtur, für äusserlich.

Hæc mixtura suo loco locum habere potest, quippe satis penetrans & valida.

℞. *Essent. menth. crisp.* ʒij.
Elix. cort. aurant. ʒiß. *& Vitrioli Myns.* ʒj.
vit. Matthiol. ʒiiß.
Tinctura succin. ʒj. *ther. cœl. gr.* iiij.
ambr. grys. gr. iij. *bals. Ind. nigr.* ℈ß.
arcan. duplic. Myns. gr. v.
elæosacch. mac. anis. aa. ℈j.
M. dilig. ad vitr. S.

Köstliche Haupt- Hertz- und Magen-stärckende Essenz.

Ejusdem uxori continuis *phlogosibus scorbuticis* vexatæ, cujus affectus *scorbuticus* erat ejus generis, quem *Charleton* vocare consuevit *rancidum*, ubi sanguis multo ⊖ *e volatili oleoso* abundat, & *bilis acris volatilis* exorbitat, quæ a calidis quibuscumque vehementer itid. læditur, sequentia ordinavit:

℞. *Aq. epil. Lang. physogon. panac. Heracl. aa.* ℥ß. *menth. crisp.* ʒiiß.
succin. alb. ppt. rubin. ppt.
Ocul. ♋. *ppt. lap. laz. ppt. Off. de cord. C. aa. gr.* xv.
Elix. Vitrioli Myns. ʒj. *& cort. citr.* ʒiß.
Elæosacch. mac. anis. fœnic. aa. ℈j.
Tinctura ♂. *aperit. gtt.* xvj. *M. dilig. ad vitr. S.*

Sonderbahre vermischte Haupt- Hertz- Magen- und Mutter- (cur non etiam Lungen- Leber- Miltz- und Nieren-) stärckende Mixtur.

Tinctura ♂. *aperitiva* sine dubio punctum hic omne fert.

℞. *Ther. cœl. bals. aloët. rosat. aa. gr.* v.
extr. marocost. ℈j. *& lign. al. gr.* v.
M Pil. de succin. Crat. & angel. August. aa gr. xv.
⊖ *succin. vol. gr.* vij.
troch. alhand. diagryd. Sulph. aa. gr. vij.
c. Elix. propr. P. Massa, & cum ♉. *mac. pil.*

medio-

mediocres: insp. spec. diagalang. ad scat. s.

Haupt- und Magen-reinende Piluln.

℞. *spec. diagalang.* ℈ij.
dianth. lætific. Gal.
diarrhod. Abb. diatr. sant. *aa.* ℈j.
magist. hepat. rubr. rubin. ppt.
oss. de cord. C. lap. laz. ppt. ~⊖. *coag. aa. gr.* xv.
arcan. dupl. Mynf. ℈ß.
Elæosacch. mac. fœnic. anis.
cort. aurant. aa. ℈j. *bals. Ind. nigr.* ℈ß.
tunic. inter. ventric. gallin. gr. xv.
Essent. citr. acid. sicc. man. Chr. perlat. aa. ʒvj.
M. F. omnium subtiliss. & opt. pulverisatio. D. ad scat. s.

Sonderbahres vermischtes Haupt-Magen-Leber- und Miltz-stärckendes Pulver.

℞. *bals. Ind. nigr.* ℈j.
aq. epil. Lang. hirund. aa. ℥ß.
lavend. majoran. rut. aa. ℥j.
pulv. rad. ir. flor. ʒß.
ol. rut. destill. facch. cant. a. aa. ℈j.
M. dilig. ad vitr. s.

Vermischtes Haupt-stärckendes Schnupff-Wasser.

Virgini Nobili Hemicrania laboranti:

℞. *Sir. de pæon. Stœchad. aa.* ℥ß.
cich. c. rh. diaser. aa. ℥j.
♀ *rad. gial.* ℈iiij. *Tinctura succin.* ℈j.
⊖. *meliss. gr.* xij.
Elæosacch. anis. fœnic. aa. ℈j.
M. invic. ad fictil. s.

Haupt- Magen- und Mutter reinende Mixtur.

℞. *Oliban. sel. in gran. M*^P *il. de cynogl. aa.* ℈ß.
laud. op. corr. gr. ij.
ol. carv. destill. succin. aa. gtt. iiij.
cum sir. de papav. F. pil. n. xxv.
inaur. s.

Fluß-Pilulen / davon / so offt man schlaffen gehet / 3. oder 5. einzunehmen.

℞. *Op. corr. gr.* vj. *ol. Nuc. mosch. expr.* ʒj.
extr. croc. gr. v.
ol. caryoph. rut. succin. aa. gtt. v.
M. dilig. & ad pyxid. s.

Schmertzen- und Fluß-Balsam.

O felices Pharmacopœos, quibus tam liberales Medici obtigere! quos nec imitari possim nec velim, ita sunt exquisita, & e terreis, stanneis, vitreisve pyxidibus omnia conquisita.

*
* *

Accessus febrilis in herba suffocatus.

UXor mea jam tribus vesperis *horrore* quasi *febrili* concutitur, qui per totam noctem durare solet, adeo, ut si forte surgit e lecto, præ frigore dentibus strideat, & corpore toto contremiscat. Dolor in regione ossis sa-

cri, & ad inguen dextrum, *borborygmi appetitus prostratus*, *lassitudo artuum*. Hodie per totum diem in lecto decumbere coacta fuit: nocte præterita *vomitibus* tentata fuit, insequente *capitis* & *stomachi dolore* cum *siti*. Urina rubra cum sedimento lateritio, d. 21. Maji, 1697. ordinavi sequentia:

℞. *Oc. ♋. ppt.* ♉. *diaph. CC. phil.* *aa.* ʒj.
☿. *anodyn.* ʒj. ⊖. *succin. vol.* *gr.* xij. *M. F. 6.* ☿ *es.*

Capiatur unus mane ex *jure calido*, expectato hinc largo sudore, alter pomeridie tertia, nec ad sudorem componatur.

Noctu gtt. xxv. sumantur de seq. *mixtura* ex jure:

℞. ⊖. *vol. oleos.* ʒij. *essent. anod.* ʒß. *M.*

Utatur foris *balsamo meo stomachico*. Applicetur *clyster* domesticus. Hæc medicamenta profuerunt.

* * *

Debilitas pedum scorbutica.

ILlustriss. quidam Baro 68. annorum, multorum liberorum Pater, temperamenti phlegmatico-melancholici, *hypochondriacus*, *scorbuticus*, vitam sedentariam colens, diætam pessime observans, mane spiritum vini immodice bibens, jam ab aliquot annis de *somnolentia*, *perpetuis oscitationibus* & *pandiculationibus*, & a semestri de *pedum debilitate* conqueritur. Nunc a biduo fere non potest amplius incedere, aut gressum promovere: appetitus est integer, pedum nec tumor, nec tabes, nec dolor. Pronunciavi esse *scorbuticum* symptoma, in ætate tanta, & consuetis diætæ erroribus vix superabile, præcipue, ni digitus intendatur ad *scorbutum*. Cum vero, nil nisi pedum aliquale robur peteret, difficilis ad omnia medicamenta, & morosus, ordinavi *infusum*, cujus mane & pomeridie *quartarium dimidium calide* biberet:

℞. *Rad. angel. levist. Zedoar. aa.* ʒiij.
pæon. mar. ℥ß.
herb. majoran. nob. salv. rorismar. chamædr. paralys. cum tot. *aa.* mß.
fl. anth. stæch. arab. aa. p. ij.
sem. levist. anis. aa. ʒiij.
cort. aurant. ʒij. *cass. lign.* ʒiij.
mac. ʒj. *croc.* ℈j. *M. Conc. cont. D.*

Noctu cubitum iturus xxv. *guttas mixturæ nervinæ* ex vino adsumat:

℞. 🜄. *CC.* ʒij. *lil. convall.* ʒiij. *M.*

Utatur mane & noctu *pediluvio*:

℞. *Fl. chamom.* miij. *summit. artemis.* *r.* mij.
fol. salv. majoran. rorism. beton. *aa.* mj.
fl. lavend. anth. aa. mß.
bacc. junip. mij. *Coq. ex livivio cum* ▽. *profluente facto.*

Post *pediluvium*, cum pori adhuc sunt aperti frictio adhibeatur calida:

℞. 🜍. *comm.* ℔j. *bacc. junip. contus.* mß.

stent per 6. horas, calore leni, post cola & exprime;
add. ∾. *lumbric.* ♁*str.* ℥j. &
⊖ ✱*ci* ℥ij.
ol. CC. succin. aa. ℥j. *M.*

Ordinata ista *d.* 5. *April.* 1697. pedibus robur insigne addiderunt. Suasi hinc, ut *acidas Göppingenses* biberet, ac *Bollenses balneas* simul usurparet, vel, si has nollet, medicatas alias. Cum vero sit ad medicationes difficillimus, sic commode satis sibi vivat, ingerat, digerat, egerat, dormiat, sua sorte contentus, horum nihil admisit.

* * *

Principium luis curatum.

Nobilis 30. annorum, illicitæ veneri nimium indulgens, *d.* 13. *Aug.* 1696. conqueritur de *capitis dolore, artuum rosione*, sub noctem se exacerbante, *ardore urinæ*, & *seminis* quasi, cum dolore, una cum urina *profusione*. Confitetur, se vagis libidinibus, detestando seculi more, deditum. Quod igitur *virulentam gnorrhœam*, & *luis fœda principia* agnoscerem, talia medicamenta ordinavi:

℞. *Mercurii dulc. rit. par. extr. helleb. n. aa.* ℥j.
F. pil. 60. *pro* 3. *dosibus.*

Sumatur una dosis mane, ex *jure calido*, cum regimine. Postea *pilularum* sequentium mane & pomeridie *decem* ex quovis vehiculo:

℞. *Extr. fumar.* ♄ ♉ ij.
flor. ⊖ ✱*ci* ⊖. *succin. vol. aa.* ℥ij.
F. pil. CXX. c. Ess. lign. sassafr.

Noctu cubitum iturus XXX. *guttas essentiæ lignorum* ex vino sumat. Cum 60. *pilulæ*, intra 3. dies deglutitæ fuerunt, quarto post die 20. iterum de *pilulis Mercurialibus purgantibus* hauriat; hinc reliquis 60. *pilulis* utatur, & ultimis XX. *pilulis Mercurialibus* curam absolvat; diæta rigide observata.

D. 24. *Sept.* scribit medicamenta sibi multum profuisse, *cephalaam* & *artuum dolorem* sensibiliter remisisse, neque tantum *seminis profluvium, urinæq; ardorem* superesse. Ordinavi *pilulas* sequentes:

℞. *Extr. cathol. Mercurii dulc. rit. par. aa.* ℈j.
F. pil. XXV. *pro una dosi.*

Mane & pomeridie ʒß. de *pulvere* sequenti ex vehiculo quolibet:

℞. ♄. ♉. ij. *fl.* ⊖ ✱*ci.*
⊖. *succin. vol. aa.* ℥ij.
tereb. cypr. cort. ♀ *ſ.* ℥iij. *M.*

Cum *essentia lignorum* pergat. His, cum institisset, perfecte convaluit.

* * *

Colica flatulenta & Biliosa.

Illustriss. quidam Baro 57. annorum ab usu immoderatiore *cerevisiæ*, quam fascam appellant, incidit in *colicam flatulentam* & *biliosam*, cum *alvi obstructione, ructibus, rosione circa umbilicum, &c.* Ab Excell. *D. D. Stieglero* ordinata *mixtura anticolica* cochleatim sumenda, cum *clystere* appropriato & externis aliis, quibus non citra emolumen-

 tum

tum usus est. Cum tamen & meo, Medici ordinarii, consilio vivere decrevisset, *d.* 28. *Martii* 1697. ordinavi sequentia:

℞. *Aq. menth. fœnic. chamom. aa.* ℥j.
ess. carminat. Tinctura aurant. aa. ℥j.
ol. mac. gtt. iiij. *laud. op. gr.* ij.
Sir. menth. papav. err. aa. ʒiij. *M.*

Cochleatim pro re nata hauriatur. Mane cusp. 3. cultri de tali *pulvere*, cum *jure calido* adsumat:

℞. *Spec. diacret. Mynſ.* ʒij. ▽. *ſigill. opt.* ℈ij.
aur. fulmin. ℈ß. *ol. aniſ. gtt.* iiij. *M.*

Abdomen frequenter calide inungatur sequenti *linimento:*

℞. *Ungu. alth.* ʒvj.
ol. chamom. hyoſcyam. expr. aa. ʒiij.
♉. *diaph.* ʒiß.
ol. nucist. expr. ℈ij. *carv. destill.* ℈ß. *M.*

Elapsis aliquot diebus, sic ad me *Excell. D. D. Stieglerus, Archiater Palatinus & Physicus Höchstadiensis*, Fautor meus:

Nobilis, Excell. &c.

HIs paucis Excellentiæ vestræ notificare volui, quod Illustrissimus Dn. Baro his tribus elapsis diebus, sumto quotidie mane præscripto *pulvere*, & ante cubitum *mixtura anticolica*, optime se habeat; *Pulvis* vespere semper duas facit sedes, & quidem naturales, quas comitat magna copia flatuum. De dolore, lancinatione, & rosione abdominis nihil amplius conqueritur, propterea etiam hactenus quietas habuit noctes, nec ullum amplius sentit ructum, est etiam appetitus utcumque bonus, & urina s. v. cum laudabili sedimento: His ita constitutis de aliis medicamentis nil applicavi; (NB. ordinaveram, si dolores nimium atrociter furerent, ut *oleum amygdalarum dulcium cum Sir. papav.* & hoc non juvante, *philonium Romanum* præberent,) quia hæc optatum effectum dederunt. Quid autum ulterius faciendum, an *pulvere* hoc, & *mixtura anticolica* pergendum, (quod me judicante, propter tam bonam operationem, non inutile foret,) prudentissimo Exc. V. judicio me submitto, ulteriorique favori me commendans maneo, &c.

Jussi igitur, ut denuo *mixtura* pararetur, sed absque *laudano*: missus etiam iterato *pulvis*, sed absque *ceraunochryſo*, in *colica flatulenta* laudatissimo medicamento: quod tamen ejusmodi dolores facile incrudescere soleant, *aurum fulminans* per se missi, urgente necessitate *pulveri* admiscendum: quod idem cum *opiato laudano* fieri volebam; sed utroque per DEI gratiam opus non fuit.

* * Dn.

* * *

Deliquium apoplecticum.

Nobil. & Excell.

DE Casu, qui præterito die martis, vigesimo sc. octavo hujus mensis Maji, st.n. cum prænobili Dn. Quæstore nostro *Wenzel*, contigit, ex instanti prædicti Domini desiderio, & magna confidentia, ad Excell. V. scribere volui. Nominatus Dominus, cum pridie horrorem & lassitudinem totius sentiret, ex metu, ne pristinus, de quo jam erga Excell. V. conquestus est, rediret morbus, quem ego, (salvo tamen meliori Judicio,) pro *arthritide vaga scorbutica* habeo, sumsit de usitata sua *tinctura* ad diaphoresin promovendam, in sat magna, ex propria relatione, quantitate, ex persuasione, sumta hac semper melius se habere. Ipsum etiam hac vice non frustravit: erupto enim per totum corpus sudore, bene se habuit. Sequenti, uti superius scripsi, die martis, postquam templum frequentasset, prandium cum bono appetitu sumsit. Circa horam secundam pomeridianam ædes perillustris Dn. Præfecti nostri *Baronis de Ungelter* petiit, ibi, cum cum prædicto perillustri Domino in cubiculo circumiret, subito sentiit dolorem in posteriori capitis parte; quem sequebatur *vertigo tenebrosa*, ut ita coactus fuerit mensam appetere; vix autem illam tangebat, corruit paulisper exanimis in terram; omnia autem, ut refert, audivit, sed nec vidit, neque ullum membrum movere potuit. Perillustris Dominus, cum solus apud ipsum erat, vociferans perillustrem Dominam suam conjugem, ipsum aspersa & in os infusa *aqua apoplectica* exsuscitarunt, & me quoque vocarunt: Ego, cum advenirem, inveni ipsum totum debilem, & per totum corpus sudore frigido superfusum, & de *magno ventriculi dolore* conquerentem, quem sequebatur ingens *vomitus*, cum aliquali levamine. Duxi ipsum domum, &, cum adhuc dolorem capitis obtusum sentiret, dedi ipsi ad confortandum caput, potiunculam ex *aq. ceras. nigr. cum sir. de pæon. elix. vit. Matthiol. & aliquot granis ambr. grys.* Post horam corripuit ipsum sudor, quo peracto in omni melius se habuit, cum appetitu cœnavit, & quiete dormivit, præteritam autem noctem inquete transegit, & nunc de lassitudine & debilitate capitis, quasi ebrius esset, conqueritur. Quale hoc sit accidens, quod ego levi *apoplexiæ* non absimile nuncupare volui, & qualis methodus deinceps instituenda, ex flagranti sæpius memorati Dn. Quæstoris desiderio, petitur prudentissimum Excell. V. Consilium.

Höchstadii, d. 30. Maji, 1697.

J. G. Stiegler, D.

Ipse Dn. Patiens sequentia addidit: Hiemit auch nicht verhalte / daß ich

 auf

auf dem Rucken/ über das Creutz/einen so continuirlichen grossen Schmertzen entpfinde/ wie auch den Durst continuirlichen klage. Ich bin noch gantz dusem in dem Kopff/ und/ so bald ich ein wenig starck rede/ oder arbeite/ so entpfinde gleich den Schwindel/ und dolorem verticis &c.

Responsio.

NOn adfuit in Dn. Patientis brachio *arthritis vaga*, sed *rheumatismus*; quod dolor non fuerit in articulis; sed carne musculosa. Ultimum accidens vere *deliquium apoplecticum* fuit. Metus adest recidivæ, & *apoplexiæ serosæ*.

(1. *Clyster* talis injiciendus, & pro renata iterandus:

℞. *Rad. polypod. valerian. aa.* ʒß.
herb. beton. salv.
fumarii. origan. flor. chamom. aa. m ß.
sem. rut. ʒij. *fol. senn.* ʒß.
colocynth. ℈ß.
Coq. in s. q. aq. font. Colat. ℔j. *add.*
hier. picr. ʒiß. *vitell. ov.* n. j.
mell. anthos. butyr. rec. aa. ℥j. *M.*

(2. *Vesicatorium* nuchæ inuratur, per octiduum apertum servandum, quod fieri potest deligatione cum *empl. de sperm. ranar.* cui admixta pars quarta *empl. vesicatorii.*

(3. *Fonticulus* alteri brachio sine mora infigatur.

(4. Mane jejunus masticet granum selectum *mastiches* puræ, quamdiu sputum masticando prolici potest.

(5. De *panacæa* ☉ri gr. xij. absoluta *masticatione* adsumat, quam *panacæam* pyxidulæ inclusam, una cum *balsamo cephalico*, continuo secum gestet, ac ubivis locorum, ubi quid mali suspicatur, aut ex *vertigine*, aut alio accidente, cuspidem cultri illico adsumat; & *balsamo* loca debita inungat.

(6. Noctu sumantur xxx. *guttæ mixturæ*, ex *cochl. aq. ceras. nigr.*

℞. *Tinctur. succin.* ʒj. & *castor.* ℈ß.
essent. lign. ℈ß. & *ambr. Minder.*
⊖. *vol. oleos. aa.* ʒij. *M.*

(7. Vertex delibuatur *balsamo cephalico* nostræ descriptionis.

(8. Gestetur *Cucupha.*

℞. *Rad.*

℞. *Rad. caryophillat. irid. flor. aa.* ℥j.
fol. beton. vinc. pervinc. fl. rof. r.
summit. majoran. serpill. aa. ℨß.
thur. mascul. mastich. el. tacamah.
benz. sang. Drac. ver. sem. acetos. aa. ℈j.
F. ♀. *grossus.*

(9. *Potus* ordinarius ad 14. dies, si placet, cum vino miscendus:
℞. *Ras. lign. sassafr. passul. min. aa.* ℥ß.
rad. chin. ℥ij. *sem. fœnic.* ℥j.
M. pro mens. ij. *aq. font.*

Victus sit ad siccitatem comparatus. Abstineat ab *acidulis Egranis*, quas potare decreverat. *DEUS* annuit, ut hactenus bene vivat, non nisi levissimam, atque id quidem raro, *vertiginem* sentiens.

* * *

De Varis.

Hoch-Wol-Edler / etc.

Habe dieses avisiren wollen / daß dieser Tagen am gantzen Leibe **Pickel** oder **Hoppen** überkommen / welche mich gebissen / und dergestalt kratzen müssen / biß endlich müd worden; hernach haben sie mich geschmertzet / daß es nicht genugsam schreiben kan. Die **Pickel** sind eines Pfennings groß gewesen; innerhalb etlichen Tagen sind sie wieder vergangen / dahero mir keine andere Gedancken machen kan / als daß sie von der Leber herkommen müssen. Ob sie nun schädlich / erwarte dero Consilium hierüber / oder verordnen dieselbe mir etwas hierauf / etc. **Neuburg / den** 31. Maji, 1697.

Patiens est Vir 56. circ. annorum, *hypochondriacus*, *scorbuticus*, vitam sedentariam colens; vehementer conquerens de *asthmate subitaneo sicco*, & *pressione circa præcordia* summa; cum *morositate* quadam. *Exanthemata* hæc sunt *vari*, *arthritidis vagæ scorbuticæ*, (ubi haut raro innoxium hepar,) proles: distincti a *Jonthis*, quod *Jonthi*, non pruriant. Mane adhuc in lecto cubans adsumat cochleare unum *rob sambuci* repletum cui admixta circiter ℨß. *theriac. ver.* sudet. Postea mane noctuque cochlearia duo sequentis *mixturæ* hauriat:

℞. *Ess.*

℞. *Eff. lign. sassafr. & trifol. fibrin. aa.* ℥ß.
Tinctura flor. bellid. ℥iij. *syr. papav. err.* ℥ß. *M.*

Bibat *acidulas Egranas* cum regimine. Quod, cum fecisset, non tantum *varorum* nullum vestigium, sed & *asthma scorbuticum*, cum *pressu praecordiali* penitus emanserunt.

*

Atrophia scorbutica desperata, diuturna cura & summa sollicitudine per DEI gratiam sublata.

Casus.

ILlustrissimus quidam Baro 59. annorum, temperamenti cholerico-phlegmatici, olim obesus, potator strenuus & variis diaetae erroribus obnoxius, conqueritur de *pruritu totius corporis*; invitatur adscalpendum, unde *varices* cito transeuntes & disparentes oboriuntur. *Pruritus* etiam scrotum occupavit, quin ipsum quoque praeputium, scalpit. Hinc *inflammatio*, hanc insequens *exulceratio*. Quibus, manu Chirurgi, sublatis, post sudorifera tamen vi exsiccatoria pollentia, in alia parte praeputii denuo *ulcuscula* proruperunt, ea quoque curata. Brevi insecuta corporis totius *contabescentia*. Serum acre os cribriforme occupavit, excitatis inde primum *obstructionibus narium*, postea emunctae vi magna muci penitus concreti, viridis & quasi friabilis turundae, acri simul sero comitatae. Hic quoque locorum solidatione procurata *defluxio acris fauces & uvulam* infestare coepit; sic, ut *uvula* nonnihil exulceraretur; quae exulceratio non tantum adhuc durat, sed maxime simul est molesta exscreatio pituitae glutinosae, tenacissimae, simul salsae, quae multo conatu extorquetur magis, quam ejicitur. Impeditur hinc in ciborum assumtione & somno. Caro musculosa plane contabescit. Vires prostratae sunt. Pituita fit indies tenacior. Quid Consilii, cum tot Viri celeberrimi manus interea frustra commodarint?

Resolutio.

AFfectus est *scorbutus confirmatus*, *vappidus*. Urgens & primarium symptoma, *Atrophia scorbutica*.

Scorbuti praesentiam arguunt *corporis universi pruritus*, & *exanthemata cutis*; *Defluxiones* item crebrae in nasum, fauces, uvulam, &c. & *sputatio continua*.

Quemadmodum itaque Prothei forme monstrum *scorbutus* varias adsumit larvas, pro modulo receptivitatis aut resistentiae in his illisve visceribus, ita suam hic tragoediam in *glandulis* praecipue ludit, quibus universum corpus, & cutis praesertim undiquaque scatet. Usus primarius est *lympham* generare, crystallinam, & mitem, variis animalis oeconomiae usibus aptandam.

Materiam hisce *glandulis*, sicuti partim arteriæ, earumque serum, suapte Natura salsidulum; partim nervi, ceu spiritus animalis reliquias, ministrare creduntur; in *scorbuticis* autem sanguis, instar vini vappescentis, portiones sulphureas & balsamicas disperdit, auctis in horum locum, & exaltatis salinis, unde serum consequenter acrius evadit; Hinc efficitur, juxta axioma: *qualis caussa, talis effectus*, *glandularem lympham* in debita dulcedine elaborari non posse, sed acrem, salsam & nonnihil viscidam fieri.

Ex hac igitur acri, salsaque *lympha pruritum* primo totius corporis, hinc aliorum in specie membrorum provenisse persuasi sumus; quin & exscreatæ pituitæ adhucdum durantem salsedinem inde derivandam censemus.

Tametsi vero *lymphæ* hujus acrimonia per *Decocta lignorum* & alia multa, sui quadam parte, sublata vel correcta fuerit, firma tamen & constans valetudo sequi non potuit, eo, quod fons & origo mali, puta *scorbutus*, non simul fuerit sublatus: Hinc est, quod in tono suo jamjam debilitatæ *glandulæ* facile denuo lædi potuerint, tyrannide sua minimum in particularibus membris, scroto, præputio, naribus, faucibus & uvula, exercita.

Caussa itaque malorum omnium proxima, ut rem summatim comprehendam, est *lympha salsedo & acrimonia*, nunc in faucibus & partibus adjacentibus potissimum semet exserens; remotior est *scorbutus*. *Atrophia* necessarium consequens, quia succus nutritius, labe salsuginis infectus, visceribus nutriendis non affigitur, nec adhæret, quin consumtionem molleculárum carnearum potius abradendo & abrodendo promovet; eo, quod partium nutrientium glutinosa & balsamica esse textura debet; quamvis non negem, alias fortasse etiam in hac *atrophia* producenda caussas militare posse, quas, prolixitatis evitandæ caussa prætermittimus.

Caussas non-naturales & procatarcticas, & quæ consilium Medicum omnibus numeris absolutum alia sibi postulat, ceu minus necessaria itidem reticemus, ad prognosin potius & curam conversi. Cuilibet prudenti palam est, morbum per tot temporum decursum irradicatum ægerrime exstirpari posse. Bene tamen sperare jubent ætas nondum adeo provecta & alia quædam indicia, cumprimis ad medicamenta sollicite usurpanda promtus animus, & in medentem fiducia. Præcipue cavendum, ne jam in faucibus hærens acre serum in thoracem depluat, ibi vel suffocationis metum incussurum, vel pulmones arrosurum, unde præsens *atrophia* in *phthisin* perfectam degenerare posset.

Cura nititur Indicationibus:

(1. *Lympha acris & salsa temperanda.*

(2. *Sanguis scorbuticus corrigendus.*

(3. *Tota Natura, balsamum præsertim vitæ, & dictum vulgo radicale humidum, roborandum.*

 Prom-

Promtuaria remediorum sunt *Chirurgia, Pharmacia, Diæta*.

Chirurgiam quod attinet, *Venæsectionem* excesse jubemus, eo magis, quod sanguis heic copia non peccet, sed qualitate, quin culpa magis *sero* & *lymphæ*, quam *sanguini* proprie & stricte sic dicto sit deferenda. *Scarificationi* locus propior, quanquam nec per hanc ipsam, ulli intentioni fieri satis, aut illa saltem promoveri, queat. *Fonticuli, Vesicatoria lympham acrem* diminuunt, ut alia generetur, non prohibent. Parum igitur heic in *Chirurgicis* præsidii.

Pharmaciæ fons ad intentionem primam consequendam varia subministrat. Seri enim & lymphæ acrimonia vel evacuari potest, per cathartica, vel per sudorifera, vel per exsiccantia tolli, vel denique per blanda, balsamica, demulcentia mitigari potest.

Purgantibus non est locus. Nec enim tam quantitate, quam qualitate vitiosa *lympha* peccat. Exhauriatur autem & prava qualitas, cur infans, quod dicitur, cum balneo effundatur? Cur *purgantibus* vires, cur tantillum humidi laudabilis, exhauriatur? Corpore cumprimis contabescente? *purgantibus* acrimoniæ participibus? sero in corpore relicto adhuc acriore, adeoque magis noxio, magisque consumente reddendo?

Nec admittere possumus *sudorifera*: Sudor pestilens symptoma in quibuscunque morbis tabificis: qui, si adesset, concentrantibus & aliis convenientibus pharmacis omni modo supprimi deberet. Quid si salia volatilia per sudorem excluderentur, fixis in corpore relictis, exemplo evaporantis lixivii? quid si hinc major corrosivitas? *Exsiccantia* quis hic suadere ausit? Nec enim humorum acrimoniæ inde tantillum decedit; nec sibi locum exsiccatio vendicat, in corpore tabescente, ubi potiora erant humectantia. Per exsiccantia pituita magis densatur, quod Illustriss. Dn. Patiens exemplo suo demonstrat. Aliud est serum, aliud pituita seu lympha. Quemadmodum igitur pituita fluidior est, & minori negotio exscreatur, quamdiu & quo magis a seri admixtione diluitur; ita rationi consonat, quo magis per exsiccantia serum & lympha absumuntur, eo glutinosiorem pituitam inde futuram, immo denique suffocandi periculum accersitum iri, eo quod sero diluenti orbetur. Exemplo sit arcuariorum gluten, quod affusa aqua quo diutius coxeris, eo tenacius evadit, aqua per evaporationem discussa. Grandem hic non raro errorem errant Medici cætera eruditi, ubi *catarrhos* exstirpare conantur nimium exsiccantibus *lignorum decoctis, apophlegmatismis, pilulis, essentiis, &c. exsiccantibus*. Multæ humiditates excrementitiæ sic fateor absumuntur? Sed, quid de pituita? tunc *emphraxeon, respirationis difficilis*, aliorumque malorum matre? Nil itaque superest, quam ut hostem adgrediamur *balsamicis, blandis, demulcentibus, diluentibus & humectantibus*,

contabescentiæ deleteriæ averruncis. Nam & hoc insuper pensi habendum, quod, quo magis corpus exsiccatur, eo magis sanguis incalescat, cum ipsi serum, diluens & ejus fervorem temperans subtrahatur. Quo autem calidior sanguis, eo major corporis consumtio. Humiditas quippe aquosa igni consumenti resistit, & vim ejus moderatur. Quamdiu jus in olla ebullit, tamdiu carnes non amburuntur. Igitur, si quando nativus, si quis datur, in homine calor per sanguinis æstum incenditur, ex pabuli defectu, quod humidum radicale perhibetur, seipsum consumit, ac lampas denique vitalis extinguitur.

Venit in mentem, nunquid *Aëris mutatio* valetudini utcumque recuperandæ commodare posset, juxta consuetudinem & Praxin *Anglorum*, qui tabidos suos in *Galliam* transfretare jubent, ubi aliquandiu commorantes, frequenter vires recipiunt. Rogavi sententiam Exc. *Götleri*, exposita mente mea cum additamento, quod *aër* istius loci, ubi Dn. Patiens hucusque degebat, esset uliginosus ac turbidus ob solum paludosum ac evaporationes

nes *Danubianas*. Responsum tale: Wegen der Mutation deß Luffts bin gantz einstimmig / nur / daß selbiger füglich von aller rauher Schärffe und Kälte befreyet / und gantz gelind erwehlet werde. Idem quoque Excell. *Dn. D. Bilgerus* suasit. Quorum Consiliis obsecundans Ill. Dn. Patiens, den 13. *Junii Augustam Vindelicorum* commigravit: quem cum *d. 23. Junii* ibi visitassem, mirum quantum eum in meliorem statum, per id breve temporis intervallum, immutatum reperi. Nullo tunc amplius utebatur medicamine, nisi *pulvere meo d. 4. Maji* præscripto, ingredientibus nihil mutatis, præterquam quod *Dn. D. Bilger* & *Dn. D. Dürr* loco *pulveris viperini*, ⊖. *viper. vol.* & *Crem. Coralliorum*, adderent; & *succo antiscorbutico herbaceo*, cui instillata *ess. trifol. fibr.* *D. 16 Sept.* reducem *Augusta* visitatum ibam. Belle constitutus erat. *Dn. D. Dürr pulverem* ordinatum paucissimis mutatis in *morsulos* compegerat. *E succis herbarum aqua destillata*, eodem suadente. Additum *tragema stomachicum* post pastum: perpetuato *essentiæ trifolii fibrini usu*: *Vertigini*, de qua nocturna querebatur, *conf. alkerm.* ℈j. *c.* ▽. *ceras. nigr.* non sine fructu opposita. *D. 29. Sept. effossa fuit a me ovi testa sanguine Dn. Patientis repleta, quam ante semestre in formicarum acervum sepelieram, & ea tota exhausta, superstite ne gutta sanguinis, reperta.*

D. 9. Octobr. ut ante hiemen adhuc aliquibus pharmacis corpus præservaret consultum ducens, *destillatum* tale scripsi:

℞. *Succ. beccab. beder.* ▽*str. an.* ℔iß.
bellid. cochlear. nasturt. aquat. aa. ℔j.
citr. ℥iij.
ser. lact. caprill. ℔iiß.

Destill. vase probe clauso per organa vitrea. Residuum exprime & in Colat. *sacch. s. q. coq. ad consist. sirubi*; qui *destillato* admisceatur: usus ut prioris destillati. *Gelatina cap. composita* imposterum cum additamento *vini* coquatur. *Balnea* alternis diebus, cum *Decoct. emollientium, hordei, cap. & ped. vervec. & affusione lactis*. Post *balneas* *innunctio cum* 🜍 *amygd. dulc. pingued. Gall. Ind. rec.* *Ungu. pomat. &* 🜍 *lign. rhod.* Naribus:

℞. ▽. *Mercurial. ex Mercurio viv. c. aa. aq. majoran. plantag. & lil. convall fact.* ℥ij.
Vitrioli alb. ℈j. *man. n. Calabr.* ℥ij.
spec. Alipt. moschat. ℈j. *M.*
diger. pro 2. hor. cal. leni ad solut. omnium, post filtra.

Sublinguales trochisci:

℞. *Succ. catech.* ℥ij. *mosch. or. gr.* ℔.
ambr. gr. iiij.
ol. cinnam. carryophyll. aa. gtt. ij.
sacch. in aq. ros. sol. q. s. F. l. a. Rotul.

Ab eo tempore melius identidem habere cœpit Illustr. Dn. Patiens, sic ut hucusque per 8. annos commodè satis valeat;

valeat; quamvis interdum adhuc ⊖e *vol. viperar.* ad 14. dies, & *essentia trifolii fibrini* utatur. Infracto sic ad minimum rebelli morbo. DEO sit laus sempiterna.

*
* *

Manuum paralysis a febre tertiana.

RESTIONIS Filia 24. annorum Virgo *febre tertiana intermittente* per tempus bene longum vexata, post usurpata fere innumera molestum hospitem fugavit. Appetitus integer. Somnus non interruptus. Omnes corporis partes promte munia exsequuntur sua, sic, ut de quo usquam conqueratur, nihil habeat. *In solis manibus robur nullum: Comprehensa vel levissima manibus excidunt.* Mira *metastasis*, si talis forte dicenda. *Malluvium paralyticum* longo post tempore manibus vigorem restituit: qui tamen tantus non est, qualis ante *febrim* fuerat.

*
* *

Verrucosis Remedium.

VERRUCARUM sexcenta remedia laudantur, non promiscue quemlibet juvantia. *Fricantur cum lardi succidi corio*, quod postea terræ mandatur. Lavantur *aqua pluvia in foveis cipporum sepulcralium collecta*; item, *aqua super fimum vaccinum extante*: quod ultimum virgunculam bellam juvisse recordor. Accipitur ex indusio filum lineum, nectuntur tot nodi, quot *verrucæ*: quæ nodis istis *perfricantur*: filum stillicidio supponitur, ita sensim evanescunt nostro etiam experimento. *Succo Calendulæ* delibutæ absumuntur. *Ann. I. Dec. III. Eph. Cur. obs. 140.* Miram harum pullitiem in Chirurgo recenset *Pechlin. lib. 2. Obs. 44.* easque contagiosas, *aqua querna* curandas. De *lardi* portiuncula, sed austro exponenda, etiam *Boyl. Util. Phil. experim. p. m. 293.* Per *contactum manûs mortuæ* extirpandas vid. *Act. Angl. 1666. Maj. §. 5. & Anct.* der Monat-Gespräche 1691. *Mart. p. 148. s.* *Succus caulium heliotropii, lactis esulæ* idem præstare perhibentur. Nos *cera viridi sigillari* multas radicitus excidimus. Pharmacopœus quidam, in manibus non tantum, verum & pedibus, quin toto corpore *verrucis* innumeris defædatus, ultra sexaginta remedia passim commendata, sine fructu usurpavit. *Dn.* Friedenreich / *Pharmacopœus Holmiensis* consilium dedit, ut *pomum Borsdorfianum verrucosum per medium scissum, ea parte, qua pomum verrucas ostendit, colliculis istis,* (quos *Pechlinus* apte callos cutis appellat,) *adfricaret ad rubedinem, postea in terram uvidam pomum defoderet*, quod, postquam computruisset, evanuerunt omnes *verrucæ.*

*
* *

De inversa scriptione cujusdam scævolæ.

IN *Anno VI. Dec. II. Ephem. Curios. Obs. 201.*

Obs. 201. historiam dedimus virginis *epileptica*, *qua leva manu, ordine inverso & ductibus quoque litterarum inversis, adeo, & promte quidem scribebat, ut, qua scripsisset, legi non possent, nisi obversa speculo*: quod scriptionis genus tunc valde mirati sumus. At paucis abhinc annis heic *Nordlinga* conspeximus *Centurionem*, dextra manu in prælio truncatum, qui manu sinistra litteras omnes inversis itidem ordine ac ductibus chartæ quam promptissime appingit, eodem quoque modo legendas, nempe, dum scriptionem lecturus obvertere speculo cogitur. Quæ res ansam curiosis meditationibus præbere posset.

* * *

Ad perniones Euporistum.

ALius quidam *Centurio*, apud *Livonos* militiam exercens, sub illo tam frigido climate *pernionibus* in utroque pede nimium exagitatus, usurpavit varia, eorumque aliqua tam tristi cum effectu, ut de amputatione pedum Consilium iniretur. Mane & noctu pedes unxit *felle porcino*, *cataplasmate* postmodum imposito ex *pisis aridis, jejuno ventriculo masticatis in pultis formam & calefactis*, optimo cum effectu: qui multis hactenus aliis in eodem malo, nunquam fallente eventu, remedium idem suasit.

* * *

An testari, aut propter mortem donare valeat, qui aliquali tantum, & levi delirio laborat?

Ad Magnificum & Excellentissimum *Dn. Ferd. Christoph. Harpprechtum*, Antecessorem *Tubingensem*, JCtum celeberrimum, Affinem suum.

DAri Casus in *S. Jure* non paucos, qui absque *Medicinæ* ministerio decidi commode non queant, adeo clarum existit; ut ulla deductione opus non habeat. Hinc est, quod in ejusmodi casibus cum *Facultatum Medicarum in Academiis* & *Collegiorum in urbibus*, tum unius in specie *Medici* aut *Physici* ordinarii Consilium toto die exquiratur; quinimmo tractatus integri extent, qui super hoc argumento fuerunt occupati: quos inter sunt, *Paul. Jacchias*, *quæstionum Medico-Legalium scriptor*, (quas, utinam aliquis Medicorum ad recentiora, eaque veriora, artis principia revocaret,) *Fortun. Fidelis, de relationibus Medicorum*, *Ammanni Medicina Critica*, *ejusdem Irenicum Numæ Pompilii cum Hippocrate, & Praxis Vulnerum lethalium*: *Pfizeri*, *Welschii*, *Bohnii Examina & Renunciationes Vulnerum*, *& hujus ultimi Medicina Forensis, ac forte plures alii nobis incogniti.*

Casuum

Casuum autem omnium, qui *Medicinam* e *Foro* respiciunt, penum adeo esse exhaustam, ut, qui ventilari mereatur, nullus omnino supersit, nemo facile sibi persuaderi patietur, cui rerum humanarum varietas & vicissitudinum latifundium cognitum est atque perspectum. Sic ipsimet nos in *Ann. VI. Dec. II. Ephemer. Curiosar. Obs. 200. & schol.* multis argumentis probare sustinuimus, vulnera quandoque per se, simpliciter, & necessario lethalia, posse ac debere dici ista, per quæ pars corporis ad Facultatem naturalem, aut, si mavis, nutritionem hominis adeo necessaria, & quidem ἀνιάτως, læditur, ut ea læsa nutritio corpori debita, quæ sufficiat, perpetuari non possit, atque sic lenta mortè, visceribus nobilioribus utcumque salvis, vulnerato sit necessario tabescendum, etiamsi vel per dimidium annum, aut ultra, supervixerit.

Ejusmodi quæstiones fortasse plures, si cui scrutari visum esset, semet oblaturas esse nulli dubitamus. Nobis, exercitii gratia, quæstionem sequentem in scenam producere libet: *Cum de Jure arceantur vel a testando, vel mortis caussa donando furiosi, id est, mente capti; utrum testari aut propter mortem donare queat, qui aliquali tantum, & levi delirio laborat, nec adeo incondita aut gestibus aut sermone profert?* Nos, salvo aliorum, & tuo cumprimis, *JCte consummatissime*, judicio, *negativam* tuebimur, nec quenquam aut posse testari, aut propter mortem donare censebimus, nisi, cui sit mens integerrima, nec de ulla vel levissimi delirii labe suspecta.

Ac primo quidem, cum *testamentum* ex eo appelletur, quod sit *testatio mentis*, juxta *Instit. Imper. lib. 2. tit. 10. ab init.* ea nos minus tangunt, quæ hic Interpretes aliqui contra notationem nominis excipiunt. Quandoquidem vocis notatio heic transsumta est non ex verbis, more Grammaticorum, sed ex re, more JCtorum: Quippe, *quod testandæ mentis caussa testamenta conficiantur*, juxta *Corvin. Enchirid. ad hunc loc. vid. etiam Mynsing. Apotelesm. p. m.* 171. qui scite ex *Theophilo*, *testamenti* voculam a *testatione* & *mente*, emphasis caussa, compositam esse, cum illud *major sit mentis nostræ significatio, quam ulla alia testatio*, quæ emphasis in *velamento, calceamento, vestimento, &c.* non apparet, contra *Gellium* & *Vallam*, hanc *etymologiam*, tanquam Grammaticorum regulis minus consonam, irridentes, adducit, *vid. m Schneidevv. ad hunc loc.* Ex quibus statim conficitur, quod, cum in *testamento mentis nostræ major esse significatio debeat, quam in ulla alia testatione, mentem sane tunc integerrimam esse oportere.* Porro, si *Testamenti* definitionem consideremus, clarius adhuc omnia elucescent. Talis autem communiter ab Auctoribus traditur, nempe, quod *Testamentum sit voluntatis nostræ justa sententia, de eo, quod quis de bonis suis post mortem suam fieri velit*, vid. *Auct. supra cit.* vel, ut planius *Althus. Jurispr. Roman. lib. 1. cap. 18.*

 p. m.

p. m. 78. quod sit *justa, solemnis & mente integra, suprema libere & rite facta contestatio, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit:* Denique juxta *Carpzov Definit. Forens. Part. III. Const. VI. Defin. 6. n. 3. Testamentum* dicatur, *Testatio mentis*, hoc est, *supremum sive ultimum mentis judicium.* Unde non obscure apparet, requiri hic, ut mens omnino sit, in corpore quantumvis ægroto, sanissima. Hinc & ubique arcentur a *testamenti sanctione Furiosi*, quia *mente carent Instit. Imp. lib. II. Tit. 12.* ubi vocabulum, *furiosus*, non in strictissimo significatu accipiendum esse censemus, quasi aliis licitum sit *facere testamentum*, qui sunt fatui, *deliri, mentis haut adeo compotes, modo non summo furoris gradu fuerint lymphati.* Namque id verba, *quia mente carent*, innuere videntur. *Carent* autem *mente*, id est, *mentis integritate* omnes deliri, seu ex Natura, sive morbo, sive continuo, sive periodice tales, quippe qui sua ratione non ita utuntur, ut essent usuri, nî quid adversi, quod rationem turbavit, accidisset.

Nam, si etiam levi quodam delirio affecti testari possent, *impuberes* heic frustra excluderentur, quippe, quibus non est permissum *facere testamentum*, quia *nullum eorum animi Judicium est.* Jam, cum vigore legum *impuberes* censeantur, qui decimum quartum ætatis annum nondum compleverant; utrum ei, qui ex *febre delirat*, melius sit animi Judicium, quam puero intra duodecimum aut quartumdecimum annum constituto? de eo quidem vehementer dubito.

Et, qnamvis de *jure* cautum sit, *furiosos jure* testatos esse videri, si per id temporis fecerint *testamentum, quo furor eorum intermissus est*; Hoc tamen sua latitudine usque adeo gaudere plane dicendum est, ut *furor* non tantum ex parte, sed omnino, & ita quidem intermiserit, ut ejus in testante nec vola, neque vestigium, tunc equidem, quando testatur, compareat, quod determinare non est cujusvis, sed Medici potius, vel Adstantis, nare sagaci præditi.

Mente autem *alienati Medicis* dicuntur non *maniaci* tantum, *phrenetici, hydrophobia, rabie canina, &c.* affecti; sed & omnes illi, *quibus vel leviter mens laborat veluti, qui animo perturbantur ex melancholia, imaginatione prava, ex amore immodico, zelotypia; qui melancholia quavis, habituali vel sympathica, hypochondriaca, hysterica, &c. laborant, deliri a febribus, immo ebrii & temulenti,* vid. *Plater. Obs. lib. 1. p. 36. usque ad 89.* Et licet a *JCtis* testari posse perhibeantur *moribundi*, seu graviter decumbentes, quamvis mortalitatis cogitatione perturbati, de quo vid. *Carpzov. Part. III. Const. V. Defin. 1. per tot.* Ista tamen animi perturbatio tanta non esse debet, quæ ægrotum quasi extra se ponat, & ita disponat, ut uxor, liberi, aliique ejus consuetudine antidhac usi, cognoscant, eum, nî animi tanta perturbatio adfuisset, aliter locuturum, facturum aut testaturum fuisse.

Cum

Cum enim *Testamentum* sit *ultima morientis voluntas*, & res tanti momenti, propter quam tot leges sint constitutæ & sancitæ, cui per tot solemnia, testes, &c. in eum finem sit cautum, ut omnis vel levissima de *Testatoris integra mente* dubitandi ansa, quoad humanæ prudentiæ possibile est, præcidatur; inde apparet, quam heic sollicita cura agendum sit, *ne ei, qui testamentum condit, velle quoddam affingatur, quod eum nunquam voluisse, per certa & indubitata criteria constat, si mens ipsi fuisset plane integra & talis, qualis fuerat, cum omnino adhuc sanus vixisset.*

Quod autem de *Testamento* hic dicitur, idem quoque de *donatione mortis caussa* dicendum esse, nemo dubitat; hanc nempe robur non indipisci, nî certissime constet, *mortis caussa donantem* fuisse plane suum, id est, mente tam integra, sine delirii aut huic analogi symptomatis ulla suspicione, quali nempe in communi conversatione, cum sanissimus vixisset, fuerat. Prohibentur etenim quocunque modo *donare intellectu carentes, furiosi, mente capti, quia in his animus deest. l. 22. ff. de donat.* Vid. etiam *Corvin. loc. cit.* Et, in genere, *omnes illi, qui testari prohibentur, mortis caussa donare non possunt.* vid. *Schneidevv. ad hunc tit. n. 8. p. 242.* Eoque magis hic de illibata donantis ratione certi simus oportet, quod *erectio testamenti* propter solemnitates & plura requisita, moram sibi temporis longiorem poscat, nec v. gr. probabile existat, delirium in testante per tantam temporis intercapedinem ab Adstantibus deprehendi non posse. Sed *donatio mortis caussa* hodie solo consensu perfici potest, id est, simul ac *donator animum donandi declaraverit, & donatarii acceptatio accesserit, etiam scriptura deficiente, quod in instanti fieri potest*; Atque adeò, cum *donatio mortis caussa* sit *liberalitas, quæ cogitatione, seu consideratione mortis instantis vel futuræ fit, cum donans magis vult, se habere rem donatam, quam eum, cui donat, & magis eum, cui donat, quam hæredem suum*; quis non videt, hic sanissimam donantis voluntatem postulari? cumprimis, ubi *testamentum* præcesserit? Immo, quid si *donans* mortis suæ mentionem non faciat, sed simpliciter dicat, v. gr. *Tu habebis equum meum*; Adstantibus autem certissime constet, donantem, si vixisset, istum equum donatario nunquam donaturum fuisse, annon hic mens aberrare deprehenditur? Nam *ad hoc, ut sit donatio caussa mortis, principaliter requiritur, quod in ea fiat expressa mentio mortis. Schneidevv. loc. cit. n. 2.*

Ut igitur scopus, ad quem collimamus, propius attingatur, en casum sequentem: „ *Cajus* cum *Caja* per annos complures in amabili & concordi, „ tametsi sterili conjugio vivebat. *Cajus articulari morbo* prehensus, cum col„labascere vires, & pedetentim se contabescere sentiret, *Cajam* suam per so„lemne *Testamentum* ex asse fecit hæredem. Aliquo post tempore *Cajus febre* „ *maligna petechiali* corripitur, *cum gravissimo, licet nonnunquam remittente de-*

 „*lirio*,

„ lirio. Visitatum ibat eum frater *Sempronius*, homo nauci, qui a prima Juventute parentum imperatis minus obsequens, his invitis in militiam abierat, eorumqe & fratris optimi animos ærumnis millenis afflixerat. Quod autem tanta esset animorum inter fratres dissensio, *Cajus* integer vitæ, scelerisque purus, *Sempronius* autem dilapidator & flagitiis compluribus infamis, ita *Caji* animus adeo ab hujus sui fratris familiaritate alienus erat, ut ejus alloquium omnibus modis aversaretut, *Sempronius* ad *Cajum* fratrem ægrotantem: *Lega mihi equum tuum, hortum, & imperiales circiter centum.* Hic *Cajus* equidem non admodum & furiose delirabat, sermonis tamen sono tali, gestibusque talibus utebatur, qualibus, cum sanus esset & sobrius, nunquam uti consueverat. Sic igitur dixit: *Habeas equum, hortum & imperiales centum!* nulla insuper facta mortis mentione. *Cajus* brevissimo post temporis intervallo in *delirium* grave relapsus ea vespera moriebatur. *Sempronius*, quod *mortis causa donatum* erat, petebat. *Caja*, uxor, *Cajum* tunc temporis *delirasse* affirmabat. Adstantium aliqui sanæ mentis tunc ipsum fuisse, coram judicio deponebant. Et, cum ipse tunc donanti *Cajo* adfuissem, res a *Magistratu nobilissimo* ad me quoque delata, mihique fuit imperatum, ut, numquid fuerit tunc mente sana *Cajus*, an secus, opinionem meam scriptis declararem, quod in sequentem sententiam feci:

Si *testari*, aut *mortis caussa donare*, de *jure* prohibentur illi, qui sunt sermone & gestibus in summo gradu furiosi, aut qui plane delira, fatua & incondita loquuntur, id quidem ego de *Cajo* adseverare, tunc temporis, cum de *donatione* sermo factus esset, non ausim. Sin autem vel ad *testandum*, vel *mortis caussa donandum*, requiritur mens omnino sana & integra, sic, ut invalida sit donatio, si donans vel levissime deliraverit, *Cajum* eo tempore, cum *Sempronio donaret*, quantumvis leviter, delirasse pronuncio.

Delirium autem *Medicis* est, *non ubi quis absurda precise & fatua loquitur aut facit; sed, ubi secus loquitur aut facit, quam locuturus erat aut facturus, si mens æque, sane atque constitisset; licet, quæ loquitur aut facit, in se considerata, nec absurda, nec fatua existant.*

Jam vero *Cajum* fuisse moribus tranquillis, gestibus ad mansuetudinem compositis, sermone tardo, morato & exiliore, neminem civium latet. Tunc autem, cum *Sempronio* donaret, præter suam consuetudinem, capite nutabat & brachiis gesticulabatur, sermo celer erat, vox elatior & clamosa; quin, ubi vix *donationis* verba protulisset, in grave & furiosum delirium relabebatur, & paullo post, ea ipsa vespera, nunquam ad saniorem mentem rediens, exspirabat. Nunc, ubi accedit, *Cajum* in virtutis tramite incedentem, hujus sui, tam scelerati fratris consortium semper evitasse, cum nunquam per omnem vitam de

ulla

ulla donatione, vel erga *Cajam* uxorem, vel alios commemorasse quidquam, immo contrarium potius, nempe se de suis facultatibus fratri *Sempronio* ne teruncium quidem elargiturum, haut simplici vice quasi pejerasse; *Sempronium* a *Cajo* non vocatum sponte venisse, *Cajumque*, ut supra dicta donaret, sollicitasse; in ipso *donationis* actu de morte nil dictum fuisse &c. Quis tunc *Cajum* ex animi sani sententia locutum fuisse credat, quamvis incondita & inconcinna locutus non fuerit?

Præterea, cum toto die videamus *melancholicos* quosdam *phreneticos*, *Catalepticos*, ex *febri maligna decumbentes*, nonnunquam scitissima, immo longe sapientiora, quam sani consuessent, proferre, rhytmice loqui, alienis, quas nunquam didicerant, linguis uti, Vaticinari &c. numquid eos propterea non *delirare* censebimus, cum sciamus, eos talia, si sani mansissent, non fuisse locuturos? Nec enim talia caussis supranaturalibus, aut *obsessioni Dæmoniacæ* statim, immo, cæteris paribus, forte rarissime, accepta ferenda. Mens enim, auræ divinæ particula, in se scientiarum quarumlibet, ac omnigenæ sapientiæ capax, haut raro corpori lardo infunditur, sic, ut corporis sui, cui est incarcerata, brutis & sensitivis appetitibus, adeo immergatur, ut altioribus & profundis meditationibus vacare non possit: per ejusmodi morbos autem abstracta quasi, & sibi relicta, pro augusta sua indole in illustres speculationes liberius fertur; unde talia tunc proferuntur, qualia nunquam sani proferre possent. Adeo non sequitur: *Hic ægrotus prudenter facit aut loquitur, ergo non delirat.* Sed ita concludendum existimamus: *Hic ægrotus aliter sentit, loquitur, facit, quam sanus consueverat, ergo delirat.* Ubi tamen excipiendum, si quis v. gr. sanus vitiorum semitam calcavit, ægrotus autem, formidine mortis conscientiæ stimulo petitus, resipiscat, & sic aliter sentiat, loquatur, faciat &c. Circumstantiæ enim variant rem, quamvis & hic sit gestuum, aliorumque accidentium habenda ratio.

Quid, si certum est, *quod ebrius valide contrahere non possit, nec efficaciter obligari, si profunda fuerit ebrietas, enormis & immodica, adeoque talis, quæ mentis inducat exilium, atque consensum excludat. Vid. Carpzov. loc. cit. Part. II. Const. XVII. Defin. 36.* Cum tamen enormiter quoque *ebrios* non semper absurda & incondita loqui aut facere, immo nonnunquam prudentiora, quam fecissent sobrii, in medium proferre videamus; Parili modo, qui ægrotus non quidem inconcinna, talia tamen, quæ sanus non locuturus fuisset, profert, tamen delirasse, nec propterea valide donare potuisse, dicendus est; eo quod *ebrietas à delirio febrili*, quoad modum caussandi, parum aut nihil distet.

Notabile est, quod *Pechlinus Cent. 3. Obs. 5.* de *ebrietate* sequentem in modum differit: *Ebrietate, domestico nonnullorum vitio, tantum abest, ut aliqui obstupe-*

stupescant, ut contra ad subtiles seriosque cogitationum lusus etiam magis erigantur, & τὸ ὕψος, nisi a vino inundatis, non constet. Quotidianum illud est in Oratoribus, Poëtis Pictoribusque. Contigit forte illis lentum & ab humidi contagii mistura grave cerebrum, quod acri igneoque vinosi spiritus mastidate vel compungere, aut siccare ante oporteat, quam extendere sese, & quas in sinu habet, ideas effundere possit. Et, cum *temulentia* obtingat, juxta *Ettmüll. Disp. V. de temul.* §. 26. a vini partibus Sulphureis, unde ~us primo in cerebro agitantur, subtiliores & △ei quasi redduntur, hinc Sulphur isto narcotico nimium oppleti torpescunt & ligantur; Ita in *febribus malignis* Sulph. sanguinis exaltari, sanguinem agitari, in ebullitionem & fermentationem percieri, spirituumque proinde activitatem itidem intendi, adeo verum est, quam quod verissimum, unde *delirium* etiam unice procedit, sic, ut *ebrius* & a *maligna febre delirus* per quam sibi similes existant, atque, uti *ebrietatis*, ita *delirii febrilis* sui sint gradus, præcipue, cum etiam, observantibus Medicis, *represso delirio febrili somnus gravis profundusque, sicut in enormi ebrietate, obrepat.* vid. *Lomm. Obs. lib. I. p. m. 58.* Quemadmodum igitur etiam leviter *ebrii*, (die ein Spitzerlein haben / ut loqui solemus,) hilarescunt primo, hinc diserti fiunt, gloriabundi, arcana propalantes, animosi, alii, uno verbo, quam sobrii esse solent, nectamen propterea delira aut incondita, licet insueta, loquantur, sic, ut ab amicis vini fermentum facile dignoscatur; Ita non minus a Medicis juxta & nasutioribus adstantium haud difficulter dignoscuntur secus loquentes, facientes, gesticulantes &c. *in morbis acutis*, quam pro consuetudine, adeo, ut dicere soleamus: Der Mann kommt mir nicht recht vor. Er ist anders / als er sonsten pfleget. Et plerumque in *febribus malignis*, cumprimis illis, quæ in mortem terminantur, ubi semel delirare cœperint ægroti, quamvis ad se nonnunquam rediisse videantur, attamen penitius introspicienti patebit, remissionem potius aliqualem, quam intermissionem omnimodam adesse, sic ut nunquam ad sanæ mentis ἀκμὴν adeo revertantur, ut nihil peregrini aut insoliti in more vel ore deprehendatur, adeoque rarissime, qui ex tali *febre* decumbunt, posterioribus morbi diebus, *legitime testari aut propter mortem donare posse*, existimari debeant. Hinc etiam *imminentis* (gravis & furiosi, præsentis vero levis) *delirii tales a Medicis notæ censentur: Expeditior sermo ægrotanti est, quam sano fuit, ac subita oritur loquacitas, eaque ipsa soluto impudentior. Stridor quoque dentium firmo etiamnum corpore incidit, & gestus incontinentior est; & oculi frequenter moventur &c. Lomm. loc. cit.*

Cum igitur hæc & talia *Nobilissimo Magistratui* proposuissem, *Sempronius* a *doni* vindicatione exclusus fuit. Jurene an injuria? Tuum erit *Antecessorum Antecessor* & *Jurisconsultorum Coryphae*, decernere, proindeque, si per gravissi-

mas oc-

mas occupationes aliquando licuerit, ut oraculo tuo, *Vir Consultissime*, discendi cupidum beare ne graveris, omnibus votis exopto. Scribo *Nordl. d.* 5. *Oct.* 1697.

Lentilius.

* * *

De Cardialgia spasmodica rara.

Casus ab Excell. *Dn. D. Jägero, Physico Schorndorfensi*, celeberrimo *Dn. D. Möglingio, Physico Stutgardiano*, communicatus.

VIr 64. annorum, restiarius, temperamenti pituitosi, *spasmo flatulento* olim valde obnoxius, ab 18. annis insignem *ventriculi debilitatem* patitur, cum copiosis *flatibus* & *alvi constipatione*: malum exacerbatur ab usu calidiorum, aromatum, vini generosi, purgantium. Ante 9. annos post *acidularum* potum in gratiam amici vinum bibens *diarrhœam* incurrit, succedente *alvi constipatione pertinaci*, non nisi *clysteribus* permultis reseranda, *inflatione abdominis*, & dolore quodam molestissimo, quem ille *cordis* putat. Locum describit in medio fere pectore sub sterno, versus spinam, aliquantum ad sinistrum latus inclinantem: sub remissione adscendere dicit juxta spinam ad palatum usque, ubi in parte postica circa gulam lancinatio molesta aliquandiu continuatur. Dolorem dicit vehementissimum, quasi *flatus* ab utroque latere cor ad crepaturam usque comprimerent, mortem minitantem, si per quadrantem, horæ duraret. Remedium autem præsentaneum semper hactenus fuit *compressio oris a linteo calido, & exceptio aëris e pulmonibus, hujusque probe calefacti inspiratio, vel potius deglutitio*, sic enim protinus cessat dolor, sibique videtur sanissimus. Nulla adest *respirationis prohibitio*, sed in- & exspirare potest, nulla *tussis* ante vel post dolorem, nec unquam adfuit, nulla *cordis palpitatio* vel *deliquium*, nullus calor, immo in toto corpore nihil præternaturale, nisi dicta *ventriculi debilitas*, & *flatuum copia*. Creberrime invadit *dolor*, occasione cujusvis levissimi corporis motus, & potissimum ab animi intentione severiori, mœstitia, ira, loquela, e. gr. dum vel cogitatione profunda, vel severiori loquela spiritus animales intense moventur; exceptis cogitationibus & lectionibus sacris, etiam clara voce prolatis, utpote, quibus absque omni metu vacare potest, quod ipsum singulari divinæ providentiæ, nec immerito forsan, adscribit. Concitatur itidem ab aëre frigido, vini haustu, edulio fere quovis, unde in puncto *ardorem ventriculi, inflationem*, inde insequum illum *dolorem* percipit. Quamobrem aliquot jam annis vitam sedentariam vivere, laboribusque mechanicis abstinere cogitur, vino & ordinariis nostratium cibis penitus valedixit, pro cibo utens quotidie *offa ex*

aqua, vino & melle cum pauco pane, potu, *aqua simplici firupo enula* edulcorata; Cum vitam valde ærumnosam tali modo transigat, malumque augeri videatur, insuper ab illa *valida oris compressione* aërisque retropulsione violenta, *faciei intumescentiam φυσώδην*, sensuumque externorum, *olfactus*, *visus* & *auditus abolitiones*, cum enormiter jam læsi sint, metuat, mei tum temporis Neo-Physici Consilium expetiit, dedi illud pro virili, at frustraneum; per quatuor septimanas enim meis utens medicamentis ne gry quidem inde percepit commodi, unde rursus pristina methodo vitam transigens, mihi & medicamentis valedixit.

Sententia Möglingiana.

AFfectum Restiarii voco *Cardialgiam* a *spasmodica œsophagi*, prope ventriculi orificium superius *contractione oriundam*, & persuasus sum, multum convenire cum *singultu*, licet hujus, vel alius cujuspiam editi in paroxysmo sonitûs, v.gr. ructus, nullam plane, quod miror, mentionem facias. Suspicandi ansam mihi sane præbuit ipse modus doloris, cum *ardore* & *inflatione ventriculi* incipientis, postmodum regionem sub sterno, tantum non ad crepaturam usque, comprimentis, ac tandem, sub paroxysmi finem in parte faucium postica lancinantis, potissimum vero *juvantium levamen*, & *lædentium noxa*. Nec opus esse duco tibi ex quotidiana experientia in memoriam revocare *singultum* ex consilio muliercularum solemniter compesci, per tres potissimum medicationes, (1. *intensam & profundam cogitationem*, v.gr. rei penitius adamatæ, (man solle an seinen Schatz gedencken/) (2. *per spiritus retentionem*, prout *Schenckius* observationem citat ex *Henr. Stromero Aurbachio*, ubi quispiam pertinacem *singultum* pane, linteo calido obvoluto, orique applicato, curavit, & tandem (3. *per curiosam aëris deglutionem*, quæ pitissatione procuratur. Pectoris cavum non affici satis superque evincunt *respiratio salva*, & illæsa hactenus omnium in thorace contentorum viscerum actio. De gula, quod prope stomachum, utpote partem nervosissimam, *spasmo* facile corripi possit, in subjecto præprimis, *spasmis flatulentis* hinc inde in corpore oberrantibus jam a multo tempore per quam obnoxio, nullum forsan dubium supererit. Immo persuasissimus sum, hoc in sensus exquisitissimi loco subesse quoque *denudationem quandam*, vel *superficialem excoriationem*, ut quamcumque injuriam, vel spirituum animalium in inordinatos motûs sub animi pathematibus concitatorum, vel transeuntis cujusdam ingesti frigidioris acriorisve, tam promte sentiat, & *spasmum* patiatur. *Prognosin* quod concernit, affectum, qui longa temporis mora prorsus invaluit, pluribus jam ex methodi medendi lege frustra tentatis remediis, difficulter admodum curabilem censeo. Quoniam vero, sibi relictus,

lictus, procul dubio indies magis magisque ingravescet, tandem ad *febrim hecticam*, (nisi præveniat affectus *apoplectico-epilepticus*,) quando ventriculus nullum amplius cibum vel potum, propter subsequentem illico gravissimum dolorem, vel etiam vomitum, ferre poterit, ægrum delaturus; non desistendum esse ab omni medicatione duco, præprimis, quod patiens circa diætam, quam elegit, revera patiens, dictis Medicorum forsan aurem præbiturus, spem felicioris curæ aliqualem faciat. Indicationes erunt: (1. *spasmo appropriatis occurrendum*: (2. *pars læsa. sc. stomachus demulcentibus, sine morsu siccantibus, (vel, ut nunc vocantur, alcacinis vacuis,) & mulum naturalem suppeditantibus restituenda.* (3. *Cachexia corporis una respicienda.* *Universalibus* vix quippiam tentandum erit, quod *Venæsectionem* corpus cachecticum, & *purgantia* ventriculus delicatior, non ferant. An *vomitoria* conducant? ambigo. Magis forsan proderit *pulvis*, ex

℞. *C. alc. phil. ppt. Ocul. ♋. ppt.*
matr. perl. ppt. diaphor. Jovial. aa. ʒiiß. *M.*

Omni mane hora 9. & vesperi hora 4. cum *cremore hordei*, (in einem dickgesottenen Gerstenschleim/) cui tantillum *ichthyocollæ* incoqui poterit, exhibendus, & *potio theriacalis anodyna*, ex

℞. *Ther. cœlest. resolut. gr.* iij.
ess. castor. gtt. viij. & *croc. gtt.* iiij.
aq. ceras. nigr. ℥vj. *sir. fl. tun.* ʒij. *M.*

alternis noctibus propinanda, adjuncta una *mixtura* ex

℞. *Aq. menth.* ℥ij.
sir. de consol. maj. alth. f. aa. ℥j. *M.*

cochleatim usurpanda. *Masticatorium* pariter ex

℞. ♀. *fol. tabac.* ʒij.
mastich. cinnam. aa. ʒj.
mell, q. s.

Confectum, sæpius de die in usum tractum, proficuum erit, & pro potu ordinario *hydromel decoctionis simplicium cephalicorum*. Nec externa sua laude defraudanda. *Unguento ex oleo mastichino, laurino, philosophorum & succini destillato*, regio scrobiculi cordis, vel etiam dorsi opposita frequenter illinenda. Et lucem in re obscura nobis forte præbent, quæ *Joh. Rhodius Cent. II. obs. 61. p. 99.* de quopiam habet, cui vertebra dorsi undecima, ventriculi orificio superiori objecta, compressa, incurabilem *singultum* procuravit; & quæ *Joh. Langius lib. 2. epist. 43. p. m. 761.* ex *Aëtio* refert, scil. per *cucurbitulas* spinæ dorsi inter duodecimam & decimam tertiam vertebram applicatas, rectificari & explicari ventriculi orificium in singultu contractum, & veluti oblique intortum, item, quando paullo post in *subversione stomachi puerilis a vomitu* suadet, ut puerum

 prono

prono corpore jacentem collocent, cutemque circa duodecimam dorsi vertebram complicatam (morem modumque fere similem *balneatores Turcicos* observare alibi me legisse memini,) & digitis apprehensam in sublime trahant. De *ligaturis extremorum, frictionibus, clysteribus, odoriferis* naribus in paroxysmo adhibendis, *sternutatoriis, balneis* & *fotibus* aliis nihil quidquam addo, ne nugæ meæ tibi tandem nauseam pariant, &c.

Sententia Lentiliana: ad Excell. *Dn. D. Möglingium.*

Cardialgiam spasmodicam hunc affectum recte nominasti, quamvis alii, quibus operosius distinguere placet, ob doloris vehementiam, fortasse καρδιωγμὸν appellarent. Locus affectus non est alius, quam sinistrum, quod quibusdam superius audit, ventriculi orificium, una cum ipso, ad usque fauces, œsophago. Nec obstat, quod dolor aliquantum versus spinam declinet. Audiamus *Wedelium Pathol. Med. Dogmat. Sect. III. cap. 3. p. m.* 496. ita disserentem: *Solet vero & dolor hic, quod notabile est, in spinæ dorsi ea parte, qua orificium ventriculi reclinat, persentiri, ita, ut quandoque ante & retro, quandoque alterutro saltem loco observetur.* Consulebat nos ante sesquiannum *Juris* quidam *Licentiatus*, de ejusmodi *dolore compressivo & punctorio*, a levissima quavis caussa, magis in postica corporis parte circa vertebram decimam affligente, qui non erat alius, quam καρδιωγμὸς, debitis etiam huic affectui medicamentis cedebat. Nec dubito, quin plurimi, si non omnes dolores, de quibus in interscapulio nonnunquam miseri conqueruntur, nî quid subsit *Venerei*, e *Cardialgiæ* penu sint expromendi. De his doloribus nostri pronunciant: es seyen die Magen-Bande. Consentiunt in loco affecto reliqua, medium scil. fere pectus sub sterno, versus spinam aliquantum ad sinistrum latus inclinans. Quid aliud ibi, quam dictum ventriculi sinistrum orificium? Non est ille dolor intercus, scil. *glandularum subter cutim*, quod non sit fixus: non est lienis vel intestini coli, quia situs & symptomata repugnant: Nec est istius pulmonum lobi, quia respiratio liberrima & tussis nulla: Nec thymi, cujus sensus non est acutus. Ergo memorati Orificii, qui sub remissione per fibrarum ductum œsophago & faucibus communicatur. Caussa proxima est rosio & hanc presse pede sequens, *contractio spasmodica* istius orificii: materialis triplex, spirituosa, humorosa & vaporosa. E spiritibus peccat animalis, qui nonnunquam ab animi pathematis impetuosius & concentratior in nervos sexti paris, eorumque propagines & reticulos, quibus totum id orificium circumcingitur, inde vehementer sensile, irruens, eos ad sui dolorificam contractionem disponit. Alliciuntur & efferantur isti spiritus a bile acri volatili, nervosas illas partes rodente, quæ nervorum dolorifica rosio

rosio spiritus animales in sui subsidium vocat, hique majore, quam par erat, copia allabentes, elasticitate cumprimis sua adjuti, *spasmum* orificii excitant, quorsum facit nonnullorum haut sane omnino rejectanea opinio, qui *dolorem nihil aliud esse censent, quam voluptatis in parte excessum, a nimio spirituum animalium affluxu productum.* Ut rem melius explicem, idem est hic dolor in orificio ventriculi, cum eo, quem in intestinis vocamus *colicam spasmodicam.* Accedit vaporosa caussa, *flatus*, qui nunquam absunt a *cardialgia*, & halitus acres e ventriculo sursum lati, sic, ut merito *ructuum* nullam fieri mentionem, sis miratus. Paroxysmus tamdiu durat, quamdiu irritatio, qua consopita dantur induciæ. Congruunt circumstantiæ in historia memoratæ: *Spasmus flatulentus* olim patienti familiaris, item, copiosi jam nunc etiam *flatus*, quin, *alvi constipatio*, circa quam duo notanda; nempe, bilis in ventriculum copiosior effusio, per quam intestina suo stimulo privantur, quo ad excrementorum egestionem opus habent, & *flatuum*, quod per inferiora non possint, sursum tendens eruptio. Malum exacerbatur ab usu calidiorum, aromatum, vini generosi, purgationum, quod hæc omnia, λεπτομερείας ἕνεκα, ad promovendam istam orificii nervosi irritationem & rosionem apta sint nata. De medela prudentissime judicasti, nempe, quod aër calidus inspiratus bilis acrimoniam ἀναθυμιάσει blanda retundat, spirituumque furorem demulceat: Levissimus quilibet corporis motus dolorem accersit, quod spiritus animales, ob subtilitatem suam, in pernicissimum motum illico cieri queant. Idem efficiunt animi pathemata, quinimmo omnia ista, quæ spirituum animalium, & eorum quidem, qui per cerebri, (non spinalis medullæ,) nervos distribuuntur, imperio subjacent. Hi enim per animi pathemata in motus rapiuntur, in hunc rapti majore cum impetu in nervorum septem ista paria irruunt, nusquam autem dolorem excitant, nisi in orificio ventriculi; quod hoc ipsum a bile volatili, acri, halitibusque similibus rodatur, adeoque saucium quasi, quod ipse suspicaris, factum sit. Quod autem a lectione sacra nil tale contingat, nisi quid est imaginationi tribuendum, inde forsan est, quod attentione tanta, quanta decebat, pietatis negotia raro peragi soleant. Aër frigidus, nervis inimicissimus, dicto citius concitare *spasmos* valet. Vinum ob acrimoniam rodentem lædit; Edulium fere quodvis, quod absque sale parari propemodum nulla consueverint. *Offas ex aqua, vino & melle* tolerat, quod aqua vini caliditatem, mel ejus acrimoniam distemperent. *Helenium* nervos demulcet, hinc ejus *sirubus* cum *aqua mixtus* potum commodum præbet. Medicamenta ab Excell. D. *Jägero* præscripta ne Ἔγὼ quidem contulerunt, quod fortasse non fuerint *antispasmodica.* Circa prognosin quod moneam, nihil habeo, tecum omnino,

etiam *quoad modum eventus*, consentiens. De cura non omnino despero. Hanc vero, ratihabitis indicationibus Tuis, sequenti modo instituerem: Darem *pilulas* n. viij. mane & pomeridie ex *cochl. firub. de porculac.* vel *de alth.* vel *de symphyt. Fern.* vel cum *cochleari looch. san. & exp.*

℞. *Spec. diacret. Myns.* ℥iij.
🜄. *sigill.* ℨiß. *gumm. arab.* ℨj.
♁. *nativ.* ℈ iiij. *extr. castor.* ℨß.
mucilag. sang. Drac. cum aq. fl. chamom. extr.
q. s. F. pil. pond. gr. iß. *consp.* ♀. *liquir.*

Exbiberem singulo trihorio *cochlearia duo mucilaginis* sequentis, ad nutum Illustriss. *Dn. D. Brunneri:* noctu autem, ante quam itur cubitum, ejusdem cochl. iij. Quod medicamentum est sane egregium, & multis nominibus laudandum, in edomanda bile acri, spirituumque sedandis tumultibus:

℞. *Sem. cydon.* ℥ß. *psyll.* ℨij.
contus. affunde Dec. seq. q. s.

℞. *Fl. chamom. samb. aa.* mj.
sem. anis. ℨj.
Incis. coq cum aqq. recc. malv. nymph. portul.
fl. paralys. q. s. F. ebullitio.
Colatura q. s. extrahatur mucilago e seminibus,
cujus ℥viij. *add.*
sir. de alth. & symphyt. Fern. aa. ℥ij.
aq. cinnam. cydoniat. ℨvj. *M.*

Foris scrobiculo cordis inungatur *axungia castorei*, superimposito *cataplasmate ex sem. lin. fœnigr. psyll. & farin. alth. in lacte coct.* Tempore paroxysmi propinarem cyathum *lactis vaccini calidi*, in quo tantillum *sacch. penid.* vel *rotul. tragac.* solutum sit. His & similibus medicamentis curavimus Monachum a *cardialgia* deliquia quoque passum, & haut ita pridem Matronam nobilem gravidam, quæ *ictero* insuper laboraverat, hepaticis deobstruentibus iteratisque *cholagogis* ab alio quodam Medico frustra vexatam. Hæc ne unum quidem cochlear juris calidi cujuscunque, sine momentaneo *cardialgia* insultu, eoque propemodum internecino, tolerare poterat, intra paucos dies per DEI gratiam restituta. *Nordling.* 1696. *d. 26. Nov.*

* * * *Tym-*

* * *

Tympanitidis principium.

MUlier 33. annorum me convenit, conquesta de *inappetentia*, *apositia* *lassitudine*, *borborygmis*, *ructibus*, *asthmate*, *mensibus dolorificis*, *fluore albo*, *pressione circa præcordia*, *vertigine*, *torminibus*. *abdomine turgido & tenso*.

℞. *Diaphor.* ♂*al.* ℥iij. ☉ *fulmin.* ℈j.
spec. diacret. Mynf. ℥ß.
ol. anis. carv. cumin. fœnic. aa. gtt. x.
facch. alb. ℥iß. *M. F.* ♀.

Sumantur mane & pomeridie *cuspid.* 4. *cultr.*

℞. *Tinctura Tartari* ℥ij.
~. bacc. junip. & terebinth.
⊖. *vol. oleos. aa.* ℨj. *M.*

Sumantur noctu *gtt.* xxv. omnia ex *calido jure*. Foris mane & noctu abdominis inunctio:

℞. *Ungu. arthan.* ℥j.
ol. chamom. hyosc. expr. aa ℥ß.
☿. *diaphor.* ℨij. *ol. nucist.* ℨj. *M.*

Nisi hæc juvent, *balneis Wemdingensibus* utatur. Sed his ultimis opus non fuit, siquidem medicamenta fecerunt officium.

* * *

Ex abscessu cerebri Ozæna & Ægylops.

SArtor 48. annorum post *hemicraniam diuturnam abscessum in cerebro* passus fœtam saniem e nare sinistra profudit; *Ulcere* neglectim habito non tantum *Ozæna* naris illius, verum & *Ægylops* in oculo sinistro subsequuntur, male utraque, sed illa cumprimis ob impudicum fetorem summe molesta. Aliquando nareis emungere obliviscitur & tunc pus fetidissimum quasi e siphone prosultat. *D.* 29. *April* 1697. ordinavi sequentia:

℞. *Extr. cathol. Mercurii dulc. aa.* ℈j.
dacryd. gr. iiij. *F. pil. n.* xx.
℞. *Aq. plantag.* ℥iiij.
tut. ppt. lap. calamin. ppt. cerus. aa. ℈ij. *M.*

Hujus tantillum e cava manu per narem sinistram mane & noctu *calide* attrahatur. Cantho autem oculi sinistri temporibus iisdem *linimenti* modica quantitas indatur:

℞. *Aloës socot. myrrh. aa.* ℈j.
croc. opt. ℈ß. *mell. rosat.* ℥ß.
aq. plantag. ℥iiij. *coq. ad consist. linimenti.*

Vitet acria, salsa, acida, fumum, crapulam;

* * *

Asthma cum Raucedine.

REligiosus 30. annorum post *tussim* diuturnam de *asthmate* & *raucedine*, *cum alvi obstructione*, & *appetitu dejecto* conqueritur. Adsunt etiam *sitis* & *oris amaritudo*. Profuerunt sequentia:

℞. *Gial. n. resinos. gr.* xviij.
magist. gumm. gutt. gr. ij. *cass. rec. extr.* ℥ß.
F. bolus consperg. facch.

Postea

Postea cochleatim hauriatur *mixtura*:

℞. *Oxym. squillit. sir. de erysim. aa.* ℥ij.
~. cochlear. ℥ß.
gumm. ✱ac. ✠. sol. ℥ij.
aq. veron. hyssop. aa. ℥j. *M.*

Noctu ℥j. *rad. helen. in frusta concis. cum quartario* ß. *cervisiæ ebulliat, additoque mellis depurati cochleari*, quam est possibile, calidissime sorbeatur.

* * *

Rheumatismus.

RELigiosus quidam 59. annorum dolorem in latere dextro subter *axillæ* regionem ultra 14. dies persentiscit, præcipue quando nimium aut ambulando movetur aut equitando: similem dolorem in *coxendice*, maxime quum sedet, percipit. Inter hæc neque tumor adest neque rubor, appetitus integer; somnus continuus. D. 11. Maji 1695. ordinavi 2. *bolos sudoriferos*, alternis diebus mane in lecto sumendos, insequente sudore:

℞. ♁. *diaph. CC. philos. aa.* ℈j.
⊖. *CC. vol. gr.* xij.
rob. samb. ʒvj. *M.*

Loca vero dolentia *linimento nervino*, partibus prius *fumigatis linteis* perfrictis, calide inungantur:

℞. *Ungu.* ♂*at.* ℥j.
Ol. philosoph. ʒiij. *lumbric.* ʒij.
junip. succin. aa. destill. ℈j. *M.*

* * *

Culter e natium dextra, per abscessum prodiens.

CEleberrimo Reip. *Rotenburgo-Tuberanæ Machaoni*, nato avitis Medicis Medico, *Dn. D. Höchstettero*, Patrono nostro debemus curiosam, quam *Lectori benevolo* tradimus, observationem, ejusque sententiæ adstipulamur, nempe, quod culter natibus molitoris *per fascinum* fuerit impactus, (*a*) & cum eo patientem doloris maximum furorem in genu persensisse miramur. Historiam, prout eam Balneator, qui manum patienti commodaverat, in chartam conjecit, nullo verbo mutatam exhibemus talem:

JCh Endsbenannter urkunde hiemit/ daß ich Mittwochs/ den 11. Augusti 1697. zu **Albert Lambrecht**/ einem Müller zu **Erzelheim**/ als meines gnädigsten Herrn/ **Herrn Christoph Sigmund von Seckendorff**/ Unterthanen bin beruffen worden/ obgedachten Müller zu verbinden an einem Schaden/ mit diesem Vermelden/ **es wachse ihm ein Messer herauß**/ welches mir dann nicht nur so wol lächerlich/ als auch unglaublich vorgekommen; als ich aber solches selbsten mit meinen Augen gesehen/ und befunden/ daß es mehr/ als zu wahr/ sey/ bin ich doch noch in den Gedancken gestanden/ es müsse etwan ein abgebrochenes Messer an einem Ort gesteckt seyn/ und er solches auß Unvorsichtigkeit/ weilen er/ Pa-

er/Patient/ein ziemlich tummer Mensch ist/hinein gefallen haben. (b) Da aber mir seine Frau erzehlt/daß er nie zu keiner Zeit nichts gesagt/ oder geklaget/ sie auch sonsten im allergeringsten nichts an demselbigen verspüret/als/ 14. Tage vor meinem Begehren sey es ihm in die Knie kommen/ daß er nicht gehen können/ auch so gleich f. v. in den rechten hindern Backen/ daß er nicht sitzen/ sondern von grossen Schmertzen gantz kranck da gelegen/ da es sich dann/ ihrer Sage nach/ von ein und anderm Uberwärmen in den Knien in etwas gebessert/ an dem Hindern f. v. aber nichts helffen wollen / da sie dann nach der Zeit meines Raths und Hülffe verlanget; Wie ich nun gesehen/ daß sich solches Messer selbst mit der Spitzen einen halben Zoll herauß begeben/und die Natur es nicht länger leyden wollen/ habe ich resolvirt/ eine weitere Oeffnung zu machen/ solches herauß zu ziehen. Da ich nun solches gethan/ und daran gezogen/ es auch so hart steckete/ daß solches kaum herauß zu bringen/ kam/ zu meiner grossen Verwunderung und Entsetzung/ein erschröckliches/altes und Spannen-lang rostiges Weiber-Messer herauß/ (c) welches ich dann/ nebst vielen andern ehrlichen Leuten/ herauß scheinen gesehen/ aber niemand geglaubet/ daß ein solches herauß kommen wurde; Da ich nun denselben gebührender massen verbunden/ und es sich von Tag zu Tag also fein gebessert / daß er am vierdten Tage wieder mit seinem Mühl-Handwerck umgegangen/ und ich ihme in 30. Tagen/ durch ordentliches Verbinden/ nächst GOTT/ glücklich und völlig curirt/ also/ daß man weder vor oder nach etwas mehrers gespühret/ sondern es von freyen Stücken/ ohne anders Wissen/ (d) wie ein klein Geschwär aufgebrochen/ nebst einer ziemlichen Härte; Kan also/ meinen Gedancken nach/ nichts anders schliessen/ als daß es durch Bezauberung böser Leute müsse geschehen seyn/welches GOTT bekandt. Sugenheim/ den 1. Septembr. 1697.

Joh. Leonhardt Liebmann/ Bader und Wund-Artzt.



Notæ.

(*a*) *vid. Part. I. horum Miscellaneorum, p.* 254.

(*b*) hinein gefallen haben.) sensus verborum hic est, quod patiens in frustum cultri parieti aut scamno alicubi infixum, improvidus fortasse inciderit, frusto cultri per vim fracto, & vulneri impacto manente.

(*c*) *Cultri* magnitudo quadrat *schemati* apposito, totus erat rubigine obductus, & fetorem teterrimum spirabat, ceu putidæ saniei; manubrium erat e ligno tornatum, sed ubique exesum, sic ut *lit. A.* ferrum totum esset denudatum, *lit. B.* adhuc ligno obtectum: orbiculi in manubrio delineati sunt clavi ferrei, quibus lignei asserculi firmari solet.

(*d*) Ohne anders Wissen/) fortasse: wie mir nicht anders bewußt. Vani proinde per hoc etiam exemplum sunt illi, qui meras heic mali dæmonis præstigias, oculorumque præstricturas sibi imaginantur. Balneator enim, cum multis aliis arbitris, cultrum totum per cutim, quod ipse in relatione testatur, transparere vidit. Ergo revera totus culter in natium parte musculosa reconditus fuit, quocunque denique modo Diabolus eundem impegerit. Nam *ab ignorantia modi rei ad negationem ipsius rei non valet consequentia.*

❧ (o) ❧

* * *

Affectus cujusdam rari & stupendi memorabilis cura.

D. 22. *Martii* 1696. Nos convenit *Dn. Johannis Lehneri*, Præfecti Nosodochii *Dillingensis* uxor, & de mariti, circiter quinquagenarii, valetudine afflictissima diu multumque conquesta, morbi historiam ab Excell. *Dn. D. Bayero, Physico Dillingensi*, delineatam talem exhibebat:

Factum concernens quendam Patientem.

Globus plumbeus sclopeto explosus est ante 15. circ. annos partem in dextram colli inferius, superius parum versus: cujus vulnus diu claudi nequiit, tandem globo hinc inde sedem mutante sponte coaluit, denique inferius paulisper se movendo, ad infimam circiter colli partem versus nucham, jam, quonam devenerit, nec æger sentit, nec digitis amplius deprehendi potest; ab hoc autem tempore, quo deprehendi nequit, *immanes* patiens patitur per vicissitudines *capitis dolores pungitivos* in vertice capitis, & ad oculos versus, præserrim noctu, qui cum urina valde tincta tota nocte durant sine somno, quo tandem de die vigilias nocturnas compensat cum remissione subinde totali, subinde vero aliquali tantum, & urina tincta. Accessit etiam præ dolore aliqualis *cœcitas*, forsan ob aliquos humores ad principium nervorum optico-

rum

rum detrusos, quæ præteritis temporibus sponte curabatur ob dolorum remissionem, jam autem iterum cum doloribus ad 2. menses durantibus illa rediit. Putabant Adstantes forsan *febriles accessiones* etiam conjungi, quæ tamen nulla *pulsus febrilis* nota se manifestant, immo siti ita caret, ut integra die & nocte potu carere possit. His symptomatibus jam per mensem & ultra accessit leve alioquin *delirium*. Cæteroquin subinde bene comedit, nullaque bilis exsuperantia notari potest. His omnibus occurebatur hucusque tam genericis quam specificis ex triplici fonte desumtis remediis. Hucusque verba Excell. *Dn. D. Bayeri.*

Cum autem Dn. Patientis uxor historiam hancce multis circumstantiis mancam & mutilam esse crederet, insuper schedulam mihi tradidit, cui sequentia inscripta erant:

Meines Mannes Zustand hat A. 1695. um Lichtmeß wiederum mit einem **Kopffwehe** angefangen/ und solches biß Pfingsten gewähret. Ihr Gestr. Herr D. **Bäyer**/ haben immerdar an der Kugel curiret/ auch in der Fasten auf 4. Wochen ein **Bad** verordnet/ welches jeden Tag mit 2. Stunden geschehen müssen/ dabey aber nicht spüren können/ ob es ärger oder besser ist/ dann der eine Tag ist böß/ der andere aber gut/ als wäre es ein **Gallen-Fieber** gewesen/ und endlichen ists von selbsten außgeblieben. Im Sommer aber/ in Festo Portiunculæ, Abends zuvor/ ist mein Mann spatzieren gangen/ und/ nachdem er wieder heimgehen wollen/ ist er auf dem kleinen **Donau-Brücklein** ein wenig stehend verblieben/ und allda in eine **Freiß** gefallen/ und als solches bey einer Stunde gewähret/ hernach bald wieder umgangen/ auch ihme weiter nichts zu schaffen geben. Darnach ist dieser Zustand 20. Wochen außgeblieben/ aber an der **Quatember** zu **Weyhnachten** wiederkommen/ dann eben dazumahlen er in der Stuben wieder in ein **Freiß** gefallen/ eine Viertel Stunde darinn gelegen/ jedoch bald wieder besser worden/ und zu sich selbsten kommen/ hat sich den andern Tag darauf auch gantz wol befunden; den dritten aber zu Morgens um 8. Uhr/ ist er wieder/ ohne eintzige Wehtag zuvor/ in die **Freiß** gefallen/ und darauf im **Kopff 8. Tage verruckt gewesen**/ jedoch immerdar besser worden/ so aber nur 14. Tage gut gethan/ hernach ist das **Kopffwehe** wiederum erst recht angegangen/ und hat ihn gleich dergestalten mit Gewalt angegriffen/ und in das Bett geworffen/ auch ihme den **Verstand verruckt**/ und sowolen auch dabey deß **Gesichts beraubet** worden/ daß er das minderste nicht mehr gesehen hat. Dermahlen kommt

mir aber das Kopffwehe vor / wie ein Fieber / dann der eine Tag gut / und der andere böß ist / indem es von dem Genick hinten in den Kopff und Hirn mit Gewalt hinein fähret / daß es ihme die Augen auftreibet / und er zum öfftern in einer Schwächen da ligen thut; die Fantaseyen sind schier niemahlen / wann schon das Kopffwehe nicht vorhanden gewesen / außgeblieben / und währet dieser Zustand schon 10. Wochen. Ihro Gestr. Herr D. Bäyer / hat allezeit an der Kugel curirt / aber ihn niemahlen recht außpurgirt; Ich habe den Urin s. v. andere Verständige sehen lassen / so einhellig der Meynung gewesen / daß die Galle sehr groß / und sich schon außgegossen habe / die Hitze sey inwendig / und das Geblüthe gantz unrein / wie auch der Magen sey gantz verschleimt. Ist ein schlechter Durst vorhanden / und er dermahlen gantz schwach / weist wenig / oder aber bißweilen gar nichts um sich selbsten. Vorm Jahr hat er den Schein am rechten Auge gantz verlohren / jedoch um Jacobi ist selbiger völlig wiederum kommen / anheuer aber / so bald das Kopffwehe wieder angefangen / ist das rechte Aug gleich wieder dunckel / und er alsdann deß völligen Gesichts beraubet worden / anjetzo aber bekommt er wieder einen wenigen Schein. Der Urin ist immerdar / wie ein Tyroler-Wein / gantz hoch / bißweilen aber hochgelb und gantz dick / wie auch molcket.

Hucusque Relatio uxoris, cui notabile sequens addebat, maritum ante circiter biennium *Monaco* domum tendentem in diversorio quodam lodicibus haut adeo puris per noctem incubuisse, & ab illo tempore, cum per 13. annos antecedentes *cephalæam* nullam sensisset, se demum ea corripi cœpisse, cum pruritu totius corporis, ex ordinatione Excell. *Dn. D. Beyers Decocto quoque lignorum* per longum tempus, sed absque ullo fructu bibisse. Cum ante quindecim annos globum plumbeum, explosione facta, collo impegisset, illum, cujus tunc ministerio fruebatur, Chirurgum ad excisionem globi, cum extractioni locus non esset, paratum fuisse, sed cum prognostico, eam fieri non posse, nisi simul vellet *obstipus* evadere, quod quidem præcavere, ob ligamentorum colli præcisionem, esset impossibile. Cum igitur a globo molestiam in collo plane nullam advertisset, eum tolerare malum, quam obstipum fieri, maluisse. His itaque & multis aliis consideratis, desumto etiam a *juvantibus* & *nocentibus* indicio, item, quod per annos tredecim globus plumbeus molestiæ, nedum doloris, nil quidquam, in viro etiam aulico (nam antea *Reverendissimi Episcopi Augustani Cubicularius* fuerat,) Diætæ variis excessibus obnoxios creasset, in eam denique veni senten-

tiam, Excell. *Dn. D. Bayeri* opinionem, quod pace viri dixerim, elencho causſæ laborare, malique ſcaturiginem in *contagio luis*, nulla ſua culpa in impuris lodicibus contracto, eſſe arceſſendam, methodum itaque medendi ex longe alio fonte eſſe hauriendam. Duro proinde nodo durum cuneum, affectui complicato & gravi generoſum remedium, *Hydrargyroſin* dico, applicari decrevi. Dabam uxori *pilularum Wildeganſianarum* n. XV. quibuscum immanes *capitis dolores* compeſcere conſuevi, juſſi, ut noctu hora 9. *numero tres* ex *hauſtu cerviſiæ* propinaret, me ægrum ipſummet intra paucos dies viſitaturum, &, quod ex re eſſet, ordinaturum promittens; cum *die 27. Martii* illic appuliſſem, *cephalæam* equidem parum remiſiſſe comperi; Patiens interim rationis uſu pleniore non gaudebat, quam infans anniculus, aderat *ſcotomia*, conſtabat appetitus. Acceríivi Chirurgum, cui totum *ſalivationis* negotium chartæ inſcriptum commiſi. *D. 3. Aprilis* initium rei factum, ſequenti methodo. Mane *quantitas caſtaneæ* capiebatur de *Electuario*:

℞. *Conſ. roſ. r.* ℥iiij.
Mercurii dulc. vit. par. ℈iiij. *M.*

Pomeridie tertiâ ſumebat *guttas* xx. *Tincturæ bezoardicæ* ex *cochl. potus* ordinarii. Spina dorſi cum carpis & genubus inungebatur alternis diebus primo ℥ß. poſtea ℥j. denique ℥ ß. *unguenti*:

℞. *Ung. roſat.* ℥iij. *Mercurii v. v. curr. purif.* ℥j.
ol. lign. rhod. ʒij. *M.*

Empl. de ran. Vigon. cum Mercurio nuchæ applicabatur. *Potus ordinarius* erat talis:

℞. *Rad. ſarſapar.* ℥iij. *chin.* ℥j.
ſem. fœnic, ʒij.

Conc. cont. coq. in mens. vj. *aq. font. ad reman. mens.* iiij. *D.*

D. 12. April. Chirurgus ad me ſequentia:

Die Cur mit Hn. Spital-Pflegern haben wir fürgenommen/ wie E. Geſtr. haben vorgeſchrieben und befohlen. Das Kopff-Wehe iſt den erſten Tag/ nach dem Einnehmen der Latwerg und Tinctur/ gleich gantz außgeblieben / und nicht das geringſte mehr geſpürt worden. Den Speichel belangend / iſt er erſt nach dem dritten Schmieren kommen / zwar erſtlich nur gemach / und mit einer kleinen Laxierung / durch welche viel und abſcheuliche Materie iſt hinweg kommen / dermahlen aber gehet er ſo allgemach her / daß wir doch alle 24. Stunden eine Maaß bekommen/ und ſchmeckt abſcheulich/ und iſt gantz weiß/ und bißweilen gantze Brocken Schleim drinnen. Das Geſicht iſt ſamt dem Zahnfleiſch etwas geſchwollen / doch nicht viel. Die Fantaſie nimmt immerdar

etwas ab; habe keinen Zweiffel / biß die Cur außgehet / werde diese auch mit hingehen; die Augen aber werden in währender Cur etwas blöd / und absonderlich das lincke. Ob solches vielleicht von dem Einnehmen oder Schmieren kommt / können Ihr Gestreng am besten wissen. Die Ohren saussen ihm / wie ein Garn-Hasen Tag und Nacht. Können Ihr Gestr. also bey diesem Botten berichten / und befehlen / was mehrers zu thun ist / &c.

Joh. Caspar Heiß / Barbierer und Wund-Artzt.

D. 16. Aprilis Ægrum ipse adhuc in *salivatione* occupatum invisi; sed mirum quantum mutatum inveni. Siquidem jam prudenter loquebatur, quamvis per intervalla modicum, & vix sensibiliter, delirarct: *Cephalæa* plane intermiserat, sed oculi vehementer caligabant, quod spiritibus animalibus per lympham a *salivatione* in tumultum excitatam & turbidam nimium inquinatis adscribebam: Jussi proinde, ut remotis *emplastro, Electuario* & *tinctura* cum solo *Decocto pro potu* ordinario pergerent, donec *salivam* cum omnium symptomatum remissione, non amplius succedere cernerent: Hinc *Decocti* sequentis mane *quartarium dimidium calide* in lecto propinarent, injuncto semper largo sudore, quo ad dies 14. usurpato, curæ finem imponerent:

℞. *Ras. lign. Guajac.* ℥iiij.
cort. ejusd. ℥ij. *ras. lign. sassafr.* ℥j.
rad. sarsapar. ℥ij. *chin.* ℥j.
miner. ♁. *Mercurii viv. curr. aa. in pet. lig.* ℔ß.
passul. min ℥ij. *sem. fœnic.* ℥ß.

Concis. cont. inde olla nova, superlutato operculo, affusis prius aquæ font. Mens. vj. △*e lentissimo digere potius, quam coque, ad consumt. partis dimidiæ. D.*

D. *27. Aprilis.* Mit meinem Mann gehet die Speichel-Cur bereits zum Ende / daß man also schon etliche Tage mit dem vorgeschriebenen Schwitzen continuiret / und ist er / dem Leib nach / ziemlich wol auf / schmeckt auch das Essen wol: Alleinig verliert er das Gesicht von Tag zu Tag je mehrer / also / daß er bereits am lincken Aug gar nichts / und am rechten wenig sihet / auch dieses von Tag zu Tag schlechter wird / so wil auch das Saussen der Ohren nicht nachlassen. Dahero Ihr Gestr. eifferig bitte / Anordnung zu thun / damit das Gesicht wiederum kommen möge. Habe auch berichten wollen / daß sich der Speichel bey 2. Tag wiederum zu gehen anmeldet / doch nicht so starck / wie vorhero / so hebt ihm auch an der Halß

ziemlich

ziemlich wehe zu thun/ daß ihm eine grosse Heisere anligt/und also gar hart reden thut/ von welchem allem Ubrrbringer diß/ weitläufftigern Bericht erstatten wird/ 2c.

Cum vero ex præscripto meo sudare perrexisset, hæc omnia sensim remiserunt, *visu* etiam indies acutiore reddito, sic ut *mense Junio* iterum in publicum prodiret, omniaque sua munia sine ulla difficultate exsequeretur, animo, viribusque per *DEI* gratiam pollentissimus.

Jussi postea, ut præscriptæ diætæ esset observantissimus, &, quantum fieri posset, immodicum vini potum evitaret: singulis mensibus triduo ante vel post *novilunium*, per integrum annum, *pilulas hæmocatharticas* ex *jure* sumendas ordinavi:

℞. *Extr. cathol. Mercurii dulc. aa.* ℈j.
F. pil. n. xx. *pro una dosi.*

Quas magno cum valetudinis commodo statis temporibus usurpabat. Et, cum circa *æquinoctium autumnale* consultum existimarem, ut *venam* sibi tundi pateretur, idipsum die 14. Sept. fecit, sanguine laudabili ad ℥iiij. emanante. Biduo vero post *Venæsectionem* litteræ tales ad me datæ: Berichte/ daß zwar mein Mann sich nach der Aderlässe/ als selbigen und nachfolgenden Tag/ ziemlich gesund/und wol auf befunden/ heut früh aber zwischen 5. und 6. Uhr/ als er aufgestanden/ und sich in einen Sessel gesetzt/ sich anzukleiden/ ist sein vorheriger Zustand abermahlen ihn ankommen/ dahero er etliche helle Schrey gethan/ und gleich darauf in die Fraisch gefallen/ mit Händen und Füssen starck geschlagen/ wie auch starck sich verbissen hat/ welches bey einer Viertel-Stund gewähret. Nach solchem habe ich ihn auf das Bett zur Ruhe gebracht/ auf welchem er einen Schlaff gethan/ und nach 2. Stunden wiederum aufgestanden. Obwolen ihm jetzund wiederum ziemlich gut/ nichts desto weniger verspüre ziemlich Schwachheit deß Haupts; was dessen Ursach/ weiß ich nicht/ ausser/ daß er am Tag der Aderlässe/ und folgenden darauf/ mehrers/ als sonsten/ Wein getruncken/ 2c.

Misi medicamenta sequentia. Quodsi denuo tali paroxysmo corriperetur, *salis volatilis oleosi gutt.* xxv. illico cum *aqua fl. til.* infunderent, madidumque hujus aliquot *guttulis* linteum naribus admoverent. *Pilulis menstruis* diligenter uti pergat, itemque *pulvere cephalico* mane ad ℈ß. ex quolibet vehiculo, per integrum annum:

℞. *Rad. & sem. pæon. mar.*
antih. Poter. aa. ℈ij.
cran. hum. philos. Ungul. alc. philos.
CC. philos ♁. *nativ. aa.* ℈j.
Coral. r. ppt. matr. perl. ppt.
succin.

succin. a. ppt. sang. Drac. ver. aa. ʒß.
ol. nuc. mosch. expr. gr. vj. *facchar.* ʒvj.
M. F. ♀. *subtiliss.*

Imperavi etiam, ut, quando per diuturna isthæc symptomata caput adeo debilitatum existat, ut pristinum robur sperare non liceat, ipse studiosissimus esset diætæ & vino nunquam ultra modulum indulgeret, quibus observatis hactenus athletice vivit, & ab eo tempore nihil omnino, de quo conqueratur, habet. Scribimus autem ista *d. 20. Octobr.* 1697. Atque adeo affectus tam diris symptomatibus, *cephalæa enormi, morosi, cæcitate & epilepsia stipatus,* mediante *salivatione,* funditus est sublatus. DEO summo sint sempiternæ laudes!

* *

De Fato Medicorum.

IN schedis B. mei in Conjugio Antecessoris *Dn. D. Joh. Henr. Hilleri, Physici* olim *Marbacensis* in inclyto *Ducatu Würtembergico* celeberrimi, forte reperi acrem invectivam *B. Dn. D. Caroli, Physici* in eodem *Ducatu Leomontani,* in *Medicastrum* quendam *Parochum,* quam ob facetum & salsum scribendi genus *in* eorum solatium, qui similes quotidie querelas in suis functionibus nectere coguntur, atque, ut vel sic Beati Viri, Dn. Auctoris memoria refricetur, communicare decrevi:

Domine Pastor & vicine colende!

QUod de *Africa Græcorum* erat effatum, *semper aliquid novi illam alere*, id jure non immerito viciniæ quoque nostræ accommodari potest. Tulit illa toleravitque hactenus *Medicastros* & *Medicatrices*, numero haut exiguo, varii nominis valorisque, *Carnifices, Agyrtas, Rhizotomos, Cinistones, Fodinarum fossores, Zingaros, Tonsores, Aniculas, Thrasones, maleferiatos perfidosque alios*, a quorum commentis atque quisquiliis deludi se mire, falli, perdique varie passa est.

Accessit magno isti *Caco Medicorum* numero gentique crumenimulgæ, nemine illud opinante, *urinosa Tua claritas*, quæ sacris quidem, superum nutu, destinata ministeriis, nauseante S. Codicem stomacho, herbaria primum pervolvere, mox matulas inspicere, degustare, & blandiente ita curioso palato, de restituenda ruinosa corporis humani structura, seposita aliquousque animarum cura, cogitare cœpit; successu equidem non penitus irrito. Inde enim factum, ut brevi famosior urinarum, quam verbi divini, Vates inclarueris, nec satus a quoquam, nec cultus, sed, fungi instar, paucarum horarum dierumve spatio prognatus. Sed longius forsan, urinose Vir, tui petendi erunt natales, & vel ex ipsa, si conjecturæ locus, culina, cui dirigendæ præfixus quondam officiose fueras, cum coquum ad *Nicrum*, in ædibus *Martino Planschio* sacris, ageres: ibi sine dubio alterare

alterare juſcula, diſſolvere pinguedines,condire,aromatiſare,infundere fructus, herbas,varia alia,decoquere,deſpumare didiciſti,parvis cæteroquin præviis,majora ſenſim, uſu etiam poſtmodum exigente ipſo, incrementa capeſſentibus, revelato maxime in *Apollinis* ne? aut *Æſculapii*, an *Theutæ* fano *urinali Idolo*, cujus *Miſta* mox, libatis aliquot victimis, cluebas, ut ſolenni jam amictus infula, ex oblata tibi undecunque Urina, tanquam ex tripode, divinare de morbis pulcherrime noris, nec ſegnius eos depellere, tot inſtructus, ut autumas, ſecretis, quibus morbis, mortique fatorum tantum non neceſſitati ſufficientibus, famam tibi & applauſum undique aucupaſti. Apposite ergo omnino, &, ſi quisquam, veriſſime Poëta:

Fingunt ſe Medicos, quivis Idiota, Sacerdos,
Judæus, Monachus, Hiſtrio, Raſor, Anus.

Aſt, quorſum illa tua *polypragmoſyne?* quæ te ratio, quæve neceſſitas urget adigitque, ut præfixos tibi, &, ſi nuſquam, ad *provincialia tantum jura* adſtrictos *Vocationis* limites licentioſius transſilias?

Ah! Medice infelix, quæ Te dementia cepit?

Animarum Medicum te eſſe voluit divina providentia, quas, ut inculpatas ſervatori tuo, quantum licet, ſcelerisque puras, ardentes in precibus, conſtantes in fiducia, perſeverantes in afflictionibus ſervares, aut labaſcentes quadantenus, deviantes, deflectentes, vario læſas modo, maturo ſublevares auxilio, arma quoque & remedia, eaque nullis conferenda, conceſſit; *Verbum* nempe, & *Sacramenta*, panacæas omnibus majores encomiis. Quin ergo, prout vocatus es, ita ambulas? Quin commiſſas tibi ſuperne curas gnaviter, prout decet, ac ſollicite urges? & de ſervandis magis Promacho tuo, lucrandisque animabus, quam corporibus, anxius es? Qua enim fronte falcem in alienam meſſem immittis, quove juris prætextu morborum curationem tibi præſumis, ſuppetentibus undique Medicis & doctis & peritis probatisque, *Sereniſſimi* etiam auctoritate conſtitutis, qui ſolenni devincti ſacramento, quam non obiter & perfunctorie, ſed fideliter didicerunt, Medicinam facere & poſſunt & tenentur? Sacrum ſi ſæpius pro matula inſpiceres codicem, latere te diutius haut poſſet, qua te temeritatis nota *empiricis* iſtis inimicisque conatibus pollueres, quamque graviter divina Nemeſis lubricæ ejusmodi levitati ſuccenſeret. Procaci equidem inſtituto ne ſpecioſa aliqua deficeret larva, prolixum charitatis Chriſtianæ, (cujus crebris micationibus incitatus brevi quoque reſarciendis tibialibus, calceisque reſuendis operam opemque tuam accommodabis, ſpero,) pallium eligis, quo munitus velo tecta omnia, tutaque cenſes. Quaſi vero omnes amo-

ris igniculi, in symmystis tuis extincti, in Te solo revixerint? Quinimmo *urinaceus lucri odor* nares tuos ferit petitque, tantique materiam consilii suppeditat, quod, an bene ex omni parte eventurum tibi fiet, tuum erit attendere. Velim tamen persuasissimus sis, non defuturos, qui, quod fortunæ bonorum virorum famæque, nullo munitus diplomate, male sanus inhiare, repetitasque leviter contemnere interpellationes non desistas, in contumacem tuam pervicaciam graviter sint animadversuri. Meum interea fuit, de istis tergiversationibus te monere, saniоremque mentem tibi apprecari, ne imminens cervicibus tuis supplicium, inevitabili existimationis damno, sero sapiens luere cogaris. Tuarum quæ sunt partium, age? Habet Ecclesia, proh dolor, ut habuit semper, habebitque nævos, morbos truculentissimos, quibus evellendis, impetendis, oppugnandis, manus viresque, prout teneris, confer, ut subacta hæreticorum cohorte, liberius vel tandem respirare gementes sub tanta afflictionum, persecutionum, scandalorumque mole, piorum animæ valeant. Nihil servatori tuo gratius, Ecclesiæ gloriosius, teque ipso dignius præstare unquam poteris. De morbis corpus humanum concernentibus, videbunt alii.

Disce, quod ignoras, mandato munere fungi,
& fuge, ceu pestem, τὴν πολυπραγμοσύνην.

Urinosæ tuæ claritati
a serviтiis
Physicus Leomontanus, Theodorus Carolus, D.

Tit.

Domino *Creilingio*, Pastori *Eltingensium*, *Polypragmoni*, *Medicastro & Uromantæ* famosissimo. Meo nec Fautori, nec Amico, Vicino tamen modice colendo.

Scholion.

OMnia vera sunt, & sane, quam verissima, quæ Beatus *Auctor*, Vir elegantissimus, maleferiato *Medicastro*, in epistola probe condita objicit: Utinam quis operæ fructus fuerit insecutus. At plerumque oleum hic & opera perditur, siquidem *hoc Dæmoniorum genus, ubi semel incoluit, ægerrime rursum ejicitur*, & valde simile est, *pediculis inguinalibus*, qui profundius inuncantur, quam ut opera levi queant exstirpari. Sæpenumero miratus sum, quod cum *Medicina sit omnium periculosissima professio, quilibet tamen homuncionum in eam curiosius involare non vereatur.* Caritatis Christianæ pallio nequitia semper obvelatur, dieser soll der Schalcks-Deckel seyn. Atqui *caritatem Christianam occupari censebam in istis rebus, quæ sunt in potestate nostra.* Languentibus autem

facere

facere Medicinam; in ejus potestate non est, qui Medicam artem non didicit. Hominem vero ex caritate Christiana vel occidere, vel ejus certe vitam periculosæ fallacis experimenti aleæ exponere, *quæ hæc est caritas? Crudelitas* est, *Tyrannis*, *Latrocinium*. Jam, si quis prætendat se didicisse Medicinam, detur hoc demonstranti. Ac, si datum fuerit, non dum tamen sequitur, ei integrum esse, ut Medicinam exerceat. Quæ enim hæc est consequentia: *Ego calleo hanc artem, ergo mihi licet eam exercere?* Contradicent sic argumentanti in civitatibus opifices, sartores, sutores, idque generis alii. Tametsi enim quis tornio vel arcularius noverit calceos aut subligaria consuere, id tamen eidem neutiquam in urbe concessum est. Quid, si Medicus queat concionari? idemque facere prætendat? Was würde ein solcher greulicher *Creulingius* dazu sagen? Artem legitime licitoque modo non alii exercent, quam, qui ad eam exercendam sunt vocati, sacramento obstricti &c. secus, qui faciunt in omni professione, illi *non ingrediuntur per ostium in caulam ovium, sed aliunde adscendunt, ergo sunt fures & latrones, Joh. 10. v. 1.* Quid interesset Reipublicæ, si linitextor catenas, aut restio seras fabricaret? Attamen, quod sic inter artes mechanicas confusio oriretur, ut quisque suo semet opificio nutriat, prudenter cautum est. Cur igitur cuilibet sit licitum in hominis, *imaginis DEI*, viscera grassari? Præterea recte *Dn. D. Carolus* infert, si ex caritate Christiana cuilibet licitum est, quidquid vult aut potest, exercere, cur non aut *Creulingius*, aut quispiam *Creulingii* similis balneatoris interdum munere fungitur & vetularum porrigines defricat? cur non veteramentarii? cur non bajuli? cur non lignifissoris? sin reponit, alii sint ad hasce res constituti? atqui nos & alios praxi Medicæ præfixos esse, regeremus. Quid si *Creulingium* accedat egenus, & mutuo petat viginti florenos? Christianam tunc caritatem ad Garamantas relegatum iri, dejerare ausim. Caritatem isthanc ut exerceat, in sua quisque professione nancisci potest occasiones oppido multas, sic, ut aliorsum evagari necesse non habeat, quas caritatum species longa serie a fine suæ epistolæ recenset *B. D. Carolus* Parocho, siquidem velit, quod suum est, agere, quotidie exercendas; qui ægrotis cibum ministrant, pharmaca pro eis in officinis solvunt, aut eleemosynam largiuntur, unde sustentari, curari, refocillari queant, illi, quod Christiana caritas requirit, majori cum laude exsequuntur, quam, si cum vitæ coriive periculo ægris medicari sustinent, eosque his artibus juvare, quas nunquam didicerunt. Sed ejusmodi pretiosa caritas his tantis Christianis non arridet, magis illa placet, quæ habet *vim contractus innominati, do ut des &c. Atque sic utilis & quæstuosa caritas incipit a seipso & terminatur in seipso.* Tolerari vero posset in aliis ista *polypragmosyne*, minime omnium in *Parochis*. Quantum enim est, quod horum scapulis incumbit? Onus profecto, cui ferundo non *Hercules* unus, aut si quis-

 quam

quam in Historiarum momentis a robore celebratur, sufficiat! Animarum curam innuo, cui si velit incumbere parochus, cujus curæ vix animarum semicenturia creditur, næ, ille vix cibum absque curis capere, aut ullam noctem suaviter transigere possit, tantum abest, ut insuper praxi Medicæ vacare queat. Atque in hos plane quadrat illud *Ecclesiastici, cap.3. v.22. seqq.* *Altiora te ne quæsieris & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi DEUS, illa cogita semper & in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus; non enim tibi prodest ea curare, quæ abscondita sunt; In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus ejus non eris curiosus, Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi Multos enim supplantavit præsumtio illorum & confidentia mala intellectus eorum perdidit eos.* Eleganter versio *Lutheri*, & *paraphrasis Vinariensium*: Dencke nicht über dein Vermögen/ (was du nicht verstehest / und dir zu verrichten Amtshalben nicht obligt/das nimm dir nicht für/) sondern/ was GOTT dir befohlen hat/ (was deines Amts und Beruffs ist/) deß nimm dich stäts an. Dann/ es frommet dir nichts/ daß du gaffest nach dem / das dir nicht befohlen ist; und was deines Amts nicht ist/ da laß deinen Fürwitz. (Laßdünckel und Klugheit.) Dann / dir ist vor mehr befohlen (von GOTT nach deinem Vermögen auferlegt /) weder du kanst außrichten. Solcher Dünckel (eingebildete Geschicklichkeit /) hat vielmehr betrogen / und ihre Vermessenheit (daß sie allzuviel auf die Hörner genommen/) hat sie gestürtzt/ (in Spott und Schande gebracht.) Sin igitur cuilibet hominum plus est a DEO commissum, quam (secundum divinæ legis rigorem,) exsequi potest, quænam est *Parochorum* vana præsumtio, qui aliis insuper semet functionibus, velut *piperi muscerda*, aut *corchorus oleribus* immisceant? Aut enim se magis posse præstare, quam ipsis DEUS commisit, mendacissima persuasione, præsumunt, (qualia *supererogationis opera Evangelici* nusquam admittimus,) aut officium sibi a DEO commissum *parergi loco* habent, atque adeo negligenter tractant. Immo, quia extra vocationis suæ vias ambulant, olim rationem sunt patrifamilias reddituri, sed talem, cujus sententia ipsos ad lævam ablegabit, eo quod duplici modo, *commissionis* nempe & *omissionis peccato* delinquant. Nec vero solis ista *Parochis Medicastris* dicta putantor. Eadem sors manebit omnes alios extra suæ vocationis limites vagantes *Pseudo-Medicos*, sive sint illi *Pharmacopœi*, sive *Chirurgi*, sive *Balneatores*, sive quisquiliarum hujuscemodi aliarum portiunculæ, Nam respondete mihi, o miseri vestrum ipsorumet impostores, ad argumenta:

Aut estis Medici, aut non estis.
Si estis, probate;
Si non estis, qua fronte, qua conscientia praxin exercetis?

Porro:

Aut nulla est Medicorum vocatio, aut vos praxin exercendo malefacitis:
Atqui est Medicorum legitima vocatio. Ergo.

Quid si per Empeiriam vestram unicum hominem occidatis, nunquid tunc meliores estis latronibus? Non crediderim. Præscribitis fortasse medicamentum *emeticum, purgans* &c, ægrotus patitur *hypercatharsin, convellitur, moritur*; Jam, aut estis indurati & perversissimi nebulones, quibus perinde est, sive moriatur æger, sive convalescat, aut, si vobis est christiani sanguinis gutta, perpetuis conscientiæ morsibus affligimini, semper cogitantes: *Si medicamentum hoc non dedissem, fortasse patiens mortem evasisset:* nam ego nec Medicinam legitime didici, nec ad eam exercendam vocatus sum. Oro igitur vos, obsecro, obtestor per *DEUM*, per hominum ad hujus imaginem conditorum, valetudinem, per animarum vestrarum salutem, cavete vobis & abstinete ab ista *polypragmosyne*! Christianorum corpora sunt *DEI* templa, *si quis autem Templum DEI violaverit, disperdet eum DEUS*, 1. *Cor.* 3. *v.* 17. Igitur, *unumquemque sicuti vocavit DEUS, ita ambulet: & unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Unusquisque in quo vocatus est, permaneat apud DEUM*; 1. *Cor.* 7. v. 17. 20. 24. *Nemo vestrum patiatur, quasi homicida, aut fur, aut maleficus, aut NB. curiosus alienarum rerum*; Germ. Der in ein fremd Amt greifft / 1. *Pet.* 4, v. 15. Beharre in deinem Beruffe / vertraue GOTT / und bleib in deinem Beruff / *Sir.* 11. v. 21. 23. Sin aliqui vestrum objiciant, v. gr. *Pharmacopœi:* se a solis Medicorum Receptis vivere non posse; *Chirurgi:* Tonsuras & venæsectiones ipsorum alimoniæ non sufficere, nec in eorum gratiam quemquam aut crus frangere, aut per scalas delabi, &c. Illi sciant, se desperare in functione sua, nec in *DEI* promissionibus confidere; wer aber an seinem Amt verzagt / (Vinariens. Wer auß seinem ordentlichen Beruff schreiten und lauffen wil /) wer wil dem helffen? *Sir.* 10. v. 32. Præterea, quæ ratio consequentiæ: *Ego per artem meam vivere non possum, Ergo alia mihi est exercenda, quam nunquam didici?* Ergo muß ich ein Brodt-Abschneider werden? Et, cur non idem toleratur in aliis professionibus? Ulterius objiciunt: Nos neminem Patientum obtorto collo ad nos rapimus, Ipsi veniunt

niunt invocati, orant, instant, donec precibus ipsorum victi misericordes nostros oculos ad ipsos convertamus. Resp. Probe rem curastis. Nondum vobis obtigit, quod *Morioni* apud *Molierium Histrionem Gallicum*, qui, cum lignis findendis operam collocaret, aliique eum, ceu Medicum alloquerentur, se Medicum non esse tamdiu protestatus est, donec verberibus coactus Medicum se esse fateretur. *Quam suavis est illa vis, quæ vobis adeo nolentibus infertur!* sed audite: nonne stultissimus esset ille sartor, cui quis par calceorum consuendum afferret, ipseque calceos, quos nunquam consuere didicit, perficere tamen sustineret, conquerentibus postea de ea re sutoribus responderet: Ego non vocavi istum hominem: cur me accessit? Nonne se turpissime daret, qui ad instantiam alius carmen conscribere auderet, cum Poësin nunquam didicisset? Objiciunt ulterius: Tametsi moriantur aliqui, pharmaca qui per nos hauserunt, multi tamen etiam sani evaserunt, multi mortui, qui *Medicorum* sunt manus experti. Resp. Evaserint aliqui. Casu evaserunt, non Consilio, non prudentia vestra. Cohortes ab Imperatore stolido imprudentius præliatum abducti, non omnes intereunt, multi etiam evadunt. Si quis imprudens Nauclerus impetu vesano clavum dirigat, & navis in portum feliciter impellatur, id casu factum, non prudentia imperiti naucleri: Quid si *DEUS* aliquorum misereatur, & gladium quem furentes in ægrotorum viscera strinxistis, elidat? Secus res habet cum *Medico*. Moriuntur & sub hujus cura non pauci. Moriuntur ut milites; moriuntur, ut vectores; utrique a prudentissimo Chiliarcha & Navarcho ducti; Consilio ducti; providentia ducti: Talis enim est belli, talis est maris alea. Si *Medicus* morbum per signa sua sollicite scrutatur, caussas sapienti indagine eruit, indicationes prudenter fabricatur, medicamenta ad artis normam cura, qua decet, maxima excogitata, præscribit; æger his ad normam præscriptam utatur, tunc officio suo, (officio, inquam, cui a *DEO* & Magistratu præstitutus est, de quo *Medicastri* gloriari non possunt: Jene können auf ihr Amt trotzen/ *Sir.* 10. v. 31. das müssen diese wol bleiben lassen/ und können also in Widerwärtigkeit nicht getrost seyn/ ib.) satisfecit, quamvis æger moriatur. Etenim

Non est in Medico, semper relevetur ut æger,
Interdum docta plus valet arte malum!

Multa sunt, quæ Medici etiam prudentissimi curam frustrari possunt, ægri, adstantes, medicamenta non rite parata, terminus fatalis, alia. Si quis *Medico* ogganniat, cur non curasti Patientem meum? ipse tueri se potest, quod ex officio τὰ δέοντα fecerit. Numquid & Medicaster eadem se responsione tueri valet? num & ipse fecit ex officio? num & ipse τὰ δέοντα? Quavis talpa cœciores

ciores fuerint, qui ejusmodi futilitates & affanias, ejusmodi vana λημήματα non viderint? Moriantur sub ordinarii *Medici* cura patientes; quid hæc ad te, *Medicaster*? Ipse *Medicus* est, ipsi coram *DEO* ratio reddenda. Plerumque insuper usu venit, ut isti *Pseudo-Medici*, *Receptarum fures*, expiscatores, expilatores, in sua quisque professione, quam minimum valeant, nauci sint & nihili. Quot ego vidi *Chirurgos* & *Balneatores*, qui in morbis internis curandis gloriosissimi thrasones, aliorumque Medicorum Contemtores erant; cum vero manum luxationi aut fracturæ commodare, id est, quod suum erat, exsequi deberent, bone *DEUS*, quam erant *Asini ad lyram*! quam illis belle conveniebat apparatus Chirurgicus? Scilicet, veluti *bovi Clitellæ*. Piget autem, tot operæ in hanc invectivam erogasse, præcipue, cum isthæc cantilena non sit nova, sed eandem nobiscum cecinerint per integros tractatus eruditi viri. *Threnodiam Medicam* scripsit *Mindererus*, *Götsius Apologiam Medicinæ contra Medicastros*, *Ludov. ab Hörnigk Medicastrum Apellam*, *Nic. Hobokenius Orationem de abusu Medicinæ*, *Georg. Kirstenius invectivam in Medicastros præfatione Adversariis contra Agricolam præfixa*, *Charletonus in Appendice ad elegantissimum tractatum de Arthritide &c. sic etidem utriusque sexus Medicastri falsissime ridentur & notantur in Ann. II. Dec. I. Ephem. curios. Obs. 25. Schol. It. Ann. VIII. Dec. II. Obs. 63.* 182. & 183. *Vid. m. Rebeque Obs. 89. p. m. 142. it. Schol. ad Obs. 53. Spindleri*, *Muralt. Hipp. Helvet. p. m. 222. & in Dedic.* der *Chirurgi*schen Schrifften. De *Medicastri Chirurgi* temeritate contra *Medicum* Juvenem ægrotæ cuidam funesta *Binning, Cent. I. Obs. 39.* Sic Excell. *Welschius Disp. de singularibus thes. 35.* fuse cum probasset, quidquid *Medicastri, Chimici, Pharmacopœi, Chirurgi* &c. norunt, id omne *Medicis* primario acceptum esse ferendum; *thesi* postea 54. acerrime etiam in impudicum genus *Medicastrorum* invehitur. Ipsi autem perfidi latrones nos sinunt invehere, conqueri, protestari, occlamare ad ravim usque, atque interim tacite nos rident, & faciunt, quod volunt; suavius enim est hoc peccatum, quam, ut propterea gehennæ pœnam evadere cupiant. Nobis interea veris & legitimis Medicis solatii nihil omnino relinquitur, quam, ut catholicum facultatum & scientiarum omnium fatum unanimi nænia deploremus, atque sic & nobis sit

Solamen miseris socios habuisse malorum.

Non enim soli nos Medici sumus expositi tot tantisque calamitatibus; non soli nostræ Professioni corvi petaces inhiant, non soli sumus, quorum omnia dicta, scripta, facta, censuram æmulorum, quin imperitissimi, sed & maledicentissimi, vulgi, subeunt. Idem fatum nobiscum experiuntur & Viri *Theologi* & *Jurisperiti*. Quotusquisque muneri ecclesiastico præficitur, quin simul mare

calami-

calamitatum & calumniarum ingrediatur. Si quis *Concionatorum* est *holosericus, mollicellus, canis mutus*; *Es.* 56. v. 10. qui *alopecia* laborat, qui *loquitur suis Auditoribus placentia*, *Es.* 30. v. 10. *qui stillat ad vinum & ad Siceram*; *Mich.* 2. v. 11. is per se satis & heu! nimium est infelix; licet insuper mundi persecutiones non experiatur: At, qui tam incivilis est, ut scapham scapham appellare audeat, qui *clamat ex gutture, nec cessat, qui, quasi tuba exaltat vocem suam. & annunciat populo scelera*, *Es.* 58. v. 1. *qui indicat verbum. instat opportune, importune, arguit, obsecrat, increpat, opus facit Evangelistæ & ministerium suum implet*, 2. *Tim.* 4. v. 2. 5. Bone *DEUS*! quæ hunc angunt ac tangunt intemperiæ, quam irritantur crabrones? Quæ tunc malignantium consilia sonant? *Venite, & cogitemus contra hunc concionatorem cogitationes: venite, & percutiamus eum lingua*, *Jer.* 18. v. 18. Licet autem ipsorum officio ita sit cautum; ut nemo facile alius illud adoriri audeat, concionari puta, aliosve sacros actus administrare, eorum tamen conciones & actiones vel lanionum & ambubajarum censuram incurrunt, sicut hic longitudinem, alter brevitatem, iste Stylum, ille vehementiam concionis incuset; huic Parochus audit blæsus, alteri balbus, tertio stentor, quarto mussator, & quæ sexcenta sunt alia. Denique, num bonos illos viros intentionem suam & finem sæpius adsecuturos credas, quam nos Medicos? Minime gentium. *Concionantur*, *sed quis credit ipsorum concionibus?* O utinam e centum animabus, quarum curam summa, ut decet sollicitudine, gerunt, animæ decem salventur! Ad minimum nos Medici plura corpora, quam illi animas, lucramur. Si *Jurisconsultos* consultum imus, & hi suos manes abunde patiuntur: Quilibet Blatero Advocati munere defungi sustinet. Vel ipsi cerdones de Politicorum Consiliis varie judicant, & Rempublicam se longe melius gubernaturos esse, siquidem regimini præficerentur, vane jactitant. Consecutionem finis eorum quod attinet, quam multa Politicorum etiam excogitatissima Consilia pessum eunt? & ubi sunt isti Advocati, qui lites omnes componunt, qui de caussis omnibus triumphant? Quid ergo nos *Medici* fata meliora præstolemur aut exoptemus? *Ferendum igitur, quod mutari non potest: Babylonica confusio* omnes status & professiones turbare cœpit, sic & *Medicinam*. Fuerunt, sunt & erunt *Medicastri*, usque ad mundi interitum. Olim quidem non erat sic. Erant *Medicastri*, sed, vel in urbibus clanculum, vel in ejusmodi locis, ubi non erant *Medici*, praxin illicitam exercebant; hodie vero eo res devenit, ut quasi ex condicto & conducto palam formulas suas scribant, urinas explorent, ægros visitent, fronte omni exuta, quinimmo *Medicis* insultent, eorum *Recepta* taxent: quod adhuc magis, ubi *Medicus* ad ægrotum vocatur, *Chirurgus* haut raro jam adest, formulas *Medici* censet, utrum rite sint scriptæ, denique in ægri mortui *personalibus*, & *Medici* & *Chirurgi* fit expressa mentio. Nec est hujus carci-

carcinomatis ulla Medela. Qui rerum potiuntur, & Reipublicæ adsident, ipsi talium ante consilia exquirunt, quam *Medicum* adeunt; Jam, si v.gr. Chirurgus est Consulis Compater, Pharmacopœus ipsius Affinis, cognatus, Gener; quis hic Medicus resistat? Pœna DEI, universo orbi succensentis, sunt ejusmodi *Medicastri*, tolerandi igitur, sicuti *Zizania, usque ad tempus messis.* Mundus non fit melior, immo quotidie pejor. Æstuat mare confusionum æstu perpetuo, sic ut malacia nulla sit amplius speranda. Eo res deveniet, daß man auf die Letzte nicht mehr wissen wird/ wer Bischoff oder Bader ist. Ad panoletriam omnia vergunt. *Descendit Diabolus, habens iram magnam, sciens, quod modicum tempus habet,* Apoc. 12. v. 12. *DEUS nostri misereatur!*

* * *

Melancholia hysterica.

P*Art. I. horum Miscellaneorum pag. 236.* habetur historia *strangulatûs uteri*: De eadem ægra idem *Dn. Pastor* Anno uno post, nempe *10. Martii 1697.* ad me sequentia scripsit:

Euer Excell. werden sich vielleicht noch entsinnen können/ was massen bereits vor einem Jahr von Ihnen ein Consilium, wegen eines armen/ mit schwerer Melancholie geplagten Weibes eingeholet/ und deroselben Affect nach denen darbey sich ereigenden symptomatibus möglichst beschrieben; da dann Eure Excell. höchst-vernünfftig judiciret/ daß es eine Mutter-Melancholie sey/ und selbiger zu steuren/ verschiedene Medicamenta vorgeschrieben. Nun hat zwar im verwichenen Jahr/ sonderlich/ als das Solstitium æstivum vorbey war/ sich einige Besserung bey besagtem Weib ereignet/ und im zurück gelegten Herbst und Winter so wol mit ihr angelassen/ daß man der guten Hoffnung gelebet/ es werde sich nach und nach alle Schwermuth/ nebst andern Zuständen/ völlig verlieren: es findet sich aber leyder! das Widerspiel/ und der alte Affect mit grösserer Vehemenz, als jemahls/ ein/ so/ daß die Patientin weder Tag noch Nacht Ruhe haben kan/ und dabey zum öfftern in so erbärmlichen Zustand geräthet/ daß die ihrigen nicht allein in grossen Schrecken gesetzet/ sondern auch so wol/ als sie selbsten/ auf die Gedancken gebracht werden/ ob wäre sie gar vom Teuffel besessen.

Ob ich nun wol/ meines Orts/ mich nicht resolviren kan zu glauben/ daß dergleichen leibliche Besitzung obhanden sey/ so muß ich doch bekennen/ daß der Zustand deß armen Weibs so miserable, daß er auch/ wann gleich die Obsessio dabey wäre/ nicht viel jämmerlicher seyn könte. Sie

empfindet ståts eine Bangigkeit und Angst/ die/ wie sie sagt/ von einer e regione lienis, & hypochondriis auffsteigenden Hitze verursacht wird: wobey sie zugleich über ein innerlich Brennen unter dem Hertz-Grüblein klaget/ welches vorm Jahr im untern Leib / oberhalb deß Nabels/ sich ereignet. Bey überhand nehmender Angst/ stellet sich ein tremor & horror membrorum omnium ein; weil auch bey solcher Bangigkeit sie sich die feste Einbildung machet / es sey dieses eine pur lautere Seelen-Angst / und sie müsse / als von GOTT verworffen / ewig in diesem Stand/ andern Leuten zu einem Zeichen bleiben/ so fånget sie gemeiniglich an / jåmmerlich zu schreyen / und weil ihr / ihrer Außsage nach / die gantze Welt zu eng werden wil/ als unsinnig im Hause auf- und abzulauffen/ und manchmahl damit etliche Stunden zu continuiren. Zuweilen hats das Ansehen / als ob ein Paroxysmus von einem Mutter-Fraisch obhanden wåre / der ihr den Ruck-Grad einwarts beuget / und dagegen die Brust in die Höhe / auch den Bauch so auftreibet / daß er eine Stein-gleichende Hårte bekommet: ingleichem wird ihr die Zunge gelåhmet / daß sie entweder gar nicht / oder doch nicht recht reden kan / darbey sich auch der Nacken einzeucht/ die Arme und Hånde verdrehen/ und die hypochondria constringirt werden/ als ob man sie mit einem Strick zusammen rattelte. Nichts desto weniger bleibet bey allen diesen Symptomatis der Verstand und Empfindlichkeit unverruckt / also/ daß sie bey allen denselben dannoch schreyet/ und weil sie nicht aufrecht gehen kan/ auf allen vieren zu kriechen sich bemühet/ öffters aber in alle Höhe auffspringet / oder sich / mit schröcklicher Verstellung deß Gesichts/ hin und her wåltzet / unaufhörlich über die erschreckliche Ewigkeit klagend und schreyend. Weil sie nun in perpetuo motu ist/ so hat sie nicht den geringsten Schlaff/ zugleich aber einen unmåssigen Appetit zur Speise / also / daß sie auch hierdurch in ihrer Einbildung/ als ob sie besessen wåre/ gestårcket wird. Wozu noch dieses kommt/ daß sie manchmahl auch wider ihren Willen lachen muß / ob schon keine Ursach darzu verhanden / und ihr dabey sehr wehe geschiehet: welches sie dann ebenfalls dem vermeyntlich in ihr wohnendem Teufel zuschreibet. Und eben die wunderlich- und seltsame Impressiones, die sie sich bey ihrem Zustande macht/ und auf keine Weise außreden låsset/ sind fast der gröste Theil ihres Leydens/ welches sie ihr dardurch tåglich mehr vergrössert. Sie ist in allen Dingen / die ihr Haußhalten / Conversation mit andern Leuten / und/ mit einem Worte / das Zeitliche betreffen / gantz klug und verståndig / und

gehen

gehen alle ihre Anfechtungen nur aufs Geistliche / die ich doch nicht so wol für Anfechtungen / als blosse / selbst-gemachte Einbildungen / die bey der passione hysterica gemein sind / halten kan.

Wann nun bey so gestalten Sachen die **Seelen-Cur** / die sonst für Angefochtene gehöret / nicht verfangen wil / indem das principium mali am Leib / und nicht an der Seele / hafftet; als habe nöthig zu seyn erachtet / daß man vorhero auf eine **Leibes-Cur** bey dieser Patientin bedacht sey / in Hoffnung / es werde sich hernach / wann diese wol anschlägt / mit jener desto besser schicken / oder wol gar die ungereimten impressiones von selbsten nachbleiben. Demnach ersuche **Euer Excell.** hiermit Dienst-gehorsamlich / selbe geruhen dieses armen Weibes elenden Zustand in Großg. Consideration zu ziehen / und / wie selbigen könne abgeholffen werden / hochvernünfftig beyzurathen. Die hierunter habende Mühe solle mit schuldigstem realen Danck erkennet / und / was deß Weibes Armuth nicht vermag / von mitleydigen Leuten / und piis caussis beygetragen werden; massen in diesem Jammer-Stand sie verderben zu lassen / weder den ihrigen / noch mir / und einer gantzen Gemein allhier / verantwortlich seyn kan / zumahlen man / wann das Malum noch mehr überhand nehmen / und eine **Raserey** darzu schlagen solte / sich eines grössern Jammers / und darauß entstehenden Unglücks zu befahren. Zu mehrer Nachricht habe noch dieses / so oben zu melden vergessen / beyfügen sollen / daß dieses Weib von Jugend auf mit **Mutter-Wehe** / obstructione mensium, und dergleichen Zuständen behafftet gewesen / die auch bereits vor etlich und zwantzig Jahren einige / doch nicht so hefftig und langwührige Melancholie caussirt haben: die dißmahlige hat durch hefftigen **Zorn** / und dazu kommende **Bekümmernüß** ihren Anfang bekommen / rc.

Responsio.

WAs **Ew. Wol-Ehrw.** nochmahlen mit weitläufftig- und wol-beobachteten Circumstantien / wegen deß melancholischen Weibes an mich gelangen lassen / habe wol erwogen / und bleibe der vorigen Meynung / daß es nichts anders / als eine **Mutter-Melancholey** sey. Und / ob wol der leydige Satan / so wol den Leib / als das Gemüthe solcher **melancholischen** Leute sich öffters zu einer bequemen Herberge / nach **GOttes** Verhängnüß / ersihet / so findet sich doch bey dieser Person nicht die geringste Anzeigung einer **leiblichen Besitzung** / wie solche theils von mir selbsten bey

einer besessenen Person observiret / theils von andern Practicis beschrieben worden; massen alle von Ew. Wol-Ehrw. angezeigte / noch lange nichts unnatürliches zu erkennen geben / sondern sich bey einigen melancholischen Leuten noch wol viel seltzamer / als diese / dennoch ohne einige Obsession, ereignen / wie mir dergleichen Exempel schon viel unter die Hand kommen / und von den Auctoribus, sonderlich in *Willisii Scriptis*, ja in unsern *Ephemeridibus curiosis* hin und wieder in grosser Menge aufgezeichnet zu finden. Allem Ansehen nach muß das Geblüth bey dieser Frau nicht allein sehr schwer und grob / sondern auch scharff und corrosivisch seyn. Jenes bezeugen die melancholische betrübte Idéen / die durch das Geblüthe dem Hirn communicirt werden / und die Spiritus animales also verdüstern / daß durch die äusserliche Sinne lauter betrübte Objecta der Einbildungs-Krafft vorgestellet werden / von welchen dann die anima rationalis, als ein übel informirter Richter / (der bißweilen secundum acta & probata wider sein Wissen und Willen ein unrechtes Urtheil fället /) judiciret / daher dann die närrische Einfälle sich ergeben. Dieses / nemlich die Schärffe und Corrosivität / bezeugen die andere Symptomata, als die Angst und Bangigkeit / der Tremor & horror membrorum, die Unruhe und Schlafflosigkeit / die Contorsiones sterni, vertebrarum & artuum, inflatio & durities abdominis, der risus involuntarius &c. welche alle von nichts anders herrühren / als von einer contractione Spasmodica fibrarum & nervorum ab irritatione seri acris & corrosivi, die freylich einer Fraische zu vergleichen / ja / würcklich eine Fraische sind. Der unmässige Appetit kommt von einer allzugrossen Säure deß Magen-Ferments her / von welcher die membranæ stomachi ad sensum molestum percipiendum continuirlich velliciret werden. Der Verstand und Entpfindlichkeit bleiben unverruckt / weil das Gehirn nur per consensum afficirt wird / caussa mali aber in hypochondriis stecket / womit endlichen auch die jugendliche Zustände / als Mutter-Wehe / obstructio mensium, item, ehemahlige / doch gelindere / Melancholie accordiren. Der Zustand ist so arg nicht / daß er / vermittelst Göttlichen Beystandes / nicht solte curiret werden können / sintemahlen noch viel ärgere wieder curiret worden sind / und verfahren Ew. Wol-Ehrw. sehr Christ-klüglich / daß sie die nothdürfftige Veranstaltung hiezu verfügen helffen / weil sonsten / wo ein völliger Furor hierauß entstehet / viel grösserer Inconvenientien sich ereignen / und doch hernach caussa communis

darauß

darauß werden dörffte / wil nicht sagen / was man sich wegen vermuthlicher Desperation zu befahren. Es wäre aber / meines wenigen Ermessens / die Cur auf folgende Weise anzugehen: (1. Der saure Schleim / so die Gefrässigkeit bey ihr verursachet / müsse durch das Brech-Pulver / (so Morgens früh in warmer Suppen-Brüh zu nehmen / und darauf offt warme Brüh zu geniessen /) auß dem Magen gehoben werden:

℞. *Tartar. emet. gr.* iij. *C. alc. philos.* ℈ß.
ol. mac. gtt. j. *M.*

Nach diesem wäre die Median deß lincken Armes auf 8. Untzen / (NB. solche Leute vertragen largas Venæsectiones,) zu lüfften / welchen Tag man wil / wanns nur an keinem Monds-Bruch ist. Hernach solte man das Haupt- Nerven- und Mutter-stärckende Pulver alle Morgen um 7. und Nachmittag um 3. Uhr / zu 3. Messer-spitzen voll / in einem Löffel nachgesetzer Kräuter-Brüh 10 Tage aneinander einnehmen / und ein Viertelein gedachter Kräuter-Brüh drauf trincken:

℞. *Antihect. Poter.* ʒß.
lap. lax. ppt. ♁. *nativ. ppt.*
Coral. r. ppt. C. alc. phil,
conf. alk. int. aa. ʒi.
⊖ *fumar.* ℈ij. *facch. alb.* ʒj. *M.*

Man nehme Borragen-Blätter / Melissen-Blätter / Schlehe-Blüth / jedes 2. Hand voll / Skorzonera-Wurtzel eine Hand voll / hacke alles klein / und was davon frisch zu haben / nehme man frisch / lasse eine halbe Hand voll in einem Viertele in Fleisch-Brüh so lang / als ein paar harte Eyer / aufwallen / hernach durchseihen / außdrucken / und von dem außgepreßten Brunnenkressich-Safft 2. Löffel voll darunter thun / hernach auf oben-erzehlte Manier gebrauchen. Nachts / ehe man schlaffen gehet / nehme man von denen mitkommenden Piluln / (erant *Wildeganfiana*,) an der Zahl 3. ein / worinnen man wil. Wann die 10. Tage vorüber / wolle man am 11. Tage die Haupt-Ader am rechten Fusse öffnen lassen / hernach mit dem Pulver und Brüh weiters biß auf 4. Wochen fortfahren. Essen mag die Patientin allerley / nur / was zähe / schmaltzig und sauer / so wol von Saltz / als Essig ist / außgenommen / und ist dabey einer

guten Aufsicht / auch stätigen Zuspruchs nicht zu vergessen. GOTT aber segne die Artzneyen / erbarme sich dieser armen Frauen in Gnaden / und gebe ihr seinen Friede / &c.

Lentilius.

Quoniam huic ægræ nullo modo persuadere potuerunt, ut medicamenta præscripta illo ordine, methodo & diligentia, quibus par erat, usurparet, in eodem adhuc statu perseverat. Ejusmodi ægri raro curantur, nisi in locis aptis, ad suscipiendam curam vinculis, immo nonnunquam verberibus, adacti.

* *

Syncope hysterica flatulenta.

Mulier 30. annorum, à sex annis maritata, sed nullius adhuc prolis mater, *plethorica*, de sequentibus conqueritur: In *sinistro latere ad splenis regionem pulsatio, quasi viventis illic animalculi: post pressio circa præcordia cum phlogosibus, etiam ipsas manus, quin digitorum extremitates perreptantibus; Inde vertigo & syncope*; sic, ut sensus omnes aboleantur.

Paroxysmi sæpiùs recurrunt. Ordinata sequentia cum fructu:

℞. *Tartari em. gr.* iij. *cinnam. gr.* vj. *M. pro 1. dosi.*

Postea v. 5. in pede sinistro. Hinc mane & pomeridie *guttas* 40. *Tincturæ ex jusculo acetosa, endivia, fragaria & radice petroselini* medicato, ad 4. septimanas:

℞. *Tinctura flor. bellid.* ℥j. *& Coral.* ʒj. *M.*

Vitet acria, salina, aromatica, vini potum.

*

Phthisis cum febre tertianà diuturna lethalis.

Vir annorum 39. ad iram pronus, macilentus, ante quadriennium male spirare cœpit, *asthma* non semper cum roncho, quamvis continuum, primum sine *tussi*, screatu tamen materiæ viscidæ, sine *siti, anorexia* tamen. Ante biennium *tertiana intermittente* vehementissima laboravit per longum tempus, nondum penitus eradicata; Ab anno contabescit, a sex mensibus frequenter strias sanguineas exspuit; nunc a 14. diebus *tussis* violentissima, *lassitudo, lateris alterutrius dolor punctorius; alvi obstructio; siccitas oris; pressio stomachi post pastum*, cumprimis noctu; *maculæ hepaticæ, vomitus* interpolati: *Facies Hippocratica*. Dato prognostico *febrifugum: electuarium* scripsi mane noctuque ad *castaneæ quantitatem*:

℞. *Cort. peruv. subtiliss.* ♀ *ß.* ℥j.
pulv. Haly rec. ʒiij.
balf. peruv. spir. ⊖. *dulc. aa.* ʒß.
sir. caryophyll. Diacod. Mont. aa.
q. s. M.
F. Elect.

Hoc absoluto ʒß. *pulveris* mane & vesperi *ex jure*;

℞. *An-*

℞. *Antih. Poter. fl. Sulph. aa.* ℥iij.
rad. chin. ♀ *if. lign. sassafr.*
gelatin. CC. sicc. aa. ʒj.
sacch fin ℥j. *ol. anis. destill.* ℈ij.
F. ☿ *alcohol.*

Hora una post sumtum *pulverem* quartar. dimid. sequentis *Decocti*, quod est *Willisii*.

℞. *Passul. min. pistac. pinear. glycyrrhiz. ras. aa.* ℥iij.
jujub. sebest. fic. pingu. aa. n. viij.
hord. integr. m. j.
Sem. cucurb. bombac. melon. aa. ℥ß.
carn. cancror. limac. aa. ℥j.
Volcks mit ihr / daß freylich deß Landes Weise dazumahl gewesen ist/ ausser den Städten die Begräbnüß zu haben / auch Christus Grab selbst aussen für der Stadt bereit war. Desselbigen gleichen auch Abraham sein Begräbnüß kauffte auf dem Acker Ephron/ bey der zwiefachen Höle/ dahin sich die Patriarchen alle begraben liessen/ daher auch die Lateinis. Sprach *EFFERRI* heisset/ das ist/ hinaußtragen / das wir zu Grabe tragen heissen; Dann/ sie trugen sie nicht alleine hinauß / sondern verbrandten die Leichen alle zu Pulver / auf daß die Lufft ja aufs reinest bliebe. Darum mein Rath auch wäre/ solchen Exempeln nach / die Begräbnüß hinauß für die Stadt machen / etc. Hactenus *LUTHERUS*. Quam autem Medicis litem de cadaverum evaporatione dirimendam tradidit *LUTHERUS*, eam inter alios diremit erudite *Screta* insignissimus *tr. de febri castrensi maligna Sect. I. cap. 5. p. m. 72.* „Cum ita inquit: Illud miror, olim „adduci potuisse templorum custo„des, qui valetudinis humanæ conser„vationem exacti⁹ novisse debuerunt, „*ut in ædibus sacris, atriis haut exceptis*, „*locum sepulturæ dederint, arcasque repo*„*nere concesserint*; immo ex ipsis tem„plorum pomœriis *cœmeteria* confe„cerint: inde enim nil aliud expe„ctandum erat, quam, quod sæpissime „fetor teterrimus e cadaveribus illic „sepultis exhalarit, cujus infectione „plurimi illorum, qui hæcce loca fre„quentabant, multis & variis oppressi „fuere morbis. Ab hoc perverso sepe„liendi ritu temporis successu tan„dem fundus in *cœmeteriis*, templa cin„gentib⁹, ita in altum excrevit, ut plu„rimis locis agri planities hac tem„pestate ad ipsas fenestras, usque ad „clathros ascendat; omnesque jam, „qui vel sacris præesse, vel iisdem sal„tem interesse cupiunt, per tot gradus „illic descendere, quot olim sursum „adeundo fecere, adigantur: quas ob „caussas etiam ex hisce monumentis „perpetuo vapores maligni, spiritus„que fœdi odoris ubertim expellun„tur, qui, levi negotio, in patentes ad„huc poros, seu glandulas miliares cu„ti substratas, prima luce e lecto adsa„cra properantium, illapsi, sanguini„que commixti, multiplices pravas„que corporis affectiones progignere „possunt. Sic quoque nonnunquam „*Romæ* contingere solet, ut hi, qui sin„gularis curiositatis gratia subterra„neos collapsorum sepulcrorum spe„luncas intrant, a virulentis exhala„tionibus prehensi, antiquitatis desi„derium vitæ dispendio luere, sæpissi„me cogantur. At jamdudum *Lilius* „*Gregorius Gyraldus Ferrariensis sepul*„*cretis*, intra ac circum templa structis, „dicam scripsit in *libello de ritibus sepe*„*liendi cap. V.* quem *Johannes Föes Lu*„*neburgensis* luculentis annotationi„bus illustravit.

Enimvero & Excellentiss. *Muraltus* im

im *Anatomischen Collegio Lect.* 3. *p. m.* 58. eleganter suo more: Bey diesem Anlaß muß ich auch anzeigen / daß es warlich nicht gut sey / daß man die Todten in den Kirchen zur Erden bestatte und begrabe/wann sich die Gemein daselbst versammlen soll: In die Kirche bringet man eine menschliche Mumia zur Fäulung / welche dann auch die menschliche Natur insgemein gerne anfället: Deßgleichen sonderbahre männliche und weibliche/auf daß desto weniger Männer und Weiber gesund bleiben: Das blöde weibliche Geschlecht stirbt in ungleichem Zustand; zuweilen ist der natürliche Geist geärgert / und zu Eckel und Widerwillen gebracht/ daß er die weibliche Eigenschafft verschliesset; Etwan aber stehet er gereitzet zum Zorn und Wüten/und schüttet/gleich als sein selbst vergessen / Safft und Krafft auß. Solche Unart nun hanget an der faulen weiblichen Mumia, und mag an lebendigen/ wo ein Zunder oder Neigung zu einer oder andern Beschwerde sich findet/leichtlich einen gleichförmigen Zunder aufwecken und befördern: Was für natürliche Hülffe wird gezeiget in diesem Elend? Schrepffen / Aderlassen / Purgieren / Baden / Treiben oder Vertreiben / Ventosen hinten und vornen/ unten und oben anhängen/ wird es nicht bessern: Die Erden in der Kirchen / und etwa sonsten unter dem Dach/dahin man die Kindbetterinnen leget / als die nicht naß werden dörffen/oder sollen/ist insgemein trocken/ dürr/ zerreiblich/ damit fein der Dunst von der Corruption besser hindurch dringen möge; der da so vielmehr subtil, scharff/ spiritual und flüchtig ist/und desto weniger sich niderschläget / desto minder er vom Wasser-Dampff einen Anhang hat/ ist daher nur desto behender und eindringender/darum haben wir Ursach für uns zusehen/was wir anstellen/ ꝛc. Parochale Templum *Mitaviense*, *Ducum Curlandiæ* sede, quantum quantum est, juxta proportionem Geometricam quoad aream in sepulcra dividitur, quam delineationem in *schemate* seu *tabula* non semel vidimus in ædibus *B. Curlandiæ Superintendentis Generalis*, DN. HENR. ADOLPHI. Nam ibi omnia civium omnium utriusque sexus cadavera in ipsum templum sepeliuntur, eorum scil. qui sepulturas ære aut hæreditatis jure sibi comparatas in eo possident. Ubi quis moritur, in schemate locus isti familiæ destinatus quæritur, quem, ubi invenerunt, subsellia isti loco superstructa removentur, &, lapidibus sublatis, effoditur sepulcrum, ibiq; mortuus humatur, sic, ut nonnunquam plures sandapilæ sibi invicem incumbentes in una fovea conquiescant, &, qui templum visitant, divini verbi Auditores, exceptis iis, qui in ambonibus sedere solent, meris sepulcris insistant ac insideant, quod primo mihi horriusculum visum. Et, si verum fateri debeam, semper naribus meis putor quidam cadaverosus in isto templo oberrabat,

rabat, sive id solius imaginationis lusus fuerit, an revera se ita habuerit, neutrum certo adseverare ausim. Verisimile est, quod si halitus e corporibus mortuis ligneos loculos, interdum duplices, eosque quernos penetrant, sic ut bajuli non tantum, verum & funus comitantes fœtorem percipiant, eos quoque, in augmento præcipue putredinis & ipsius terræ poros lapidumque compages penetrare posse, cumprimis in templo parietibus clauso, & ubi tot cadaverum centuriæ sepultæ jacent, qui halitus, ut fortasse nareis non semper feriant, ea tamen est effluviorum vis, quæ corpus humanum alterare valeat, modo, sensibus externis non perceptibili.

* * *

De Electuario helminthagogo Zapatæ.

DEscriptio ejus habetur in *Joh. Bapt. Zapat. Mirabilibus Medico-Chirurgicis* cum *annotat. Exc. Dn. D. Spleissii A.* 1696. *Ulmæ impensis* G. W. KÜHNII, *editis in* 8. *cap. V. p. m.* 156. ℞. *argenti vivi* ʒj. (pro Infantibus vero ℈j. vel ℈ij.) *gumm. benzoin.* ℈ß. mortario vitreo inditis add. 🜄 *opt. gtt.* iiij. vel v. quo *benzoinum* liquefiat. Pistillo vitreo agitentur omnia, donec embamatis formam adquirant & *argentum vivum* abscondatur, quibus tunc statim adde *sacchari rosati*, vel *violati* portionem, & in massam redacta circa auroram &c. exhibeatur. Hoc *Electuario* jam aliquoties usi sumus, cum apud Infantes, tum & adultiores, ubi *lumbricorum* signa aderant, & *anthelminticis* vulgarib⁹ lenioribusq; cedere recusabant, insigni sane cũ fructu, sic, ut medicamentum aliis quoque in casibus similibus omnino commendandum censeam; quemadmodum & laudem suam meretur totus ille *Zapatæ* tractatus euporistis multis & experimentis pl⁹ in recessu habentibus, quam prima fronte compareat, refertissimum, in quem laborem haut pœnitendum supra laudat⁹ Exc. *Dn. D. Spleissius*, eruditissimis & multa curiositate coruscis annotationibus collocavit. Cæterum in morbis infantum non adeo formidandum esse *Mercurialium* fere quorumlibet usum, experientia multiplex testatur. *Rotulas e solo Mercurio dulci* cum *saccharo* in *aqua graminis* soluto confectas in lumbricis saluberrimas comperimus. Videatur etiam elegantissimus tractatus *Dn. Harris* von Kinder-Kranckheiten *edit. Ulmens.* 1691. *in* 12. *impens.* G. W. KÜHNII, quæ editio, *Germanica* licet, propterea tamen commendari meretur, quod *Appendicis loco* variorum Auctorum circa *pueriles affectus* utilissima observata simul Lectori offerantur. Ab *Harrisio* autem frequens laudatur usus *Æthiopis mineralis*, e *Mercurio crudo* cum *flor. sulph.* conficiendi, ad varios pusillorum affectus.

-≈) (o) (≈-

*
* *

Epilogi loco
sistimus
Medelam Balbutiei
in elisione Consonantis caninæ
consistentem.

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci!

QUis itaque mihi vitio dabit, si dapes in hisce *Miscellaneis* appositas, & aliquas satis insipidas, jocoso denique, & sine dente, sale condiam? atque sic, quod in hisce schedis sum commentatus, lepido, sed innocenti, commento claudam, & quasi obsignem? *Omnia tunc bona sunt, clausula quando bona est!* Quam hæc sit bona clausula, legentibus, sed Amicis, judicandum cedo; nihil omnino pensi habens dentes *Theoninos*. *Maccabæi* istius exemplum sit mihi imitamentum. Sic enim ille sub libelli sui Colophone: *Aut vini aut aquæ potus continuus palato minime jucundus: si quis autem vicissim nunc hanc, nunc illud bibat, hoc demum movet salivam. Sic & animum satiat, si quis non eadem continuo legat.* Sed nunc ad pensum. Facetissimus ille *Weissius* in opusculo lectu dignissimo quodam Catalogum Disputationum de futili& inutili, seu lana capellæ, exhibens, de *elementis* X. Y. Z. *lapidi antiquo impactis* lepidum schediasma in scenam duxit. Nos de *Consonante canina*, (sic dicta, quod canes, offensam passi, talismodi sono vindices uti soleant,) tametsi non æque futili modo, pauca quædam, joci caussa, benevolis exhibebimus, occasionem commenti nacti a *Balbutie*, vel, si mavis, *Blæsitate* Episcopi *Labacensis*, qui *elementum* ante dictum *caninum* eloqui scite nesciens, cum ipsi *Legato*, in Palatio & conspectu AUGUSTISSIMI, *Viennæ* dicendum esset, sedulo sibi cavit, ne vox unica labiis ejus excidisset, ad cujus compositionem R. istud caninum ulla necessitas postulasset, quod ipsum tanto cum successu factum, ut ipsemet AUGUSTUS, & qui latus tum ei claudebant *Magnates*, delitias inde haustas, signis haut ita ignobilibus contestari sint, de quo legi, si libet, possunt, *Colloquia Lipsiæ singulis mensibus excusa*, & quidem *mense Anni* 1690, *Autumno a Teutonibus dicato*, quod ipsum eloquentiæ haut sane contemnendæ exemplum, jam ante seculi, ni me fallunt omnia, dimidium, aut quod excedit, statutum, successu non infelici est imitatus ante paullo dictus *Weissius* in nominato *de stultis maximis* libello, sistens *Balbum*, qui viduæ cujusdam, affiniumque nomine, eos, qui funus sunt comitati, Teutonico licet idiomate, bellissime compellavit & allocutus est, eadem *consonante* studiose vitata. Itaque, tametsi optime sic judicante *Gellio Noct. Att. lib.* 4. *cap.* 2. *Atypus* & *Balbus vitiosi* magis dicendi sint, *quam affectui cuidam obnoxii*, *linguæ* tamen *vitia* non eminus adeo *Medicam Facultatem* aspiciunt, ut illicitum sit *Medico* aut *Physico* cogitationibus eadem suis quadantenus complecti, licet hisce vitiis aut nunquam, aut sane vix & ne vix quidem ulla Me-

dicina

dicina sit data, siquidem *linguæ* non assui possunt, aut affigi lamellæ, quemadmodum fissis ahenis vel hiscentibus cacabis. Ab initio autem videndum, an isti vitio, quod nunc examinandum suscepimus, apud Latinos genuinum aliquod nomen sit olim datum, nec ne? Nam vocabulum *balbus, blæsus*, &c. de quibuscunq; *linguæ* vitiis, sine distinctione dici legimus. Sic *Text. in Officin lib. c. 19.* BALBI, inquit, *sunt illi, qui linguam habent impeditam, nec vocabula debite enunciant, ut qui vitium possident*, Lambdacismi, *aut* Jotacismi, die da stammlen: Blæsi *autem sunt, qui lingua hæsitant, syllabam syllabæ non scite nectentes aut expedite*, die da gatzen. Attami, qui lingua itidem non sunt expedita. Sed, quis inde sufficientem distinctionem *Balbi, Blæsi* vel *Atypi* cognoscat? *Calepinus* in *Lexico* Balbutiem *linguæ quandam hæsitationem aut confusionem appellat*; Blæsitatem *autem, ubi quis in elocutione quoddam elementum veluti titubans excludit*; sed hæc sunt æque difficilia intellectu. *Metellus* quidem nos facile docet, quid velit *Balbi* vocula, sic enim de eo *Alex. ab Alex. Genial. D. lib. 6. c. 14. Metellum* Pontificem, dum ædes ei *balbo* dedicanda fuisset, multum sudasse ajunt, ut vocabulum, *Opifera*, scite & sine offensione eloqui posset, quod sine dubio ob *consonantem* illam *caninam* factum est: Itaque *Balbus* genuino sensu dicendus esset, *cui non datum est eloqui modo dictam consonantem*, sed statim subdit exemplum *Demosthenis*. Hic, ait, impedimento linguæ adeo NB. *Blæsus* fuit, ut in eloquendo ρ multum sudasse dicant, loco cujus λ substituebat; & hic sine dubio est *lambdacismus*, cujus antea fuit injecta mentio: Ita similis est *Blæsi* & *Balbi* apud *Alex. ab Alex. significatio*. Si quid divinandum, mea quidem sententia BALBUTIES *melius convenit iis, quibus est vitium Metelli ac Demosthenis*, cum BLÆSITAS *potius illis competat, qui sibilando vel fistulando quasi consonantem S. eloqui consueti sunt*, quos idiomate Teutonico dici audias: die da lispeln. Nam vel ipsa *Onomatopœia Balbos*, qui *Lambdacismo* sunt obnoxii, dici evincit. Unde autem id vitii, & quæ sit ejus caussa, non est inutile quæsitu?

> Est quoddam, constans cute, tendine, sanguine; miscet
> & bona sæpe malis, & mala sæpe bonis.
> Sæpius instituit cum cæde & sanguine bellum,
> Sæpius & laudes dat Homini atque DEO!

Ut Ænigma *Bachmanni* paucis mutatum meum faciam: Optimum illud & pessimum in Homine juxta sententiam Æsopi, dico:

> Quod modo caussa boni, quod modo caussa mali.

Videlicet *Linguam*, de qua sidus illud anatomicum *Hafniense*, nunc in cœlo fulgens, in *Anatomes nova lib. 3. c. 13. p. m. 546. Lingua debet esse magnitudine media*, dicit, *& quæ os humanum deceat*. Etenim si nimia sit, ejusque motus expeditus deficiat, *Blæsi* fiunt, & *Balbutientes*, id quod omnium optime in enunciatione *Consonantis caninæ* sentimus, quæ, licet, sensu Poëtico *liquida*, adeoque *mollis*, vocata, sensu

sensu tamen Medico & Physico, uti scitissime notat *Wedelius in Physiol. nov. c. 12. p. m. 436.* omnium potius difficillima est elocutu; quippe quod maxima allisione egeat, unde, dicit idem, qui hanc eloqui nequeunt, *mogilali* & *ancyloglossi* audiunt, & *Demosthenem*, ad juvandam illam allisionem concitatam, subditis lapillis usum ajunt, linguæ pondus levandi caussa. In allisione enim ista non semel, sed aliquoties & ocyus facienda, totum illud negotium est situm. Allisio autem illa fit in *lingua templo*, (sic palatum scitissime *Taubmannus in Plautum, p. m.* 816. appellitat,) uti quilibet apud seipsum facile sentit. Hinc, si *lingua* longitudine excedat, allisio fit ad dentes vano conatu ρ enunciandi, cum ejus loco obveniat λ seu *Lambdacismus.* Itidem, si *lingua* pondus sit nimium, allidi quidem eadem ad palatum potest, sed tantum semel, unde sonum enasci audimus *consonanti caninæ* quidem analogum, sed eam tantummodo quasi inchoatam. Itidem, si nimia humiditate *lingua* scateat, eadem quoque ad motum expeditum inepta evadit, quod apud infantes multum adhuc salivantes conspicimus, item in temulentis lingua titubantibus, ac denique seniculis, ob phlegma multum, assidue sputantibus; hinc etiam pusiones sæpe dictam *consonantem* omnium ultimo eloqui discunt. Itaque, si qua est hujus mali, *Balbutiei* puta, medela, eadem juxta distinctas instituenda caussas veniet. *Lingua*, si nimia longitudine peccet, conclamatum esse de medela existimamus, siquidem hujus apicem impune nemo mutilabit, quamvis testatum faciant nonnulli, scite quosdam locutos fuisse, quibus ob amputatum linguæ apicem loquelæ usus impeditus fuit, beneficio scutulæ cujusdam depictæ ap. *Uffenbach. Thes. Ch. f.* 489. Nemini autem *Balbutienti* suadebo, ut hujus vitii caussa sibi de *lingua* sua quidquam decidi sustineat. Alia alii subsidia laudant. *Vid. Dec. I. Ann. I. Ephem. Acad. Leopold. Obs.* 35. Quibus est nimium *lingua* pondus, incitatione *Demosthenis* aliquid ei subdant, ad facilitandam elevationem: quibus humiditate scatet, *apophlegmatismis*, aut sola, eaque singulis matutinis instituta, *mastiches* masticatione, vel aliis idoneis medicamentis eandem tollant. Nam opinioni stolidæ, quod in *Balbutie* sit decus eximium, quod nobiles Filias deceat, quis sanæ mentis fidem adhibeat? sic olim in *Saxonia* me nosse memini nobilium Filias, quæ *caninam consonantem* aptissime, & exoptatissimo *linguæ* beneficio eloqui sciebant, ex instituto tamen & conatu studiosissimo *Balbutiem* adsciscentes, quod essent in ea opinione, majus in *Balbutie* decus, & suavitatem insignem esse. Licet enim *Balbutiem Alcibiadis* loquelæ magnam in dicendo suavitatem conciliasse *Lud. Cælius* alicubi dicat, duo tamen cum faciunt idem, non est idem. Ut denique dicendi, seu potius *Balbutiendi* finem faciam, si cui *Balbo* mea consilia displicent, quamvis *Balbus Balbum*, ut est in Adagio, melius intelligat, ei licitum esto sequi institutum *Episcopi Labacensis*, in omittenda penitus inimica *consonante* occupatum, quod equidem haut esse adeo difficile, multo minus impossibile, me his ipsis lineis testatissimum fecisse confido. *Benevoli, si qui sunt, ignoscunt Vanitati.*

FINIS PARTIS II. MISCELLANEORUM MEDICO-PRACTICORUM.

I. N. J.


ROSINI LENTILII MISCELLANEORUM MEDICO-PRACTICORUM TRIPARTITORUM PARS III.

Continens

TRACTATUS & DISSERTATIONES VIRORUM CELEBERRIMORUM INEDITOS, CUM SYLLOGE MEDICAMENTORUM B. DN. D. SCRETÆ, ALIIS MEDICIS CELEBRIORIBUS & IPSIMET AUCTORI FAMILIARIUM ac SECRETIORUM.



ULMÆ,
Impensis Georgii Wilhelmi Kühnii, Bibliopolæ,
Anno M. DC. XCVIII.



Johannis Theodori Schenkii,

olim *Jenæ* Professoris Medici,

Methodus Epistolaris Medica, Consultatoria Practica.

Ut in omni *Epistolarum* vulgo dictarum genere duo observanda, 1. *Res*, quæ describitur, & *Modus*, quo scribitur & exaratur; ita & in *Medicarum*, quæ vocantur, genere, totidem occurrunt, ad quæ etiam, qui conscripturus est *Epistolam*, oculum dirigere necesse habet.

Res sunt variæ, quæ tamen possunt ad duas reduci classes.

Theoreticas, quæ in nuda cognitione subsistunt, ordinis, secundum quinque partes Medicinæ, quintuplicis, quarum thema est vel *Physiologicum*, vel *Pathologicum*, *semeioticum*, *Diateticum*, *therapenticum*, &c.

Practicas, in opere, consilio & auxilio adquiescentes, adeo ut quamvis hæ absque cognitione prævia concipi & conscribi nequeant, in ea non absolvantur, unde *thema*, quo de tractant, *merum practicum*, proprie ad morbum, sive affectum aliquem corporis, quo de quis conqueritur, curandum, directum.

Modus pro qualitate petiti, seu potius contentorum multiplex, qui tamen eo tendit, ut ad petitum respondeatur, prout exigit. Siquidem res ipsa, quæ nobis proponitur, sive per modum quæstionis, sive casus, consilii, &c. id fiat, monstrat, quidnam, quomodo & quousque respondendum, non secus, atque in *litteris* familiaribus solemus aliter ad *commendatoriam*, *gratulatoriam*, &c. rescribere.

Unde, si, quas *Medicas* appellamus, velimus comparare cum istis familiaribus, haut obscure partes deprehendemus easdem inesse illis, quas istis inesse scimus. *Exordium*, puta, cui titulus & præliminaris salutatio respondet, *Propositio*, quæ thema ipsum, sive materia est, *Confirmatio*, quæ analysin thematis continet, & *Conclusio*, seu Epilogus, quo bene valere, a DEO omnia fausta apprecari, bonoque animo esse jubemus, atque ut nobis bene favere non desistat, &, quæ ejus generis alia sunt, nempe, *gratias pro transmisso sostro reddendas*, *festinanti calamo ignoscendum esse*, &c. addimus. *Practicarum methodus* plerumque *Consultatoria* est, a qua non differt, nisi imperfectione enumeratio-

nis partium, eo quod, quæ *de affectu, caussa, symptomatibus, prædictione*, &c. habentur, paucis attingantur, in *medendi* etiam *methodo*, de auxiliorum materia, ejusque recta administratione, saltem ea proponantur, quæ ad præsentis ægri statum, ipsumque rhema spectant, nisi specialissimam deductionem affectus exposcat æger, quo in casu *epistola* in *Consilium* & *Consultationem* permutatur, *litterarum* nomen habens, reipsa tamen *consultatio* existens, quæ raro a Medico expetitur, sed in illo præsupponitur, adeo ut, si velis ad Germanorum linguam illas appellare: Einen Bericht und Antwort/ has vero (*Consultationes* intellige,) Rath oder Bedencken über eine Kranckheit/ non inepte facias. Quod etiam proverbio apud nos vernacule dici consuevit: Wie einer fragt / so wird ihm geantwortet; aut: Wie die Frag ist/ so folge auch drauf der Bericht. Hoc evidenter occurrit in litteris ægrotorum, ubi nec ipsi semper ab ovo, quod dicitur, affectum suum nobis describunt, sed paucissimis ea, quæ patiuntur, proferunt, adeo, ut sæpi⁹ divinare affectum sit nececesse, quocum conflictenrur, ex istis, quæ sunt proposita. Utriusque differentiam dispicere quis poterit, si *Consultationes FONSECÆ*, cum *Consiliis CRATONIS*, & aliorum a *LAUR. SCHOLZIO* editis, tum aliorum, *CLAUDINI, SYLVATICI*, sc. contulerit.

Quapropter expedit ei, qui hocce in *Epistolarum* & *Consiliorum* genere exercere se peroptat, postquam *Methodum Medicinæ* generalem & specialem, tum *commentatoriam*, tum *consultatoriam*, tum *renunciatoriam* sibi familiarem reddidit, legere & evolvere ejusmodi scripta practica, tum etiam Medicos in praxi, ut cum HOFMANNO loquamur, comitari. Nequit enim specialissima hæcce medendi ratio, quam partim litteris, partim oretenus prosequimur, tam perfecte concipi, ut nihil amplius eidem addi queat, cum, ut COI, senis venerandi, verbis utamur, *ætas ab ætate, Regio a regione, morbus a morbo, natura a natura differat*, sitque vere judicium difficile, occasio autem satis velox esse deprehendatur.

Quo autem in omnibus prudentem & circumspectum se gerat, hocce in *Practico Medicinæ* genere, qui in forum proditurus est, ante omnia, primo, si per *litteras* consulitur a quopiam, eas bene & attente perlegat, vel, si per nuncium hoc fit, illi diligenter auscultet, quo percipiat, quid proprie ab eo petatur, siquidem, ut supra monuimus, Interpretes ejusmodi vel *Laconica brevitate*, quæ habent inclusa, proponunt, vel *Asiatica eloquentia*, qua quævis incrustata offerunt, quo minus tam clare statim pateat, quid petant.

Interdum *Urinam* interpretem & pararium transmissam omnia ista Medicum docere posse arbitrantur, adeo, ut sæpissime accedentes, urinam ægrotorum porrigant Medico, his adjectis verbis: Da schickt euch der Krancke seinen Urin oder Wasser/ ihr werdet

wol sehen/ was ihm mangelt/ und ihm was verordnen/ er hat mir sonst nichts befohlen/ daß ich euch sagen solte. Et hoc pessimum petiti, litterarumve genus est, cui, & si quamplures ex Medicis peritis celebribusque minus respondere soleant; nisi alias adjiciant, ne tamen vilescat artis dignitas, etiam in hocce divinandi genere dolum dolo, simplicitatem astutia sua, compensent, sicque ex instituto discursu cum eo, qui urinam attulit, de loco, unde is venit, ægri constitutione, corporis statu, vitæ genere, & similibus, eo denique feruntur, ut aliqualiter de morbo pronuncient, &, quid adhiberi possit, ac debeat, colligant inde, edisserantque. Quin sæpe accidit, ut percepta unica circumstantia, a Medico, ex *inspectione urinæ*, aut *litteris* ejusmodi obscuris elicita, quod reliquum scitu Medico erat necessarium, sponte enumerent. Cæterum, ubi neque hoc modo dignotio aliqualis datur plenior, ad *morbos temporum anni*, *ætatum*, *epidemios & endemios* confugimus, hicque *analogismus* primas, det, & ultimas. Usitata autem formula, postquam in litteris titulum & precandi formulam præmisimus, utimur sequenti: So viel ich auß dessen Schreiben/Bericht/oder durch Zeigern/ auß dem gesandten Urin (quamvis raro, & non nisi, cum specialiter hoc simul, ut rescribamus, velit æger, fieri debeat,) abnehmen solle/ &c. Ita enim sibi ipsis imputent ægri, si quid commissum aut omissum fuerit, & minus feliciter cedat.

II. In assignando morbo & ejus caussa, nisi id velit æger, aut e re sua hoc esse *Medicus* videat, *καταβασιν* omnem evitet, sique ei cum indoctis res est, a terminis latinis & græcis abstineat, immo, *ἄνευ προοιμίου* scribat: Salv. Tit. Durch Zeigern wird auf Begehren deß Herrn N. N. geschicket/ 1. eine Blut-Reinigung/ 2. ein Julep wider die Hitze. Vel ex *inscriptione* medicamentorum ægri & adstantes intelligunt, Medicum intellexisse, quæ volebant. Quærit enim Medicus non ornatum, und daß einer viel dicentes mache/ sed auxilium. *HIPP. de arte.* Ubi autem verbis simul mederi est necesse, nec enim desunt ex ægris, qui lenociniis ejusmodi tam delectantur, quam in nostras rapiuntur partes, *sesamum & papavero* mitti nequeunt, omnia autem eo colliment, ut ad palatum & sententiam ægri breviter & venuste posita esse, deprehendantur. Habendus autem respectus personarum, quarum quidam sunt illustres, docti, quidam ignobiles, indocti, viri, feminæ, juvenes, senes, amici, præceptores. Acceptus enim est ille, der einem jeden zu krauen weiß/ wo es ihm wol thut. Cave autem, ne quid nimis, unde arti opprobrium imminere queat; nec enim desunt nobis, qui benefacta, malefacta velut, interpretentur & sugillant, atque, *sostri loco, nil nisi verba rependunt.* Verum de his & similibus pleno ore locutus jam ante est *HIPPOCRATES, lib. de Medic. art. & elegant.*

Unde supervacaneum esse existimo, illa huc transferre, cum nulli non pateant.

III. *Prognosin* jussus adnectere, parcissimum in ea se petenti præbeat. Antiqui in litteris exitum morbi vix prædicebant ægris. Extat ea de re apud *DöRINGIUM lib. de Medicin. & Medicis* elegans admonitio. Ab ægrotante de salute recuperanda interrogatus, non, *Callionestæ* instar, cujus meminit *GALEN. lib. 6. Epid. S. 4. C. 9.* rustice & importune respondeat, *morieris, nam PATROCLUS obiit, teque præstantior ipse.* Seu, ut refert *SEIDELIUS*, *morieris sane, risum enim heredibus relinques.* Ut enim homines probi calamitates amicis impendentes, quas effugere nullo modo possunt, non prædicunt; ita Medici, quamquam ægrotos ex hoc vel illo morbo morituros sæpe intelligunt, ægris tamen significare non debent, quapropter, ne æger animum abjiciat & confidentiam deponat in Medicum, satius erit, vel silentio præterire, vel, si id nequit fieri, tabellario, &, qui curam ejus gerunt, aperire, vel, si quid rescribendum, adjicere: Ob nun wol nicht ohne/daß/gegebenem Berichte nach/ die Kranckheit ihm starck zusetzet und sehr abmattet / ist doch an seiner Gesundheit und Wieder-Genesung zur Zeit nicht gar zu zweifeln; es kan sich die Natur bald ändern. Der Herr sey gutes Muths/ und gebrauche sich der ordentlichen Mittel / wie dann nichts soll/ was zu seiner Gesundheit dienlich / ihme von mir vorbehalten werden. Ipsum non moribundum solum, sed omnes in universum ægros spes recuperandæ salutis solabitur, utque iis, quæ præceperit Medicus, morem sedulo gerant, ægrotantes hortandi. Sic, si evolveris *Consilia* a SCHOLZIO edita, parum aut nihil videbis circa prædictionem responsoriis inserta; quod contra a *BEN. SYLVATICO* diligenter factitatum deprehendes, qui tamen ad Medicos potius, quam ægrotos, sua direxit responsa, quos scimus talia clam habituros, & cum modestia, si ab illis exigitur prædictio, responsuros esse. Rarumque vel Exordio, vel ipsi diagnosi, vel epilogo, nostrum de morbi exitu judicium admiscemus, verbis admodum obscuris & æquivocis, siquidem nemo non est, qui ad mortis mentionem non expavescat, cum pœna sit, quæ neminem per se delectare possit, unde scribere solemus: Mit desselben Kranckheit / welche ihm hart zusetzet / trage ich Christliches Mitleyden: der Höchste wende alles zum besten/betreffende &c. Vel: Die Kranckheit/davon der Herr meldet / ist ein starckes Fieber / mag dem Herrn sehr zusetzen/ ist eingewurtzelt/ mag sich lang damit getragen haben; Ich vermeyne aber / weil ein und ander Zustand hiebey nicht so gar böse/ es werde die Cur nicht vergebens seyn / zu dem Ende ich ihm &c. Vel: Mir zweifelt nicht / es werde / wo nicht grössere Zufälle hinzuschlagen/ sich wiederum zur Besserung anlassen.

sen. GOtt gebe Glück und Seegen zur Artzney / und stärcke denselben / welches starckem Schutze ich ihn hiemit wiederum schließlich entpfehle. Datum &c.

IV. *Curationem* raro ea methodo proponimus, qua *consultantes* utimur, interdum a *diata*, aliquando a *Chirurgia*, nunc *pharmacia*, hoc vel illo materiæ genere, curam inchoamus. Si quorundam, quibus usi sunt, mentio fit auxiliorum, ea vel approbamus, vel jubemus seponere ad tempus, aliaque substituimus, in quorum commendatione respiciendum tum ad naturam ipsius ægri, morbum & vires corporis, tum ad ea, quæ magis urgent, his enim primo subveniendum. Unde, quantum fieri poterit, solemus inquirere, quibusnam delectetur *formulis*, vel, quoad possibile, procurare, quo *tuto*, *cito*, & *jucunde* operentur, vel, si minus hoc tam facile sperare liceat, cavere, ne obsint, si non prodesse valeant, quæ consulimus.

Circa *modum adsumendi, applicandi & administrandi*, brevitatem spirent, odiosa siquidem, & tædii plena sunt, quæ multiloquio continentur. 2. Eo ordine adsignanda, quo administrari debent. 3. Distincte, & verbis minime obscuris exprimenda. Quod si medicamenta una transmittantur, signanda sunt certis characteribus; v. gr. n. 1. 2. 3. 4. &c. quæ etiam præfigi debent in litteris & schedulis, cum modo exhibendi medicamenta a nobis ordinata, v. gr. Innerlich brauche man dieses Digestiv-Pülverlein n. j. auf einmahl / 3. Tage zu früh / jedesmahl um 8. Uhr in einer Rind-Fleisch-Brüh / faste 2. Stunden darauf. Von der Magen-Latwerge n. ij. nehme er Nachmittag um 4. Uhr einer Welschen Nuß groß / und dieses alle Tage / morgenden Tages den Anfang damit zu machen. Das Purgier-Pülverlein n. iij. werde den vierdten Tag früh gebraucht / in ein wenig warm Bier / darauf 3. Stund gefastet. Das Magen-Sälblein n. iiij. nach der Purgation, deß folgenden Tages zweymahl Früh und Abends / zuvor warm gemacht / und damit das Hertz-Grüblein wol bestrichen / und mit einem doppelten leinenen warmen Tüchlein den Leib wol bewahret.

Si recepta vel formula solum transmittitur, solemus scribere: Was für Mittel der Herr an Artzney zu gebrauchen / wird er auß beygeschlossenem Recept zu sehen haben / welches er daselbst ihm in der Apotheck wird wissen lassen fleissig zu bereiten.

Singula medicamenta suo gaudeant charactere, qui ipsi quoque ejus exhibendi modo, qui expressus in literis extat, est affigendus.

Epilogus qualis esse debeat, supra ostendimus, quem interdum plane omittimus. Satis sit, in perfunctoriis istis schedulis nil nisi modum exhibendi continentibus. Communissima est

ma est formula: Womit ich den Herrn Göttlicher Obhut entpfehle. Vel: GOTT gebe Glück zur Cur. Solte noch ein mehrers vonnöthen seyn / wird solches der Herr schon zu berichten wissen / verbleibe seyn getreuer Freund allezeit / &c.&c. Quæ mutari solent pro respectu & conditione Personarum, ad quas respondemus. Quæ cum omnia usus & exercitium crebrius repetitum monstret, id omnibus commendamus sedulo.

Paradigmata litterarum Consultatoriarum, ad Excell. DN. JOH. THEOD. SCHENKIUM *datarum, una cum responsis eorum, qui tunc nempe A.* 1668. *ipso manuductore, ad praxin præparabantur.*

SAlv. Tit. Sonst werde ich / præter opinionem, genöthiget / Ew. Excell. zu vermelden / wie dergleichen affectus podagricus bey mir sich gleichfalls einfinden wil. Indem ich nunmehr vor 2. Jahren / als ich in Raths-Sachen zu Dreßden gewesen bin / und den einen Abend etwas übriges von Wein / wider Willen / mittrincken müssen / etwas Beschwerung s.h. an dem rechten grossen Zähen und Fußbreiten / daran ich grosse Hitze / Schmertzen und Schwulst gehabt / daß ich kaum mit Noth über die Stuben gehen können / entpfunden / und / als ich verhofft wieder außzugehen / hat sich dergleichen am lincken Schenckel auch eingefunden / und die Schwulst denselben / biß über die Knorren / eingenommen / daß ich also fast in 3. Wochen deßwegen Beschwerung gehabt / und nicht außgehen können. Scheinet auch / als wann bey jetzigem Wetter an Händen und Füssen schwer gebluth / so dergleichen ins künfftige caussiren möchte / sich verspüren lassen wolle. Uber diß befindet sich bißweilen zimliche debilitas stomachi; wiewol ich nun seither einigen Exceß im Trincken nicht begangen / so hat mir doch dergleichen wieder zugestossen. Ob nun hiesigem Wasser / wie Herr D. Nesse Sel. daß es eine Tartarische Materiam bey sich führe / vermeynet / dißfalls die Schuld beyzumessen / wird Eurer Excell. am besten bewußt seyn. Damit nun beyzeiten solcher Beschwerung gewöhret werde / als ist an Eurer Excell. mein dienstliches Bitten / Sie wollen großg. belieben / mit Dero hoch-verständigen Rath mir dißfalls zustatten zu kommen / auch / weil in der Lanckischen Disputation de Podagra ich gesehen / daß etliche der Herren Medicorum das Schrepffen und Aderlassen suadiren / ob ich mich dessen gebrauchen solle / sonder Beschwerde zu melden / &c. &c.

N. N.

Respon-

Responsio.

Salv. Tit. So viel auß dessen Bericht ich abnehmen können / so ist seine Beschwerung ein Anfang deß so genannten Zipperleins / welches wol seinen Ursprung von dem Uberfluß deß Weins / mit welchem er sich wider Willen hat übernehmen müssen. Zu dem ist auch das Wasser ihres Orts / welches / wie mich der Herr berichtet / eine Tartarische Materiam bey sich führen solle / nicht eine geringe Ursach desselben. Doch ist dieser Affectus bey ihm noch nicht also sehr eingewurtzelt / hoffe derowegen / es werde die Cur an ihm nicht vergebens seyn / zu dem Ende ich ihm etliche Medicamenta verordnet / wie auß beyligendem Recept zu sehen / welche er in der Apothecke daselbst wird zubereiten lassen können.

1.

℞. *Elect. lenitiv. simp.* ℥ß. *dissolv. in aq. chamaedr.*
chamaepyth. aa. ℥iß.
syr. de fumar.
acetos. citr. aa. ℨij.
M. F. potiuncula. D. S.

Laxier-Träncklein auf einmahl.

Dieses könte er morgen / oder folgenden Tag früh einnehmen / um 9. Uhr / 3. Stunden darauf fasten.

Den folgenden Tag aber früh gegen 7. Uhr / nehme er diesen Purgier-Safft zu sich / faste darauf 3. Stunden:

2.

℞. *Pulv. cathol. purg.* ℈j.
arthrit. Parac. ℈ß.
essent. chamaedr.
chamaepyth. aa. ℨß.
syr. de cich. r. rhab. ℨvj.

M. S. Purgier-Safft auf einmal.

Die Aderlässe betreffend / ist mein Rath / daß / nach verrichter Purgation, an der Median am rechten Arme / solle angestellet werden / und könte auch nicht schaden / wann er sich zum Schrepffen gewöhnte / und sich deß alle 4. Wochen gebrauchte.

Sonsten brauche sich der Herr in seinem Trincken der Hindläuff-Wurtzeln / (rad. cichor.) in seiner Speise deß Sauer-Ampffers / Borragen-Blumen. Ist er auch zum Schweisse geneigt / so unterlasse er nicht / im Abnehmen deß Monds einen Tag zu schwitzen / zu früh im Bette ein paar Stunden:

3.

℞. *Essent. lumbric. terrestr.* ℨij.
Tinctur. violar. ℨj.
D. in vitro. S.

Schwitz-Tinctur 12. Tropffen auf einmahl in warm Bier.

Ausser der Zeit / zum Praeservativ, brauche er zu früh / Wechselsweise 12. Tröpfflein von diesen 2. Medicamenten; kan aber dabey herum gehen / und das seine verrichten.

4.

℞. *Elix. propriet.*
antiscorbut. aa. ℨj.

D. in vitr. S.

Glieder-Elixir 21. Tropffen auf einmahl.

Zu früh in Süpplein Fleisch-Brüh/ warm Bier und dergleichen/ zwey Stunden darauf gefastet.

5.

℞. *Mixt. simp.* ℥ij. *D. S.*

Glieder-Mixtur 21. Tröpfflein auf einmahl.

Wobey er sich auch einer gewissen Diæt befleissige/ dann/ wo das nicht ist/ so ist aller Gebrauch der Artzney umsonst. Vornemlich kan er zusehen/ daß er den Wein nicht zu häuffig trincke/ insonderheit den gar starcken Oesterreichischen/ Rheinischen/ Dreßdischen. Ein gemeiner guter Trunck alten Land-Wein zu Tisch/ absonderlich der rothe/ kan so leicht nicht schaden. Er bemühe sich um einen guten Trunck hell und klar Bier/ das nicht sauer und alt ist/ doch darff er auch in diesem nicht zu viel thun. Deßgleichen im Essen halte er Maaß/ hüte sich vor saurer/ geräucherter/ gar süsser Speise/ welche kein gut Geblüt zeugen/ und ist allezeit besser mit einigem Appetit von Tische zu gehen/ als sich gar satt essen. Vor Zorn/ Schrecken/ und dergleichen/ hüte er sich/ wo immer möglich/ und halte sich fein warm/ stelle auch die übrigen Leibs-Bewegungen ein. GOtt aber gebe Glück und Seegen zur Artzney/ welches gnädigen Schutze ich ihn schließlich entpfehle/ verbleibend

Deß Herrn/&c.

Georg Tobias Wallich/
Salzung. Thuring.

Epistola, metus imminentis abortus, ex terrore *improviso*.

S. T. Kan dem Herrn Doctor nicht verhalten/ daß gestern Abends/ durch Verwahrlosung meiner Mägde/ meine junge Frau so erschröcket worden/ daß wenig gefehlet/ sie wäre auf der Stätte geblieben. Wie dann auch die Frucht (welche bißher sehr lustig/ und nicht weit mehr von der Geburt ist/) dahero so schwach worden/ daß wir uns etwas anders befürchten müssen. Wir haben zwar alsobald die Kinder-Muhme holen lassen/ welche ihr ein Pflaster von Malvasier und Mandeln über den Leib gelegt/ jedoch läßt sich die Frucht noch gar wenig fühlen/ dahero gelanget &c.

N. N.

Responsio.

S. T. Deß Herrn Zustand ist mir auß seinem Schreiben genugsam entdecket worden. Man muß das Beste hoffen. Uberschicke hierbey ein Pülverlein/ n. 1. von welchem die Helffte alsofort Morgen früh/ das übrige

Nachmittag gegen 4. Uhr in dem Wasser n. ij. ihr kan beygebracht werden. Mit dem Pflaster kan die Kinder-Muhme (Obstetrix,) fortfahren/ ist gar gut/ und probat. &c. verbleibe &c.

G. D. Ossenbrück.

N. 1.

℞. *magist. Coral.*
margarit. aa. gr. vj.
lap. 5. pretios.
bezoard. orient. aa. gr. iiij.
Corn. alc. ppt.
rof. ebor. aa. ℈ß.
croc. ♂. *adstr.* ℈j.
ol. muc. d.
cinnam. aa. gtt. iij.
M. F. l. a. ♀. *S.*

Kräfftiges Mutter-Pülverlein.

N. 2.

℞. *Aq. fragor.* ℥ij.
salv.
meliss. aa. ℥ß.
sir. granat. ʒx.
M. D. S.

Wasser zum Pulver.

Epistola.

S. T. Meines Weibes Zustand ist sehr variable. Zwey Tage ist der Blutfluß außgeblieben/ hergegen aber das klare Wasser/wie sie berichtet/ geflossen: Jetzo kommt das Blut wieder hefftig/ doch befindet sie sich noch bey ziemlichen Kräfften/ ohne/ daß die Beine l. v. stäts kalt seyn/ biß an die Knie/ und deß Tages über schwellen/ &c.

N. N.

Responsio.

S. T. Habe auf deß Herrn Begehren für rathsam gehalten/ daß nachfolgende Artzneyen sollen gebraucht werden/ als nemlich ein Pulver/ welches sie auf dreymahl/ jederzeit um acht Uhr/ in einem Löffel voll Weins einnehmen/ und darauf eine oder zwey Stunden lang fasten soll:

℞. *Croc.* ♂. *adstr. c.* ∾. *Vitrioli par.* ℈ij.
elæosacch. succin. ℈j.
caryophyll. gr. viij.
M. F. ♀. *divid. in* 3. *p. æqu. D. in Charta. S.*

Blut-stillendes Pulver auf 3. mahl/ jedes mahl in einem Löffel oder zwey/ warmen rothen Weins.

Von nachfolgender Latwergen kan sie allezeit Nachmittag um vier Uhr einer welschen Nuß groß nehmen:

℞. *Conserv. rof. rubr. Vitriolat. antiq.*
salv.
nymph. aa. ℥j.
rad. cichor. cond. ℥iß.
Terr. sigill. Siles. ppt.
Coral. r. ppt. aa. ʒß.
extr. fl. bellid. purp.
Tinctur. fl. papav. errat. aa. ℈ß.
cum sir. e rof. sicc. & de Coral. Quercet. q. s. F. Elect. D. in fictili, S. Mutter-stärckende Latwerge.

Sonsten habe ich vorhin Meldung gethan einer Aderlässe am lincken Arm / ob sie geschehen / weiß ich nicht: So habe ich auch gemeldet / daß spongia in aqua ferrat. fabr. calida prius facta an die Schoß früh und Abends eine Stunde lang geleget werden solle. An das wässerigte Geblüt stosse er sich nicht: es ist nicht so böse / als er meynet.

Der Affectus verlieret sich langsam / kommt zum öfftern wieder / daher sie wol zusehen muß / und sich schonen.

Was die Geschwulst und Erkaltung der Beine anlangt / ist für diß mahl mit demselben nichts sonders fürzunehmen / es wird selbige sich auch wiederum verlieren; man halte sie nur fein warm / lege zun Füssen einen warmen Ziegelstein / mit Rosen-Essig angefeuchtet / in ein leinen Tuch gebunden. Von der Diæt habe neulich Meldung gethan / &c.

Lucas Schröck. Augustan.

Epistola.

Salv. Tit. Soll demselben nicht verhalten / wie mein Ehe-Liebster mit einer scorbutischen Kranckheit / und / wie es von den Herren Medicis genannt wird / arthritide vaga scorbutica befallen worden / und nun in die 3 Wochen daran gantz zu Bette gelegen / uñ sich ein grosser Schmertzen und Reissen / nicht allein an Händen und Füssen / sondern auch sonst in andern Gliedern daran befunden / und sonderlich im Nacken / Achseln und Elnbogen / Schenckel und Knorren / und also auß einem Glied in das ander fort und flüchtig hinein gegangen / daß er fast keines im geringsten ist mächtig gewesen; auch daneben Schwulst an den Füssen sich ereignet / und weder Tag noch Nacht daran hat ruhen können / und von allen Kräfften kommen. Wiewol nun von hiesigem Medico kein Fleiß gesparet worden / so hat doch solche Unbäßlichkeit und Reissen sich nicht verlieren wollen / biß daß er heut / verschienene Nacht / GOtt Lob / wieder geschlaffen / etwas weniges von Speisen zu sich genommen / und also etwas Linderung entpfunden. Daneben aber oben am Halse etwas außgeschlagen / und dergleichen unten am Leibe auch spüren lassen wil; Weil dann &c. Als bitte &c.

N. N.

Responsio.

Salv. Tit. Diese Kranckheit ist allhier zu Lande nicht mehr seltsam / (die lauffende Scharböckische Gicht /) hat freylich viel Zufälle bey sich / lässet doch mit der Zeit wieder nach; absonderlich / wann ihr im Anfang

fang recht fürgebauet wird/&c. Die Mittel/ so adhibirt worden/verspüre ich/ daß sie auf die Kranckheit gerichtet / dahero mit denselben fortzufahren. Zum Uberfluß habe dieses Schwitz-Pülverlein n. A. die Wochen einmahl in Scorzonera-Wurtzel-Wasser zu gebrauchen/ zu Früh um 8. Uhr / und eine Stunde darauf zu schwitzen/zugleich die übrigen Tage von der n. B. nachstehenden Mixtur 21. Tröpfflein in einem Süpplein / 2. Stunde darauf zu fasten / ordnen wollen:

N. A.

℞. *Pulv. lumbric. terr. gr. xxv.*
♁. diaphor. ℈ß.
elæosacch. cochlear. gr. v.
M.D.S. Schwitz-Pülverlein.

N. B.

℞. *Mixt. simp.*
spir. theriacal. camphorat. aa. ʒj.
Vitrioli ♂. ℈ß.
cochlear. ℈j.
M.D. in vitro. S. Digestiv-Mixtur 21. Tropffen auf einmahl.

Aeusserlich können die geschwollene Füsse nur in ein Säcklein gewickelt werden/mit gerösteten Weitzen-Kleyen angefüllet. Zu Stärckung der Glieder kan ihme ein Löffel deß Berber-Safftes mit der Corallen-Tinctur / zu Latein Sir. Coral. Quercet. öffters gegeben werden; das übrige mit guten verdaulichen Speisen/und einem guten/ reinen / klaren Mittwider oder Eschöpner Trunck Bier verrichtet werden. Mit der Purgation und Aderlässe kan es biß gegen dem Frühling verschoben werden/ es wäre dann die Noth sehr groß / welche ich alsdann dem Herrn Medico zu ordnen heimstelle / &c.

M. Samuel Ledel. Soræ Lusatus.



I. N. I.

Curationes quædam insignes Celeberrimi D. HENRICI SCRETÆ, ex ejus Schedis manuscriptis collectæ.

NObilissimus Juvenis *D. Joh. Vilhelmus Ziegler*, novendecennis, temperamento melancholico ac habitu corporis teneriore, licet satis carnoso, ab incunabulis *destillationibus acrioribus* obnoxius, quibus tenerior ejus pulmo sæpissime irritatus fuerat, ut ex tussi insequente, febriculaque semper comite, ac viribus prostratis imminens *phthisis* divinari potuerit, quam tandem usus *conservæ rosarum rubearum*, cum *electuario alchermes* auctæ, ac *diatragacanthum frigidum*, singulis insultibus tunc temporis iterum profligabant. At hæc sævitia tenella ejus viscera perturbabat ineunte vere, singulis fere annis, exceptis quatuor abhinc, quibus immunem vivere licuit, usque in æstatem anni præteriti, quo tempore cum aliquot ejus sodalibus *Collegium musicum* frequentare cœpit, *musicamque vocalem* ipsemet addiscendi desiderio flagrans, pulmonem perpetua & vehementi vocis expulsione ita læsit, ut inde vasa capillaria pulmonis sanguin[illegible], cum aliquot vesiculis rupta fuer[illegible], moxque *tussis* immanior cum *sputo cruento, virium dissipationes, febris consumtiva, ac destillationes ex capite* insequerentur. Ad quod tragicum spectaculum, cum ob fratris absentiam vocat⁹ essem, medicam manum statim sequenti modo adhibui.

Ad *tussim* sedandam, vulnusque pulmoni inflictum consolidandum, ut & viribus prospiciendis, sequentibus duobus remediis alternatim utebatur:

℞. *Spec. diatr. f. diatrag. fr. aa.* ℈ij.
bol. arm. ppt. ʒß.
extr. helen. ℈ß.
conf. alcherm. compl. ʒj.
sacch. a. in ▽. *veron. sol.* ℥iij.

F. Confectio in *rotulis* ad scat. *d. 31. Jul.* 1669.

℞. *Conf. ros. r. antiq. bellid. min. aa* ℥ij.
bol. arm. ppt. ℈ij.
conf. alcherm. compl. ʒiij.
c. sir. de siliq. q. s. F. mixtura mollis ad fictile.

D. 31. Jul. 1669. ad *destillationes* ex capite inhibendas sequens:

℞. *Sir. de siliq. Mont.* ℥ij. *papav. simp.* ℥j.
aq. beton. ℥ß.
conf. alcherm. compl. ʒj. *ad vitrum.*

D. 1. Aug. cum *cacochymiam* adesse suspicarer, in ventriculo & intestinis hærentem, sequentes *sirubos*, a quibus bis alvum feliciter deposuerat, exhibui:

℞. *Sir. ros. sol. simp.*
de cich. c. rh. ex correct. le Febure
aa. ℥iß.

aq. hys-

aq. hyssop. ℥ß. *F. haustus ad vitrum.*

D. 2. Aug. Quia *calor febrilis* suspectus mihi esset, *vini potum* ipsi negavi, ast sequens *decoctum* propinavi:

℞. *Rad. chin* ℥ß. *glycyrrhiz.* ℥j. *Coq. in aq. font. Mens. ij. ad r. p. e. D. ad urceum.*

D. 3. & 5. Aug. reiteratum *decoctum.*

D. 6. ejusd. reiteratum *conditum,*

D. 7. reiteratæ *rotulæ* & *decoctum.*

Ex quorum omnium usu iterum brevi convaluit.

Inclementia vero hiemis, qua pleraque symptomata graviora (excepto *sputo cruento,*) corpus ejus iterum infestarant, ipsum coëgit denuo Medicum petere, cui frater meus p. m. indefesso labore subveniebat, eumque sensim restituebat, restitantibus nihilominus ex horum accidentium concursu *febricula* ac *appetitu imminuto.* His ita constitutis, cum ineunte vere hujus anni, ob *pallidiorem faciem* foras exire nollet, ex ædibus interdum, temporis fallendi gratia, descendit in hortum ædibus appensum, ac illic, caput negligenter tectum, ferventibus Solis radiis exposuit, unde tanta ac tam ferox excitata fuit *destillatio lymphæ* tenuioris & mordacioris, ita ut ex capite violento imbre in pulmones & ventriculum quasi deplueret, hic *appetitum* prosternens, ac angustiam circa præcordia contrahens, illic *tussim* molestissimam excitans, arteriamque asperam cum faucib⁹ irritans, ut coactus fuerit *raucisonam* vocem *edere*: *febris* interim quoque intendebatur, ac *tussis* hæc vulpina ipsi fere nullum verbum proferre permittebat. Facies erat inflata & livida, oculi lutei & cavi, *dolor vagus artuum*, ac incedendi impotentia, ob pectus anhelum.

Vocatus illum his pravis symptomatibus oppressum, tristem, flentem, hac illac se jactantem, inveni; cui obviam itum est sequentibus medicaminibus.

Prima vice suasi *serum lactis caprini*, cui *flos bellidis* incoctus fuit, *d. nempe* 21. *Aprilis* 1670. quo per aliquot dies bis, mane & vesperi, sine aliquo emolumento utebatur, ac post singulum haustum de *conserva* ejusdem *bellidis* deglutiebat particulam nucis magnitudine.

Ardorem vero *febrilem* & *ventriculi* compescui hoc *pollin*e:

℞. ⊖ *tamarisc. Tartar. Vitriolat. aa.* ʒj.
margar. or. ppt. Coral. r. ppt. aa. ʒß.
F. ♀. subtilis, qui divisus in doses VI. D. ad Chart. singulis diebus ab 21. *Aprilis* sumebat dosin hora ante prandium cum *sirubo e succo citri.* *Tussim* vero demulcere volui his *rotulis*, itidemque viribus prospicere:

R. Spec. diair. simp. diatrag. fr. aa. ʒj.
margar. or. ppt. ℈j.
extr. glycyrrhiz. pulmo. helen. resinos. aa. ℈ß.

conf.

conf. alcherm. compl. ʒj.
flor. sulph. viv. ℈j.
sacch. aq. veron. q. s. sol. ℥iij. *ad scat.*

Usum *vini* dissuasi, cujus vice sequens *decoctum* usurpabat, cum intentione, *doloribus artuum* conveniens fore, ac detergendi facultatem habere:

℞. *Rad. chin. ver. lign. sassafr. aa.* ʒiij.
glycyrrhiz. ʒij. *fl. bellid. min.* mj.
Coq. in aq. font. mens. iij. ad t. p. c. Colatura clara D. ad urc. *D. 24. April.* reiteratum *decoctum* pro potu.

Ne mesenterium forte pituita illisum obstructionem patiatur, hunc *sirubum aperitivum* & *laxantem* dedi, à quo unicam sedem, & satis mansuetam habuit, *d. 27. April.*

℞. *Sir. de cich. c. rh. ex correct. Febrai* ℥iij.
aq. e succ. borrag. ʒvj.
conf. Alcherm. compl. ℈j. *M. F. haustus ad vitrum.*

D. 28. Apr. destillationum fontem ex capite nihilominus prorumpentem, tandem, DEO adjuvante, sequenti remedio exsiccavi, quia mihi *saccharatorum* usus frequens jam suspectus esse cœpit:

℞. *Extr. pil. de cynogl. cum castor. secund. Fernel. ac genuino modo ppt. cui opii narcosis ademta* ℈j.
F. pil. n. xij. *Conspersa* ♀. *glycyrrh.*
D. 3. pro dosi.

Quibus *pilulis* pro vehiculo adjunxit sequentem *mixturam*:

℞. *Sir. papav. simp. de siliq. Mont. aa.* ℥iß.
conf. alcherm. compl. ʒß.
aq. lactuc. ℥j. *M. ad vitrum.*

Tussim adhuc contumacem liquidis infringere cœpi sic:

℞. *Sir. de hyssop. le Febure* ℥ij.
rob. passul. min. ℥j.
aq. papav. errat. veron. aa. ℥ß.
D. ad vitr.

D. 28. (forte 29.) *April. rotulæ* & *decoctum* iteratum.

Nares exsiccatas *aqua amaraci* irrigavi.

℞. *Sir. de hyssop. Febrai* ℥ij. *de zizyph.*
rob. passul. min. aa. ℥j.
aq. papav. errat. veron. aa. ℥ß. *M. ad vitrum.*

Tussi adhuc contumaci existente, ac *lympha crassescente* in pulmonis vesiculis, firmiter persuadebat, si in materiam sebaceam excoqueretur, quod nullis remediorum generibus amplius cederet, sicque transitum sanguini denegaret, ægrumque opprimeret: ideo de magis *incidentibus*, ac *detergentibus*, partim *diureticis* remediis usurpandis cogitabam, quæ etiam tam feliciter hanc materiam ex illis anfractibus ac cavernis extraxerunt, ut urina illam copiosissime reddiderit, *tussi* interim sensim sensimque evanescente. Sequentes formulæ indicant nostras compositiones:

D. 4. Maji. ℞. *Rad. tussilag. glycyrrh. aa.* ʒß.

irid. flor. helen. aa. ℥ij.
chin. scorzon. aa. ℥vj.
cort. lign. sanct. ℥ß.
herb. prass. hyssop. veron.
capill. ♀. charefol. scabios. aa. mß.
flor. bellid. min. papav. errat. aa. mj.
ros. r. mß.
sem. anis. fœnic. aa. ℥j.
rament. C. C. crud. ℥j.
lign. sassafr. ℥vj.

Incisa & conquassata coq. in aq. font. ℔v. & rob. passul. maj. ℥vj. in vase duplici per tres horas. Colat. D. ad usum.

De hoc *apozemate* mane & vesperi haustum sumsit, deglutiendo insuper aliquid de sequenti *condito*:

℞. *Cons. bellid. min. rad. alth. aa.* ℥iß.
rob. passul. min. ℥j.
conf. alcherm. compl. ℥j. *F. mixtura, ad fictile.*

Pro *potu* consueto *hoc Decoctum*:

℞. *fl. bellid. min. papav. errat. aa.* mj.
CC. crud. raspat. ℥vj.
Coq. in aq. font. mens. iij. *ad t. p. e. Colat. D. ad usum.*

*
* *

Affectio hysterica seu hypochondriaca.

NObilissima Domina N. *Protribuni Equitum phalangis Illustr. Com. GONDULÆ* uxor, carnosa, ætatis — facie pallida, bis tantummodo puerpera, abhinc aliquot annis conqueri cæpit de *anxietatibus circa præcordia, cardialgia, constipationibus alvi, cordis palpitatione, mensium fluxu inordinato, non concolore irritamine in respirationis instrumentis, verticis ac occipitis doloribus compressivis & inde consequentibus doloribus Ischiadicis, itemque appetitu prostrato*, ut etiam vix interesse queat epulis, pisces omnino, carnes fere plerasque fastidiens; concionibus absque metu *syncopæ*, haut frequenter interest, venter subinde intumescit, virium imbecillitatem incusat, pedes sub vesperam, inprimis dexter, parum intumescunt, interdum dolet quoque humerus sinister, una cum partibus sub & intra alam, pulsus naturalis, sed plenus, ultra jus nullum fere alium cibum sumit, lacticinia abhorret, attamen aquam vitæ & similia, horis matutinis amat, qua se levatam autumat, inquiete & cum terrore dormit noctu, alias interdiu quoque somnolenta, in syncipite fervet instar ollæ aqua calida repletæ, frigoris impatientior, quam caloris, urina pallida, cruda instar aquæ, *melancholica est*, oris siccitas, ac si lutum & corium interiora obducerent, nares siccæ, nebulosos oculos habet.

(1. *Constipatio alvi laxantibus & mollientibus* auferenda, ut, hora 9. ante meridiem, quinque vel 6. *prunis laxativis, electuario catholico* ac *pulvere scammon.*

(2. *Appetitus prostratus* ac *ventriculus pituita oblinitus* corrigendus *Elix. propr. P.* ac *pulvere stomachico Birckmanni.*

(3. *Hypochondriorum inflationes* tollenda *discutientibus* ac *carminativis*, ut

~. ⊖✱ci □so, *aquis hystericis*, cum *castoreo* ac *elæosacch. hysterico carminativo*:

℞. *Aq. meliss.*
chamom. aa. ℥iij.
~. *cerasor.* ℥j.
elæosacch. carminat. ʒj. *M.*

(4. *Capiti* succurrendum *cephalicis antapoplecticis* ac humidum exsiccantibus, externe *balsamo cephalico*, *cucupha*; interne *pulvere epilept. March.* cum ♁i *nat.* ac *castor.* ♁io *diaph.* in *Conf. majoran.*

(5. *Terroribus* ac *spasmodicis symptomatibus* itid. ♀ *e epileptico* supra scripto.

Cardialgiæ prospiciendum externe *balsamo stomachico*.

Vires reficiendæ *cibis euchymis* & *eupeptis*, ventriculo jam correcto, *Cachexiæ* huic universaliter prodessent *acidulæ*, ut & symptomatibus *hystericis* earumque caussis exstirpandis: non habitis *acidulis* vel *diaphor.* ♂ *le*, vel *Tinctura* ♂ *tis*.

Mensium inordinato fluxui, ac corruptorum in colore & substantia *acidulæ* quoque probant, ut & *balnea acidularum* per intervalla usurpata.

*
* *

Arthritis vaga scorbutica inveterata.

UXor *Alexandri Brmgolfii* inferioris *Hallovia* civis, mulier 40. annorum, facie florida, ac corpore carnosa, procera, decies puerpera, in puerperiis laboribus domesticis magnas valetudinis ecclipses perpessa, *dentiumque* & *capitis doloribus* a multis annis obnoxia, jam abhinc septem annis conqueri cœpit de *vagis capitis* & *artuum doloribus*, ac *totius corporis segnitie*, ita, ut rusticos labores haut ferre amplius queat, frigoris impatiens, & tamen, cum sibi de calefaciendo corpore prospicit, & frigus & dolores magis incrementum capiunt, unde vix quiete dormire potest, alias bene comedit, siti non premitur, *menstrua* rite ac debito tempore fluunt, quotidie alvum deponit, urina interdum turbida, interdum laudabilis, sed color variat, interdum etiam sedimentum puris instar habet.

Caussa hujus affectus videtur esse ⊖ *fusum*, *s. Tartar. resolutus*, in totius corporis liquaminibus scatens, cui olim ansam præbuere male transactum genus vitæ rusticæ, dum in puerperiis & interdum etiam menstruata lactansque improbam victus rationem habuisset, ac se auræ frigidiori exponendo, immo & lavans lintea, aquæ frigidæ manus pedesque immergendo, decentem *fuliginum salinarum exhalationem* pororum cutis occlusione impedivisset, quæ dein in massa sanguinea & lymphatica, ut & in visceribus moram trahentes, tandem in *salem fixum*, fluxilem & erodentem degenerarunt.

Metus est, ni quam proxime se curæ Medici committat, ne tandem *apoplexia*, huic familiæ morbus peculiaris, vel, *deficientibus menstruis arthritis universalis fixa*, vel, quod æque malum, *ulcera exedentia* arcessantur.

Indi-

Indicationes curativæ sunt (1. *ut Tartarus resolutus in corpore abundans decenter ac per vices evacuetur*, quod fiet primo *purgantibus hydragogis mitioribus*, tribus diebus post *plenilunium* ac *novilunium* iterandis, ut *Mercurio dulci extr. cathol. aa. gr.* xv. pro dosi; secundo *scarificationibus*, singulis mensibus ante *novilunium* tertio die celebrandis; Tertio, *sudoriferis volatilibus*, ut ⊖*i fixo* alas præbeant, per tubulos glandularum subcutanearum eo melius penetrandi, ut ∾. *CC. rectificato*, generi nervoso alias & spiritibus amico; sequente die post sumtum *purgans* ejus ʒj. in *dec. charefolii* sumendo, ad horas duas sudando.

(2. *Ut denuo dulcor humoribus in corpore restituatur, ac defectus alcalium volatilium acido huic* ⊖*i fuso resarciatur*, quorum prius fiet *lacte caprillo*, alterum *succis nasturtii* & *angallidis aquaticæ*, *charefoliique* cum *lacte* mane & vesperi sumendis; quibus addo ♀es *acorem absorbentes ac præcipitantes*, igneque metallico *mercuriali* frigidam salis qualitatem corrigentes, ut:

℞. ♁*ii diaphor.* ℨß.
CC. philos. ʒij.
♁. *nativ.* ʒj. *F. Dos.* xij.

mane ante haustum *lactis*, pomeridie cum *rob. juniperi*.

(3. *Ut fluxio Tartari resoluti immodica inhibeatur, ac irritatum genus nerveum consopiatur*, sequentes ♀es sub somnum capiendos dedi:

℞. ♁*ii diaphor.* ℨß.
♁. *nativ.* ʒj.
ess. op. Langel. gr. vj. *F. Dos.* xij.

Pro *potu* ordinario suasi *Decoct. cort. fraxini*. Vitet *vinum*, *acida*, *salita*, *caseum*, *iram ac mœrorem*.

Hæc medicamenta præscripta sunt *d. 9. Maji*, 1674. Postea *d. 30. Maji* maritus narrabat uxorem ab usu horum medicamentorum per alvum magnam seri copiam semper deposuisse, & bene dormire; suasi, ut persistat hisce, *pulveres* tamen sic correxi:

℞. ♁. *diaphor.* ℨß.
CC. philos. ppt. ʒij.
♁. *nativ. gr.* xxxvj.
F. ♀es XII. mane sumendi:

℞. ♁. *diaphor.* ℨß.
ess. op. Langel. gr. iij.
F. ♀es Xij. noctu sumendi.

* * *

Febris maligna continua paroxizans.

NObiliss. & Ampliss. Dn. *Beatus Jacobus* von der Lauben / Vicarius (Statthalter /) in Zug / temperamenti sanguineo cholerici, habitus carnosi, capillis crispis & flavis, facie florida, annum agens 58. ante tres hebdomadas, tempore pluvioso, iter faciens, indeque domum redux, *lassitudinem spontaneam*, *capitis dolorem*, *appetitum prostratum*, *ac frigoris calorisque vicissitudines*, *cum linquente animo* subinde sensit ac passus fuit. *D.* $\frac{2}{30}$. *Oct.* 1673. ante meridiem *febrilem accessum* expertus est cum *rigore*, *cardialgia*, *siti immodica*, *calore ac æstu interno*, re-

missa exacerbatione magna imbellicitas cum *animi deliquio* eum invasit, totus paroxysmi ambitus duravit ad horas usque octodecim, urina fuit cruda flammeaque in hunc usque diem, pulsus frequentior, celerior, ac compressior in ipso paroxysmo, quam in statu remissionis, in quo plenior, robustior ac tardior est. Singulis diebus in hunc usque præsentem, fere eodem modo, excepto rigore, exacerbationes sustinuit, quibus *cephalalgia* cum *tussi* & subsequente expectoratione conjuncta fuit. D. $\frac{2}{5}\frac{1}{1}$. *Oct.* sequente die post primum accessum VSio instituta fuit in brachio sinistro, de qua parum emolumenti habuit. D. vero $\frac{26.\,Oct.}{5.\,Nov.}$ ob *cephalalgiam* contumacem, revulsionis gratia, cum levamine, *vena* in alterutro pede *tusa* fuit, ex præscriptione Clariss. Dn. D. *Weissii*, *enemata* duo eidem injecta sunt, quibus operationem præbentibus *syncopen* arcesserunt *stomachicam* singulis vicibus. Toto morbi decursu nunquam sudavit. *Refrigerantibus*, *humectantibus*, *expectorantibus ac sitim sedantibus* ægrotanti Domino succursum est hactenus, itemque, quibus linguæ ardorem præpediebant.

Resolutio.

Ex contemplatione totius historiæ morbi nil aliud concludendum est, quam præsentem morbum esse *febrem malignam continuam paroxyzantem*. *Febrim* esse, gestus, pulsus celer, frequens, sitis orisque amaror indicant; *malignam* vero esse, ob contumacem *cardialgiam*, sudoris defectum, ac animi deliquia; *continuam* & tamen *paroxyzantem*, quod nunquam *febris* vere intermittat, sed tamen symptomata pleraque per aliquot horas mitiora sunt, & ob statum tempus sui insultus *paroxyzans* absque dubio nominari potest. *Caussa procatarctica* hujus morbi fuit *aër pluviosus*, quem in itinere haurire coactus fuit, cui forsan accessit motus vehementior, qui calidum justo corpus efficiens, ac mox iterum subsequens frigus, destillationibus a capite in subjectas partes ansam præbens, quæ *antecedentem* huic morbo dabant *caussam*. *Continens* vero est partim *biliosum excrementum*, quod malignitatem ab aëris inclementia, ac forsan etiam ab ira contraxit, ac circa ventriculum stabulavit; partim vero *lympha tenacior* ac crassior circa pectus hærens, unde *tussis* & exscreatio immodica sequitur, hinc ob tenacitatem lymphæ difficilis hic screatus exsurgit. *Prognosis* ut habeatur, considerabimus morbi magnitudinem, qua neglecta, facile, ratione pectoris affecti, *pleuritis* vera, vel *peripneumonia* accedere posset; ratione ventriculi, & bilis in malignitatem conversæ vero, vel *hemitritaeus*, vel *epiala febris* posset subsequi: Sed, quia habitus corporis bonus, & plura alia nos melius sperare jubent, ideo judicandum, hunc affectum legitimis remediis bene posse subjugari. *Indicationes curativa* sunt, *ut bilis*, quæ malignitatem contraxit, ac circa ventriculum hæret, *debite* hinc

remo-

removeatur, ac a centro ad superficiem propellatur, quod prius *vomitorio* aliquo miti, si vires sufficerent, esset expellendum, secundum autem *alexipharmacis temperatioribus* est instituendum, ex quorum numero sunt *Diascord. Fracast. pulv. rub. pannonicus, species vel confectio de hyacintho, bezoar occidentalis, CC. philos. ppt. sirupus vel succus citri, rubi idai &c. ▽. card. ben. scabios.* His accensendum esset ♁. *diaphor. rit. par.* cum ∼. *CC. rectif. & ▽. prophylact. Barbett.* & similibus. Utque onus e pectore, lympha scil. pulmones infarciens subducatur, *expectorantibus, quæ parum incidunt*, res peragenda est, ut *rad. helen. glycyrrh. ir. flor. scabios. veron. fl. bellid. sem. fœnic. passul. min.* &c. in forma *apozematis* magis quam in forma *siruborum*, nimium *sacchari* recipientium. *Cephalalgia* si contumacior, *vesicatoriis* securius cedit, quam VSi. *Cardialgia* pertinax feret extus *theriacam cum* ☊. *nucist. instar cataplasmatis*. *Clysteres*, ac *purgantia* per secessum, ob malum consequens, negligantur, etiam in quartum diem adstricta alvus mediocri glandi obediet. *Sitis* sedari poterit *Julepis refrigerantibus* ac *cardiacis*. *Jüscula* sint *hordeata* interdum ac *pauxillo succi citri* alterata. Pulsuum loca fricentur *ruta intincta aceto*, ac tempore deliquiorum naribus admota. *DEUS* cœptis annuat.

D. $\frac{29.\,Oct.}{3.\,Nov.}$ Sequentes formulæ præscriptæ.

Potiuncula alexipharmaca:

℞. *Aq. card. ben. scabios. aa.* ℥vj.
diascord. Frac. conf. de hyac. aa. ℈ij.
bez. occid. ℈ß.
succ. citr. rec. ʒij.
conf. man. Chr. perl. ℈iiij.
M. F. pot. hor. 10. a. m. usurpanda.

Aqua cardiaca:

℞. *Aq. card. ben. fl. acac. aa.* ℥iß.
meliss. ℥j.
conf. de hyac. ʒj.
CC. philos. ppt. ℈ij.
bez. occid. ℈j.
conf. man. Christ. perl. ℥ß.
succ. citr. ʒij.
M. singulis bihoriis duo cochlearia sumenda.

Sirubi refrigerantes:

℞. *Sir. rub. id. berber. aa.* ℥ij.
succ. citr. rec. ℥j.
∼. *Vitrioli gtt.* xx. *M. cum Decoct. ordin.*

Apozema pectorale:

℞. *Rad. helen.* ℥ß.
irid. flor. glycyrrh. aa. ʒij.
herb. scabios. veron. aa. mß.
fl. bellid. min. mj.
sem. fœnic. ʒij.
passul. min. ℥ij.
Coq. in aq. font. ¾. Mens. ad. 3. Singulis hor. mane 6. & vesperi hora 5. haustulum sumendo.

Pro vesicatorio:

℞. *Ferment. acr.* ℥ß.
cantharid. ʒj. *F. Empl.*

Pro cataplasmate stomachico:

℞. *Conf. rosar.* ℥ß.
theriac. Androm. ʒij.
ol. nucist. ʒj. *M.*

Pulvis bezoardicus:
℞. *Pulv. rub. pannon.* ℈viij.
diaphor. ♃ .ʒij.
bez. occid. ℈iiij.
F. ♀. Divid. in dos. viij. coq.

* * *

Puellus a pigmentorum linctu mortuus.

PUellus undecim mensium matre natus ad iram prona, quæ, quum propter *abortum, difficilem partum* ac *fetus mortuos* bis de vita periclitaretur, nuper nostram implorans opem, hunc infantem debito tempore salvum, *Lucina* favente, enixa est; hic per totum id, quo auram exteriorem trahebat, tempus, satis sanus & alacris vixit, nutrimenta tenellæ huic ætati convenientia semper cum appetitu sumendo, unde justum corporis membrorum incrementum ac robur acquisivit. At, quum præterlapsis aliquot diebus ad fenestram super scamnum a matre culinam petente poneretur, ibidemque *asserculum pigmento librorum viridi, e sandaracha & glasto Indico composito infectam prehenderet*, quicum aliquandiu luderet, nescio, quo fato, insons puellus illud *ori admovit, ejusdemque angulum colore tinctum delinxit*, unde fere tota facies una cum lingua virore conspurcabatur, quem quidem mater mox rediens, quoad potuit, abluebat, attamen, quia aliqualem ejus partem infans jam deglutiebat, statim *æstus ac sitis immanis, cum appetitu omnino prostrato* ac *vomitibus illum invasit*: & quia hæc symptomata a *dentitione* credidere ortum habuisse, ideo quarto demum posthæc die me accersiverunt, ut medicam manum adhiberem. Sed ob *vomitus continuos ac enormes* nullum ferre potuit amplius remedium assumi, &, quæ prius, statim post commissum errorem, profuissent, *lac tepidum*, ac *oleum amygdalarum*, nunc vix deglutita *vomitu* rejiciebantur: *mixturæ cardiacæ* ac *antispasmodicæ* itidem frustra datæ fuut, *convulsiones* enim ingravescentes omnem deglutitionem interceperunt, venterque una cum stomachi regione ac pectore toto etiam valde intumuit; per alvum rejecit copiam fetidæ ac bilis colorem æmulantis materiæ, ex ore, una cum ingestis, fons blennæ tenacissimæ decoloris. *Vomitum* externis itidem frustra, cum interna non succederent, compescere studui, *Spatio diei naturalis tres quatuorve aquæ mensuras ebibit*, quæ mox iterum *vomitu* rejecta fuit. Quamobrem, cum *vomitus* & *convulsiones* corpus magis magisque attererent, tandem sexto die anima tenella Creatori suo reddita fuit. Cadaver ob sonticas non licuit secare caussas.

* * *

Terroris a spectro incussi effectus.

VIrgo temperamenti sanguineo phlegmatici, annum circiter vigesimum agens, mensibus, imminute licet, fluentibus, ex *inopinato spectri cujusdam nocturno tempore occursu perterrita, in omnimodam mensium suppressionem,*

neis, *cum omnium partium tremore*, *frigore ac lassitudine notabili incidit*, *accedentibus vigiliis*, *inquietudine*, *mœstitia & alvi constipatione*, quibus symptomatibus post venam apertam & alvum solutum *prunis* aliquot *laxantibus*, (ex consilio Medici,) superveniebat *debilitas* quædam *deliquio animi* haut absimilis, a partibus inferioribus sese elevans, ac per vices affligens, primò cum *nausea* ac irrito vomendi conatu, postmodum vero *violentissimis ventriculi subversionibus*, materiam ejiciebat pituitosam ac viscidam admixta bile, quæ *vomitiones* singulis horis ter vel quater repetunt, ita ut nihil retinere inde potis sit, sive sint alimenta vel medicamenta, sed statim maxima cum violentia ac dolore iterum rejiciuntur, unde debilitata adeo ægra est, ut se vix de latere in latus movere possit, &c.

Resolutio.

Subitaneus terror influxum liberum *spirituum* stitit, hinc & sanguis in ramis iliacis stagnavit, neque per oscula arteriarum circa uterum amplius exstillavit, qui postmodum arterias gastricas ac cæliacas impetrosius perreptando in ventriculi villis & glandulis secretus, magnam insulsæ ac immaturæ blennæ vim illic deposuit, unde frequentes illi *vomitus*, cum ejectione plurima viscidæ materiæ, orti sunt. Actiones item naturales ob impressionem *pavoris* omnino imminutæ, in præcordiis, una cum copia blennæ fluctuantis in ventriculo *appetitum* dejecerunt, *sitimque* omnino extinxerunt.

Succurrendum ante omnia symptomati graviori, *vomitui* nempe, quo neglecto frustra impenduntur remedia reliquo affectui dicata. Externa heic laudantur, quia Rector ventriculi inversus nulla fere interna retinet medicamenta, nisi sicciora, ac in minima quantitate. Hoc ergo impone *emplastrum* cordis scrobiculo.

℞. *Ferment. acrior. nucis magnitudine.*
ol. nucist. expr. ℥ß.
menth. caryoph. aa. destill. gtt. iiij.
ther. androm. ʒj.

mixta ac extensa super alutam applica: quo non juvante alternatim de his *sacculis*, *vino rubro* veteri cum *pauxillo aceti* madidis, ventriculi regioni unum calide impone:

℞. *Rad. angel. caryophyllat. irid. flor. helen. aa.* ʒij.
herb. menth. cr. absinth. pont.
fl. rosf. r. balaust. aa. mß.
sem. coriandr. nigell.
caryophyll. nuc. mosch.
thur. mastich. aa. ʒj.
ther. Androm. ʒij.

Incis. & conquass. divide in doses 2. æqu. ad chart. Si hæc minus juvent, *cucurbitam* majorem appone, vel semel in scrobiculo cordis inuratur *moxa*, omnem subito *vomitum* tollens. *Potulenta* largiora fugiat. Sorbillet cochleatim *Tincturam rosarum fragrantem*, vel *Julepum ex rob cydoniorum domestico ac sirup. granat. acid. paratum*. Reficiatur, si *febris* absit, subinde *pane tosto*

nuce

nuce moschata fricato, ac *vino madido*: *pulticulas farinaceas* ac *avenaceas* edat: assatæ carnes meliores elixis: *Bolum* noctu sumat, si necessitas urgeat, huncce:

℞. *Conf. acid. citr. vel acetosell.* ʒij.
bez. occid. ℈ß.
unic. fossil. CC. philos. ppt. aa. gr. v.
ess. op. Lang. gr. j. *cum sacch.*
F. bolus.

Restituto ventriculo ad imminentem *chlorosin* abigendam, has *pilulas* consumat, mane & vesperi V. pro dosi sumendas:

℞. *Diaph.* ♂ *al.* ℥j.
♁. *nativ.* ʒj.
extr. croc. castor. aa. gr. v.
ol. cinnam. destill. gtt. iiij.
ess. artemis. spiss. q. s. F. pil. ccxxxx.

Consp. cinnam. ♀is. ad scat. Vitet *lac* & fructus crudos.

*
* *

Convulsiones epilepticæ multis symptomatibus stipatæ & pullitiei verminosæ adscriptæ.

CASUS.

Ein Knäblein / so bereits 10. Jahr und 6. Monat alt / indolis alias felicissimæ, piæ & bene moratæ, als es den 30. Augusti, ♀. ferndigen 1678. Jahrs / nunmehr vor 20. Wochen / Morgens früh um 7. Uhr / auß der Lateinischen Schul nach Hause kommen / ward befunden / daß seine Augen und Angesicht damahls schnell- und etliche Stunden hernach der übrige Leib allenthalben mit der Gelbsucht gantz überloffen gewesen. Dabey anfänglich ein ziemlicher Frost / bald darauf aber eine grosse Hitze gefolget / und hart angehalten. Die gelbe Farb hat sich innerhalb 5. Tagen / auf ertheilten Rath und Mittel deß Medici, zwar verlohren / das Knäblein aber spürte noch immer Hitzen / samt einer grossen Mattigkeit / besonders auf der lincken Seiten / von dem Haupt an / biß auf die Füsse hinunter / muste öffters den Fuß auf- und abziehen. Es hatte bißweilen fastidium an dem Fleisch / und sonsten schlechten Appetit zum Essen / außgenommen / was säuerlechte Speißlein sind / mit Zitronen und dergleichen Acidis zugerichtet. Hingegen hatte es / wie auch bißhero noch / grossen Durst / und bediente sich an statt deß Weins / der ihme gleich entzogen / und theils widerstanden / bißweilen eines Decocti hord. passul. mund. C.C. &c. bißweilen und am liebsten eines Zitronen-Wassers und Saffts mit Zucker vermischt / so auch der Julepen von Himbeer / Erbselen / (berberum,) S. Johannis Träublein / Quitten / jetzt aber meistens eines Decocti, dabey bißweilen auch Eichene Mispeln (viscus quercinus,) gelegt werden / &c. Weilen aber das Knäblein zimliche Mattigkeit deß Leibs / Hitzen und Schmertzen im Kopff / auch bald einiges Stechen in der lincken Seiten entpfunden /

den/

den / muste es fast immer ligen / und kunte offt nicht auf den lincken Fuß tretten. Auf Applicirung Emplastri de Meliloto, ward das Stechen der Seiten (damit auch dextrum latus zuzeiten infestirt worden/) zwar bald gelindert/ die Hitzen aber deß Kopffs und Leibes hielten desto mehr an/ wiewolen bißweilen per intervalla einige Fröstein sich erzeigt/ aber nicht lang gewährt. Der Leib war vielmahlen sehr constipirt/ und muste der Oeffnung mit unterschiedlichen Laxativen fortgeholffen werden / welches / nach den adhibirten Purgantien / auch die vielfältige Suppositoria und Hauß-Klystier thun müssen. Nachdem nun offt-gedachtes Knäblein / welches ehedessen fetten und dicken Leibes gewesen/ durch solche lang anhaltende Hitzen / und wenige Speisungen / sehr außgemergelt und von Kräfften gefallen / ungeachtet immerdar mit nutrientibus & confortantibus medicamentis begegnet worden/ so haben sich vor 7. oder bald 8. Wochen in dem Tag- und Nachts-Schlaff immer mehr und mehr Schrecken angemeldet/ da er offt viel gefantasirt / auch von der geringsten Bewegung und Gehen sehr erschrocken / aufgefahren und gegrillt / biß endlich vor 6. Wochen/ d. 3. Decembr. ♂. cum novilunio die völlige convulsiones außgebrochen/ mit größlicher Verkehrung der Augen/ Aufwerffung deß gantzen Leibs und Geschreyh/ welches in der ersten Woche täglich/ auf die 10. 12. auch mehrmahlen kommen/ und damahls/ wie auch biß dato noch / ungleich / etwan eine Viertel- halb- auch eine gantze Stunde gewährt. Mit Beyziehung beyder hiesiger Medicorum, Herrn D. Metzgers und Herrn D. Camerers/ sind vielerley Medicamenta adhibirt worden / als erstlich und anfänglich:

Emulsiones e sem. 4. frig. exc. cum aq. tarax.

2. *Pulv. march. comp. epil. mirab. Mynf. aa.* ℈ß.
unic. ver. gr. iij. *S.* Pülverlein auf 2. mahl.

3. *Pulv. cephal. CC. philos. calcin. unic. ver. fol.* ⊙. Pülverlein auf 3. mahl.

4. *CC.* ⊙*at.* ☿. *nativ. aa. gr.* j.
extr. paeon. gr. iij.
ther. coelest. gr. j. *F. pil. n.* viij.

5. ℞. *Ol. vulpin rut. lumbric. castor. aa.* ℨij.
axung. hom. ℨj. *M. saepius repetitum.*

6. ℞. *extr. valerian. paeon. aa. gr.* iiij.
bezoard. gr. vj.

7. ℞. *Aq. hirund. c. castor.* ℨj.
Sir. acetos. citr. ℨß. *saepius repetitum.*

8. *Empl. de tacamahac.*

9. ℞. *Pulv. march. comp. epil. mir. Mynf. aa. gr.* viij.
extr. bezoard. castor.

pæon. rut. aa. gr. iiij.
⊖. *succin. vol. gr.* iij. *M. F. pil.* n. xxxvj. *sæpissime repet.*

10. ℞. *Aq. ceras. nigr. pæon. til. aa.* ℥j.
sir. rub. id. ʒß.
Vitrioli gtt. j.

11. ℞. *Pulv. march. comp. epilept. mirab. Mynf. aa. gr.* xv.
arthrid. W. ʒß. *M. F.* ☿. *D. cum aq. antisc. Dorner.* ʒß *sæpius repetit.*

12. ℞. *Conf. fumar. fl. pæon. acetosell. aa.* ʒß.
cochlear. ℥ij.
carn. citr. cond. ℥iß.
pulp. citr. ℥ij. *nuc. ind. cond.* ʒß.
sir. rub. id. q. s. M. F. Elect. sæpius repetit.

Das waren die mehreste Medicamenta, welche von den ersten paroxysmis an / biß dato successive gebraucht worden / samt noch etlichen andern Medicamentis und kräfftigen Wassern / als Perlen-Wasser / 4. aq. cord. so auch besonders ihme / dem Patienten / vor andern Wassern am leichtesten beygebracht werden kan / das schwartze Kirschen-Wasser. Weilen aber diß alles im geringsten nichts angeschlagen / noch bessern wollen / sondern der morbus täglich mehr exasperirt worden / auch einige Leute vermeynt / es möchte dem Knäblein per veneficium oder fascinum was zugefüget worden seyn / so hat man auch deßwegen / mit Bewilligung beyder Herren Medicorum, den Zauber-Balsam zum vierdten mahl beygebracht / auch äusserlich an den Schläffen / Pulsen und Genick gebraucht / alles aber ohne Frucht / und / wie wir vermeynten / die Convulsiones darauf nur bälder und hefftiger angekommen; also / daß der Patient in die 3. Wochen her in manchen Tag über die 14. 15. biß 16. Convulsiones leyden muß / mit sehr ungestümer jactatione totius corporis & præprimis capitis, eo ipso quoque sæpissime retrorsum magna vi retracto, manumque attollentis deprimente, mox rigida iterum & immobili cervice, nec non pedibus præsertim & manibus; palpitatione item cordis intensissima. So wird auch der Athem öffters eine Viertel-Stunde lang kümmerlich geholt. In Paroxysmo ist die Pulß schneller / als sonsten / da sie in die 5. Wochen her immer æqual schlägt / sc. extra paroxysmum. In paroxysmis lässet er Urinam frequenter unwissend fliessen. Sedes sind in die 14. Tage her ziemlich natural, und treibet sich die Natur selbsten spätist über den andern Tag / jedoch zuvor mit einigen Grimmen im Bauch / deßwegen man mit suppositoriis forthelffen muß. Appetitus zum Essen ist jetzund besser / als vor 8. oder mehr Tagen / meistens aber zu sauren Speißlein von Kirschen / wie auch Fi-

schen und Fisch-Brühen/ item, was von Rosienlein/ Zibeben/ (passulis majoribus,) und Mandeln gemacht wird. Sein liebstes und mehrstes Tranck war auch Mandel-Milch / welche aber nunmehr entleyden wollen. Notandum, daß dieses Knäblein in seinem 7.und 8.Jahr öffters auß der Schul gantz erbleicht heimgekommen / Hertzklopffen geklagt / darum auch ins Bett sich legen müssen/aber allwegen folgenden Morgen wiederum frisch und munter aufgestanden. Es hat auch diß Knäblein in dieser seiner 20.wöchigen Kranckheit/ auch vor diesem in gesunden Zeiten / öffters gantz unbewußter Ursach geweinet/ ehemahlen sich auch/ neben dem Weinen / bald wieder lächerlich gestellet und geberdet/ darauß Herr D. Brotbeck / Seel. geschlossen hatte / daß er ein Spleneticus seyn möchte / darwider er eine Tragæam verordnet. Eben in dieser Nacht haben ihn die 13. mahlige Convulsiones, und besonders die letztere / die lincke Seiten / auch beyde Hände und Aerme dermassen gelähmet/ daß man ihn in dem Bette hat heben und legen müssen. Die Hände und Arme hat er eine völlige Stunde lang nicht auf den Kopff bringen können. Notandum inprimis, daß er gleich post paroxysmum wieder so munter und frölich bißhero hat pflegen zu seyn/ auch so völlig und unverruckten Verstands und Judicii, als sonsten ein rechter gesunder Mensch. Wann man ihn auß dem Bette in ein anders/ obschon allersanfftest/ trägt/ so ist gleich ein vehementior paroxysmus vorhanden / der/ wie allwegen / mit grossem Zablen/Purtzeln/Prällen und Auftreiben deß Halses außbricht/ das Hertz aufstoßt / die Hüfften einer Hand tieff einziehet. Datum Tübingen/den 14. Januarii, ♂. 1679.

P.S. Zur Venæsection wollen unsere Herren Medici nicht eben gern einrathen / weilen der Leib so sehr außgemergelt/ und vom febri hectica viel consumirt wird/wiewol er etliche Tage her für sich selbsten etliche mahl auß der Nasen etliche Tröpfflein Bluts geschweißt. Vesicatorien hat man vor 6. Wochen auf beyden Füssen adhibirt.

Resolutio.

Ex narratione hujus morbi caussas horum symptomatum in *hypochondriis* latere judicamus, ubi vel *lumbricorum copia sive teretium, sive latorum,* vel *serum aliquod circa plexus nerveos effusum acido-austerum* hasce tragœdias excitare potest. Caput forsan omnino insons, nisi præcesserit casus vel ictus hactenus nondum exploratus. *Febricula lenta hecticam* æmulans, itidem vel *abscessum* in aliquo viscerum latentem portendit, vel exedentis ac ser-

pentis inflammatiunculæ, ab *acido austera colluvie serosa*, *convulsiones* simul pariente, exorsæ signum est. Quamobrem, nî *summa macies interitus prænuncia* id vetet, singulis mensibus bis, triduum nempe ante Lunam plenam novamque, de *trochiscis Hermeticis* quatuor una dosi summo mane manducabit æger, superbibito post mediam horam jusculo; vel horum loco *Oxysaccharum emeticum* ad ʒij. semel in mense ante novilunium datum, e ventriculo locisque vicinis viscidam ac lentam istam *acido-austeram blennam* excutiet, quæ ob illud vitium alias chylum jam sanguini admiscendum inquinaret. Antecedentes ergo caussas hujus affectus, tam hisce duobus evacuantibus securissimis, quam aliis remediis *antispasmodicis*, quæ simul *abscorbendo, præcipitando, invertendo ac inducias dando* effectum suum edunt, corriges; huic intentioni satisfaciet diuturnior usus hujus *pulveris antepileptici* mane ac vesperi ad ʒß. in convenienti vehiculo infra notato sumti:

℞. *Diaphoret. Jovial.* ℥ß.
CC. phil. ppt. Coral. r. ppt.
♁ *nativ. vel* ♁ ij. *lap. laz. ppt.*
aa ʒß.
lap. bez. occid. succin. a. ppt. aa. ʒj.
ol. nucist expr.
extr. lign. aloës aa. gr. xij.
castor. croc. aa. gr. iij.
laud. op. compl. gr. ij.
sacch. perl. ℥iß. *F.* ♀ *subtil. ad scat.*
S. Gicht-Pülverlein auf einmahl ein ʒß. zu nehmen.

℞. *Aq. flor. acac. persic. til.*
meliss. ceras. nigr.
sir. fl. tunic. aa. ℥j.
∾. *cochlear.* ʒß.
⊖ ✱ *ci urinos.*
conf. alk. compl. aa. ʒj.
M. ad vitr. S. Gicht-Wasser / die Pülverlein darinnen einzunehmen.

Continenti caussa proderit *mistura ex vulnerariis essentiis* composita hoc modo:

℞. *Essent. spissior flor. bellid. min.*
hyperic.
nummular. aa. ℈iiij.
Conf. ros. rubr. ℥iiß. *M. exacte ad fictile.*

De hac *conserva* hora 9. antemeridiana ac somni tempore ʒj. sumito, quam dilue cum *succo recenti cochleariæ*, quantum cochlear argenteum continet, sieque simul uno haustu epotentur.

Gelatina CC. recens parata quotidie sumta *atrophiæ* medebitur, cui *confortationis* caussa admisceatur *conf. alcherm. compl.* Hac methodo diu insistendum est, donec manifestum levamen inde perceperit æger. *Venæsectio* in corpore emaciato plus nocebit, quam proderit. *Vesicantia* frustra applicantur, *cauteria tamen actualia*, si extus primaria caussa tangi potest, audacter loco affecto inurantur, ubi ubi sit, quorum *moxa Sinensis* e mitioribus est. *Vinum*, acida omnia, *lacticinia*, nimium salsa ac aromatica fugienda ceu venena. Vertex *oleo succini albi* inungatur guttatim.

tatim. Cervix ac spina dorsi quotidie bis illinantur *oleo hyperici composito*. *Lectisternium* sit *gossypinum*, non e *plumis avium domesticarum*. Cibus sit levis digestionis laudabilisque succi. Cœna sit prandio parcior. *Alvus* quotidie fere respondeat, &, si opus sit, interdum *glande mellea*, interdum *clysmate domestico* solicitetur. *Mœror* ac *ira* procul arceantur. Si æger supervixerit æquinoctium vernum, in ejus solatium parari poterit *Sirubus aperitivus* & *antisceletyrbicus magistralis*, qui *flores mali persici* ac *cochleariam* necessario contineat, de quo dein quotidie *duo cochlearia* bis sumat. *DEUS* remediis benedicat, *Dat. Scaffhus. d. 19. Januarii, Anno 1679.*

Henricus Screta, D.

* * *

Memoria abolita.

CAsus iste, quum in Theoria & praxi *Scretianis* cum reliquis antecedentibus conveniat, eum huc referre sustinui, quamvis manu *B. Screta* descriptus non sit.

Reverendissimus Dn. *FRIDELINUS SOMMERER, BADENSIS, ABBAS MURENSIS*, 44. annorum, & quod excurrit, carnosus, robustus, vasto corpore præditus, staturæ justæ, colore faciei citrino, ingenium ab aliquot annis, multis & continuis negotiis defatigavit, in rebus peragendis serius, meditabundus, varia itinera perfecit, etiam per montana *Helvetiæ*, quavis tempestate. Jamdiu consuevit statim a pastu ad labores redire, qui sæpe ingenium non parum fatigarunt. Ante annos aliquot diu multumque vexabatur *intertrigine* sub *axillis* & in *perinæo* ac *interclunio*, quæ ab obambulatione tempore æstivo potissimum excitabatur, atque puritu & copiosa seri exstillatione permolesta fuerat. Ab anno *hemicrania sinistri lateris* supra oculum & circa tempus sæpe ipsum invasit. Æstate præterita noctu subito *catarrho* quasi *suffocativo* corripiebatur, qui tamen brevi discutiebatur *rotulis cephalicis* & *pectoralibus* a Reverendissimo Domino *Abbate RHENOVIENSI*, qui ipsi tunc *VISCHINGÆ* aderat, suppeditatis. *Hemicrania* autem ipsum sine *nausea* aut *vomitu* aut oris amaritie affligebat. A. 16. *Nov. st. v.* ad 22. *Nov.* 1672. occupabatur in visitatione monasterii *Eschenbacensis*, in qua a 6. hora matutina continue ad 6. vespertinam ad lucem cereæ scribebat, nisi per horulam, in qua pransus est, immo statim a prandio ad solitos, eosque graves labores redibat. *D. 22. Nov.* domum redux animadvertit caput admodum obtusum esse, & circa vesperam *hemicrania sinistri lateris afflixit*, ut incœnatus lectum petierit. Sequenti die & subsequentibus optime habuit *ad 27 Nov.* & ne vel minimum morbum prævidebat. A *die 27. Nov. ad 29. Nov.* ob tempus *Adventus* nostri plerumque nullo cibo calefacto vescebatur, sed *acetariis*, & *piscibus*, quos Gangfisch vocant, *fumo induratis, oleo & aceto conditis*, *D. 28. Nov.* toto tem-

pore antemeridionali in templo capite denudato, cœlo impense frigido, ob *Festum B. Virginis*, commorabatur, & itidem post meridiem ob funeralia R. D. P. *Subprioris*, *LUITFRIDI ZäCH*, inde nihil adversi animadvertit. *Die* 29. *Nov*, mane in templo versabatur, hinc scholam visitavit, ac *Rhetores* ipsemet ad horam examinavit, atque tam bene habebat, ut putarit, nunquam serenius, ut nunc loquitur, caput fuisse. Ante nonam horam mane in cœnaculo frigido obambulans, præsente *Domino Cancellario*, controversiæ a rustico propositæ auscultavit, *dum illam decidere conabatur; ac sententiam prolaturus esset, non succurrebant verba, quibus animum suum exprimere posset, simulque doluit sub mamma sinistra, & hemicrania maxima, si tussiebat, ipsum excruciabat.* Ab illo momento *memoriam ita amisit omnem*, ut neminem adstantium amplius proprio nomine appellare potuerit, immo nullam amplius rem denominare valuit. Vidit distincte colores, & objectorum visibilium lineamenta, figuras &c. Attamen legere prorsus & literas combinare nequibat. Omnes reliqui sensus externi constabant, nec in sensu communi vitium; ipsemet *labem memoriæ* apud se animadvertit, atque agnovit se in loquendo aberrare, nec res debito nomine impertire; insuper sensit caput seu obfuscatum, seu obtenebratum & stupidum esse. Nihil *paralytici* animadversum. Litteram etiam R. distincte pronunciavit. Respiravit bene. Tunc temporis appetitus dejiciebatur, pulsus fuerat frequentior. Urina debito tinctior, statim ab emissione turbabatur. In hoc statu per triduum subsistit. Interea Clariss. *Dn. D. Weiss clysteres* injecit, quorum beneficio feces biliosæ educebantur copiose, quin etiam ter *vena secabatur*, semel in pedibus. Dedit quoque dein *digestivum* & *purgans lenitivum*, suasit victum tenuem & vinum denegavit, quibus effectum est, ut triduo elapso *appetitus* redierit, & *Reverendissimus Dominus* memoriam maximam partem recuperaverit. *Die* 6. *Dec*. 1672. ipsum conveni. Observavi apud *Reverendissimum* aliqualem *memoriæ labem* superesse, nam in discursu non ad nutum succedebant verba, adeo ut ipsemet conquereretur, verborum copia se destitui, unde subinde inter loquendum hæsitabat, nonnunquam minus congrua verba sermoni admiscebat, Psalmorum hymnorumque non recordabatur, si prolixiores erant, nec memoriter illos recitare valuerat, breviores vero, ut & *precationem Dominicam*, *symbolum Apostolicum* &c. sine hæsitatione protulit. Ajebat, se animadvertere, ingenium quoque vitium cepisse, antehac promtissime aliorum sensus de re proposita concipere potuisse, nunc id cum labore fieri; nec se posse animi sensa, ut pridem, proferre, & de rebus tam promte judicare, quin etiam rationem subducendi ad leges arithmeticas ægrius succedere. Interea vero distincte iterum legit, lecta intelligit, præ-

præteritorum recordatur, etiam actorum paullo ante insultum hunc habitum, immo meminit, in ipso insultu caput obtusius fuisse, neque ad nutum verba fluxisse. Iterum bene appetit, adsumta digerit. Pulsus naturalissimus est. In respiratione nulla menda observatur. Somnus quoque prorsus naturalis, nec nimius, nec naturali minor. Nuper insomniis variis turbabatur, hac nocte vero non, & cætera vegetus est, nihilque apparet, quod morbum aliquem proderet, si labem adhuc superstitem, eamque exiguam, memoriæ exceperis. *Die 7. Dec. fonticulum* dextro brachio injussi. Ex discursibus frequentibus facile animadverti poterit, memoriæ vires magis magisque invalescere. Si forte verbum unum alterumque non statim succurrebat, post brevem cunctationem vel idem vel simile, nunc Germanice, nunc latine proferebat, ac dicebat sæpius, se Latinorum præ Germanicis recordari. Vesperi litteras breves scripsit, cum labore quodam, unde caput aliquantulum in fronte doluit. Alvus sua sponte solvebatur. *Die 8. Dec.* nocte prægressa 8. horis dormivit continue, mane, postquam evigilavit, alacris erat, nullorum insomniorum memor fuit. Expergefactus Psalmos & Hymnos sine ullo subsidio recitavit: Urina, pulsus &c. optime se habebant. Exigua adhuc labes in *memoria*, & non nisi ab attento, observatur. Mane sumsit ♀. *Marchion.* ℈ß. *cum* ▽. *apopl. Errhinum apophlegmatismum* primum usurpare cœpit, repetebatur vesperi ♀. *Marchionis.* NB. *R. D. P. AUGUSTINUS ab URI, œconomus, Reverendiss. Dn. Abbatem*, pridie ante oblivionis istius insultum, in templo valde luctuosum sedisse, oculis in cœlum devotis fixissime, ut crediderit, luctum & pertinacissimam quandam sollicitudinem caussam non ultimam hujus oblivionis fuisse. Præterea putat, paroxysmum jam summo mane adfuisse, nam non credit, ipsum templum non adiisse, Scholam vero præter morem & consuetudinem visitasse, si probe sibi constitisset. Addidit, antequam cum *Domino Cancellario* loqueretur, in cœnaculo frigido labem memoriæ animadversam fuisse. Ante 10. pomeridianam ait mensæ adsedisse, capite manu suffulto, eoque momento *plurimum salivæ ex ore effluxisse*, cujus salivæ profluvium opinatur *apoplexiam* avertisse. NB. Retulit R. D. P. *ANSHELMUS WEISSENBACH, Rev. Dn. Abbatem* pridem nimium indulsisse *acetariis*, eorumque integras patinas evacuasse solum. *Die 9. Dec.* nocte dormivit, mane in omnibus actionibus bene se habebat, memoriæ vis crevit, memoriter recitavit *psalmum* prolixiorem, in sermone tamen quandoque impinxit, ob verba nimis prompte fluentia.

NB. Non hæc videtur *Excell. SCRETÆ*, sed alius Medici ad *SCRETAM* directa Relatio esse.

Resolutio.

Affectus est *memoriæ* potissimum *abolitio*

abolitio, nam rerum nomina, sive usu comparata, sive lectione conquisita, & in memoriæ promtuarium recondita, in primo insultu depromere nequiit, nec litteras exprimere aut amplius combinare valuit, unde oblitus est penitus lectionis tum Germanicæ tum latinæ, & adhuc conqueritur, sibi verborum copiam deesse, unde quandoq; in medio discursu, ob verborum inopiam, aut tardiorem recordationem verborum congruorum hæsitat, quæ *memoriam imminutam* testantur. *Phantasia* quoq; labem contraxisse videtur. Nam *Reverendiss. Dn.* proposita non tam facile, nec ea promtitudine, qua pridem, concipit ac penetrat. Insuper ipsemet animadvertit, in rationibus subducendis se impeditiorem esse, ac nuperrime fuerat, quæ significant, in hoc insultu *ingenium* quoque *labefactatum* fuisse, quamvis nullo modo vitium *memoriæ abolitioni* æquiparandum sit, cum cætera probe ratiocinetur. *Sens⁹ externi*, ut & *communis*, bene valent. Nam objecta sensuum probe distinguere semper potuit, nec debito somnolentior unquam fuit. In *motu animali* quoque ne minima labes animadvertebatur. *Locus affectus* non est *nervus* aliquis ad unum alterumve sensum pertinens, nam *audit, videt, gustat*, &c. Nec *nervus loquelæ inserviens*, nam integre omnes litteras pronunciat, etiam R: nec *spinalis medulla*, quia nullum prorsus vitium in motu animali apparet. Sed *illa pars cerebri, ubi rerum species adservantur*, e qua, ceu ex promtuario depromendæ, & a facultate memoratrice, ubi usus postulat, suppeditandæ. Quæ vero illa pars sit intra cerebrum, definiri nequit. Certe, non totum *cerebrum* affectum fuisse, inde constat, quia somnolentus non fuit, nec ingenium aut ratio unquam periit. Caussa proxima talis necessario esse debet, quæ citra *inflammationem* intra poros cerebri se profundius insinuare, ibique aliquamdiu hærere ac affligere, simulque species rerum ibi adservatas impedire, atque aliquo modo obliterare potuit. Talis non est merus sanguis, quia *phrenitidem* effecisset, nec ille cum muco aut sero, quia *lethargum* peperisset. Nec nudus vapor, sive tenuis, sive crassus, quia tum brevem, ut in ebriis, tum *oblivionem cum somnolentia* excitasset. *Sed humor aqueus, qui intima quæque, a massa sanguinea separatus, subit, & diuturniorem OBLIVIONEM generare quivit*; non tamen immedicabilem, quia totus consumi potest, secus, ac si viscidus, mucosus, aut mere phlegmaticus fuisset. Talis humor est *serum*, quod cum massa sanguinea circumfertur, facile ab illa segregatur, & totum dissipari valet. Hoc *Sero Rev. Dn.* abundat, nam color est citrinus. Pridem *intertriginem* humidam passus est, nuper *catarrhum quasi suffocativum* experiebatur, fonticulus per aliquot dies substitit, minus exscreavit, &c.

Serum hoc facilius intra poros substantiæ cerebri admissum fuit, quia crebris & gravissimis negotiis caput defatigavit, & statim cibo sumto ad labores ingenii se accinxit, ac paullo ante in-

-te insultum insigniter debilitavit, dum non solum per dies sex integros, indesinenter scribendo, meditando occupabatur, in *visitatione*, & pridie ante insultum toto die in templo, in aëre frigido denudato capite perstitit. *Letheam* hanc aquam e *M. sangu.* fermentatione quadam separatam, ac quasi despumatam fuisse, vel inde constat, quia ante invasionem quasi *pleuritidem* quandam cum *sæva hemicrania* & *catarrho* persensit, appetitum amisit, ac urina tinctior evaserat, quod eo credibilius est, quia *Rev. Dn.* statim a V. S. juvabatur, quæ præ cæteris auxiliis *sanguinis ebullitionem & despumationem* cohibet. Insuper *memoria* reparabatur ab *hydragogis*. *Sero* huic nihil prorsus narcotici permixtum fuisse, inde colligo, quia, quod alias rarum in hoc affectu, plane non *somnolentus* fuit, immo cum indignatione quadam hunc affectum sufferre videbatur, unde *bilis* ebullitioni & despumationi hujus aquæ lethiferæ ansam dedisse videtur, quia ⊡ valde tincta erat, ac in primo insultu plurimum *bilis* educebatur a *clysteribus*. *Prognosis*, quia apud *Rever. Dn.* ista lethea & oblivionis aqua profundiora cerebri multis ingenii laboribus defatigati subintravit, *memoriam abolevit*, ingenium obtudit, totum cerebrum obtenebravit atque obfuscavit, *vertiginem* quoque aliquam excitavit, quia quoque post aliquoties perpessam *hemicraniam* hunc affectum sensit, verendum est, nisi summopere caveatur, *oblivionem* hanc crebrius redituram, ac tandem *apoplexiam* parituram.

Meliora tamen sperari possunt, quia *Reverendiss. Dn.* cætera sanissimus est, nondum ætatem 45. ann. supergressus est, & brevi auxiliis adhibitis præter spem *oblivio* terribilis excussa fuit, eoq; magis, quia ægrum in omnibus obtemperantem & diætæ studiosum obtinebimus.

Indicationes erunt: *Serum abundans evacuandum, a cerebro revellendum, derivandum, intra Cerebrum dissipandum, cerebrumque roborandum esse, insuper ejus regenerationem, despumationem, & novam collectionem intra cerebrum magno studio cavendam esse.* Quibus satisfieri poterit auxiliis & remediis ex *Pharmacia*, *Chirurgia* & *Diæta* desumtis, quæ ordine, methodo executiva, explicanda sunt, scil. eo ordine, qui ad praxin accommodus maxime videbitur. Ex *Pharmacia pil. cephal. errhin, apophlegmatismi, tabulæ, tragea, electuaria, aqua cephal.* Foris *balsama, cucupha*, &c. &c. *Chirurgia V. S. Scarif. Vesicator. Fontic. Frictiones.* In *Diæta vinum diluat Dec. Chin sassafr.* cibi condiantur *macer &c.* Mane hora 6. vel 7. & vesperi hor. 4. sumat ʒj. *trag. cephal.* cum pauxillo *panis tosti* ac *vino madidi:*

℞. *Pulv. epil. March.* ʒij.
pil. Reg. compl. n. j.
cubeb. ʒij.
nuc. mosch. mac. succin. citr. aa. ʒj.
cinnam. acut. ʒij.

CC. phi-

CC. philos. ppt. ℈iiij.
sacch. ros. tab. ℥j.
tab. man. Christ. perl. ℥iiß.
ol. major. gtt. j. *rorism. gtt.* ij. *M.*
Superbibat cochl. iij. *mixtur.* ex *aq. rorism. cephal. temperat.* & *fir. fl. paralys. q. s.*

Cubitum iturus sumat una nocte *pil.* v. *bezoard.*

Altera nocte *nuc. magnit.*

℞. *Conf. ros. r.* ℥iij.
fl. salv. anth. beton. aa. ℥j.
Conf. anacard ℥ß.
c. fir. flor. paralys. F. Elect.

Interdiu subinde in ore teneat & deglutiat *tabell.*

℞. *Spec. diambr. diamosch. cordial. temp. aa.* ℈ j.
extr. Xyloal. gr. xij.
conf. alcherm. ʒj.
conf. ros. ʒß.
c. sacch. a. in ▽. *rorism. sol.* ℥iij. *F. Confect. in Rotulis, irror. ol. anth. gtt.* ij.

Mane ac noctu vertex inungatur *balsamo:*

℞. *Ungu. alabastr.* ℥ij.
ol. nuc. mosch. expr. ʒiij.
ol. destill. major. rorism. lavend. aa. gtt. vij.
rut. succin. mac. aa. gtt. iij.
bals. apoplect. ʒß. *M.*

Continue gestet *Cucupham:*

℞. *Summit. majoran.*
fl. ros. r. salv. bethon. anth. aa. ʒß.
succin. a. mastich. el. aa. ʒj.
CC. ust. ebor. ust. aa. ℈iiß. *M. F.* ♀. *gross.*

Insperg. gossypio, insuatur syndoni & interpass.

Mane jejuno stomacho naribus attrahat pauxillum *errhini*, & masticet *trochisc. apophlegm.*

Triduo ante *novi-* & *plenilunium* 2. horis post parcam cœnam sumat *pil. 9. cephal.*

Diuretica & *Sudorifera* mihi hac vice suspecta sunt, ne plusquam decet, humores fundantur. VS. non repetenda, nisi æstuet, caput doleat & *vertigo* affligat. *Scarificatio* alternis mensibus ante *novilunium* instituenda. *Fonticuli* aperti serventur. Quamprimum *hemicrania* sævit, *memoria* iterum labascit, aut, si soporosus evadit, *vesicatoria* carpis & parti interiori tibiæ sub genubus applicentur. *Frictiones* prodessent, nisi illas fastidiret.

Aër seligatur temperatus. Vescatur *cibis* boni succi, facilis digestionis. *Vinum* diluat *Decocto chinæ.* Cœna parcior sit prandio. Non statim a cibo *somnum* ineat. *Somnus pomeridianus* nocet. *Venerem* vitet. *Alvus* sit aperta. *Exercitiis* incumbat magis, quam unquam.

* * *

Curationes sequentes equidem sunt pientissimi SCRETÆ, quod vero ex ejusdem manuscriptis eas non hauserim, sed e schedis *B. Dn. D. JOH. HENRICI HILLERI, Physici* olim in *Würtembergico Ducatu Marpacensis* mei in thoro Antecessoris, & Discipuli *Scretiani*, collegerim, id monere *Lecto-*

Lectorem non dubitavi, ut vel inde nostrum candorem agnoscat.

Casus ab alto.

SEquentia felici cum successu usurpata sunt a Nobili quodam Viro, *ab alto in sinistrum latus graviter delapso*, præsente summa anxietate & spirandi difficultate, cum dolore læsi lateris intensissimo, pulsu debili, totiusque perfrigeratione, quam etiam ob caussam *Venæsectio* intermissa.

℞. *Aq. cherefol. heder.* ♁. *plantag. aa.* ℥iß.
♂. *diaphor. ocul.* ♋. *ppt. sang. hirc. ppt. aa.* ℈ij.
lap. hæmat. ppt. ℈j.
sir. papav. errat. ℥iß.
M. ad vitrum. S. Fall-Tränklein.

℞. *Ungu. de hyosc. Ol. e flor. Slot. aa.* ℥j.
♂. *diaphor.* ʒij. *M. ad fictil.*
S. Salbe zum schmertzhafften Ort.

℞. *Empl. de chalcitid.* ℥j.
Superinduct. lint. D. ad Chart.

℞. *Aq. flor. til. meliss. fragor. fl. acac. aa.* ℥ij.
sangu. Drac. ver. CC. phil. calc. aa. ℈ij.
conf. alk. c. ʒj.
sacch. ♀*is.* ʒj.
♀ *anod. gr.* viij. *M. ad vitr.*
S. Stärckendes Wasser.

℞. *Rad. torment. bistort. aa.* ℥ß. *incis. D. ad Chart.*
S. Zeug/mit 3. Maassen Wasser zu sieden.

℞: *rad. alth. torment. aa.* ℥ß.
herb. Clemat. Daphnoid. plantag. summit. aneth. fl. chamom. aa. mß.
sem. anis. ʒij.
Incis. coq. in aq. font. q. s. ad t. p. c. Colat. ℔. j. *add.*
mell. rosat. butyr. rec. aa. ℥ij.
vitell. ov. n. ij. *F. Clyster.*

℞. *Ol. amygd. d.* ℥ij.
sir. plantag. papav. errat. aa. ℥j.
Essent. hyper. nummular. aa. ʒj.
sperm. cet. ʒij.
Aq. veron. q. s. M. S. Vermischtes Mandel-Oehl.

Hæc medicamenta patienti a primo delapsus die usque ad 22. ejusd. præscripta.

d. 23. repetatur *emplastrum diachalcit.*

d. 25. reiteretur *clyster*, ut prius. repetatur quoq; *mixtura traumatica*; it. *radices pro potu ordinario.*

℞. *Ungu. de hyosciam. ol. flor. Slot. aa.* ℥j.
ol. anis. destill. ʒß.
♂. *diaph.* ʒij. *M. ad fictil. S.*
Salbe zum schmertzhafften Orte.

d. 28. reiterentur *species pro potu ordinario.*

 d. 29.

d. 29. delapsus die eidem præscripta sunt ob *tussim* insequentem, & hinc metum cujusdam *abscessus* vel alterius circa pectus mali, sequentia medicamenta:

℞. *Diaphor. Jovial.* ℥ß.
essent. fl. bellid. q. s.
F. pil. cxx. *consp. pulv. irid. flor. ad scat. S.*
Pilulen/ Morgens und Abends fünff davon zu nehmen.

℞. *Conf. rosar. bellid. min. aa.* ℥iß.
diaphor Jovial. ʒiij.
irid. flor. sang. Drac. ver. conf. alch. compl. aa. ʒj.
sir. viol. purp. q. s. F. condit. moll. ad fictil.
S. Brust-Latwerge / offt davon zu nehmen.

℞. *Fl. bellid. min.* mj.
passul. min. exacinat. ℥ß.
cinnam. acut. sem. fœnic. aa. ʒß.
Incis. & conquass. D. ad Chartam.
S. Zeug zum Trinck-Wasser.

Sequens *haustus* per scalas delapso cum levamine propinatus:

℞. *Aq. Veron.* ℥iiij.
sir. alch. Fernel. ℥j.
♁ *diaph. oc. ♋ ppt. aa.* ℈ ij.
ess. flor papav. errat. ℈j.
M. ad vitr. S. Fall-Trâncklein auf 2. mahl.

* * *

Ulcus manans capitis

FOedissimum, in puello 6. annorum ab *Excell. Dn. D. SCRETA*, sequentibus feliciter curatum:

℞. *Ungu. Saturni* ℥ij.
fl. Sulph. Mercur. ⚻*tati aa.* ʒij.
ol. scorp. q. s. F. linim.

Quo mane & vesperi locus affectus inungatur. Insimul vero seq. *mixturam e sirubis laxativis* simul mane & vesperi ad 2. cochl. exhiberi curavit.

℞. *Sir. ros. solut. comp. Minder. aperitiv. aa.* ℥iß.
aq. scabios. ℥j. *M.*

* * *

Hemicrania.

HAc methodo Excellentiss. Vir *Dn. D. SCRETA*, me (*D. HILLERO*,) præsente nonnullas feminas nobiles *hemicrania periodica*, graviter excruciatas, feliciter brevi restituit, exhibens primo vesperi paullo ante cœnam (licet quoque a cœna exhibere, alvo tamen aperta,) hasce *Mercuriales pilulas*:

℞. *Extr. cathol. Mercurii dulc. aa.* ℈j.
M. F. pil. n. xv. *pro una vice.*

Cœna insequens vel antecedens sit frugalis, & *pilulæ* sequenti die operabuntur. Vesperi alterius diei ab exhibitis *pilulis* rursus ante vel post frugalem cœnam seq. *pulvis absorbens cephalicus* exhibitus erat:

℞. ♁ *diaphor.* ℈ iiij.
♁. ♁ *ii. CC. phil. ppt. aa.* ℈ij.
pulv. anod. Lud. gr. iiij.
F. ♀. *Divid. in dos. 4. aequ. ad Chartam.*

Et prædictæ *pilulæ* cum hoc ♀ e tamdiu continue versis vicibus dicto modo exhibebantur, donec malum evanescere cœpit. Femi-

Feminæ fere ſexagenariæ eodem malo decumbenti, præmiſſis *pilulis Mercurialibus* prædicta methodo hunc præſcripſit *pulverem*:

℞. ♁ *ii diaph.* ℈ij.
♁. ♁ *ii matr. perl. ppt. aa.* ℈j.
♀. *anod. gr.* viij.
F. ♀ *divid. in* 2. *p. aqu.* S. Haupt-Pülverlein/ auf 2. mahl.

* * *

Pleuritis.

Hiſce ſequentibus remediis Vir annorum quinquaginta, ex nimio vini potu *pleuritidem* incurrens, optime reſtitutus eſt.

D. 30. *Octobr.* præſcripta ſequentia:

℞. *CC. uſt.* ℥j. ♁. *diaphor.* ʒij.
⊕. *ppt.* ℈j.
M. F. ♀. ſubtil. ad Chartam in ▽. font. ſ.q. decoquendus, quod *Decoctum* per linteum trajectum ita turbidum inſerviat potui ordinario, ubi conſumtum fuit, repetendum.

℞. ♁ *ii diaphor.* ℈iiij.
dent. apr. ppt. CC. philoſ. ppt.
flor. ⊖ ✱*ci cum Sulphure aa.* ℈ij.
pulv. anodyn. gr. iiij. *M.*
F. ♀. *Divid. in* 4. *p. aqu.*

Singulis 6. vel 8. horis una doſis præbeatur:

℞. *Sem. lin. melon. excort. aa.* ʒß.
papav. a. card. Mar. aa. ʒj.
Aq. charefol. heder. ▽. *ſcabioſ. aa.* ℥ ij.
F. *l. a. Emulſio cui add.*
Sir. de alth. ℥j. ♁. *diaph.* ℈ij.
dent. apr. ppt. ocul. ♋. *ppt. aa.* ℈j. *M.*

Media pars capiatur tempore ſomni, altera poſt noctis dimidium:

℞. *Aq. card. bened.* ℥iiij. *ſir. rub. id.* ℥j. *M.*

Vehiculum pro *pulveribus* ſupra ſcriptis. *Frontale* ⊕*tum* ſyncipiti. Lateri dolenti *linimentum*, & calidus *litus* frequens:

℞. *Ungu. de hyoſc.* ℥ij.
♁ *ii diaphor.* ʒij. *rad. ir. flor.* ʒj.
croc. orient. ℈j. ♋. *aniſ. deſtill. gtt.* xx. *M.*

Nox ſatis quieta. Mane pulſus debilis. *D.* 31. *Octobr.* ordinata *cordialis mixtura* per cochlearia haurienda:

℞. *Aq. card. ben. ſcabioſ. acac. aa.* ℥ij.
♁. *diaphor.* ʒj.
⊖. *vol. CC. bez. miner. aa.* ʒß.
⊖ ✱*ci* ☐ſ. ℈j. *ſir. rub. id.* ℥j. *M.*

Eodem die *hauſtus hidroticus* duabus vicibus mane & pomeridie propinandus:

℞. *Aq. fumar.* ℥iij.
Elect. alexipharm. ʒij.
Mixt. ſimp. ʒj. *ſir. berb.* ℥j. *M.*

D. 1. *Nov.* *Potio ſudorifera* eodem modo haurienda ſic mutata:

℞. *Aq. fumar.* ℥iij. *ſir. rub. id.* ℥j.
♁. *diaphor.* ℈ij.
bez. miner. ⊖. *CC vol. aa.* ℈ß. *M.*

Siti compeſcendæ *rotularum berberum* una ſubinde in ore liqueſcat.

D. 2. *Nov.* in declinatione morbi, pulſu iterum exiſtente laudabili:

 ℞. ♁.

℞. ♉. diaphor. ℥ij.
bez. min. CC. philos. ppt. aa. ℨß.
M. F. 4. p. equ.

Singulis diebus mane & pomeridie sumatur dosis una ex cochleari sequentis *mixturæ*:

℞. *Aq. fumar.* ℥iij.
sir. rub. id. ℥j. *M.*

Item *siti compescendæ* cum *aqua fontana Julebus* e *sirubis*:

℞. *Sir. ceras. acid. berb.*
rub. id. & succi berb. aa. ℥ij.
Vitrioli ℨj. *M.*

Intercalato etiam *potu ordinario* supra scripto. Ita convaluit:

Adstantes *electuario* sequenti præservati:

℞. *Conf. ros. r.* ℥iij. *Diascord. Frac.* ℨj.
Pom. citr. n. j. *Elix. prop. P.* ℨß. *M.*

* * *

Pro Quartanaria Virgine.

℞. *Cort. chin. chin.* ℨj.
fl. ⊖ ✱*ci* ℈j. *F.* ♀.

Linteo complexus in *vino* suspendatur. Viribus reficiendis per cochlearia:

℞. *Aq. fl. acac. meliss. fragor.*
sir. rub. id. aa. ℥ij.
♉. *diaph.* ℈iiij. *CC. philos. ppt.*
℈ij. *M.*

Hoc absoluto:

℞. *Conf. ros. r.* ℥iij.
cort. chin. chin. fl. ⊖ ✱*ci c. Sulph.*
aa. ℨiij.
elix. propr. alcalin. ℨj. *M.*

Mane & vesperi quantitas juglandis deglutiatur.

℞. *Flor.* ⊖ ✱*ci* ♉. ij. *diaph.*
myrrh. sel. aa. ℈ij. *M.*
F. 2. ♀*es.*

Ante paroxysmum ex jure calido sumendi.

* * *

Pro hæmorrhoidum dolore.

D. 3. Dec. *Unguentum contra rhagades* calide applicetur, & *radix telephii* de collo suspendatur.

D. 4. Dec. Unguentum de hyoscyamo.

D. 7. Dec. Fomentum e sequentibus in aqua decoctis:

℞. *Herb. lunar. scord.*
flor. verbasc. aa. mß.
hord. mund. ℥iß.
sem. lin. cydon. psyll.
lumbric. ▽*str. aa.* ℨij. *Conc. cont. M.*

D. 9. *Dec.* pro *alvo adstricta.*

℞. *Elect. cathol.* ℥iß.
Crem. Tartari. ♉. *diaphor. aa.* ℨiß.
⊖. *absinth.* ℨj. *ol. anis. gtt.* x.
cum sir. ros. sol. s. F. mixtura mollis ad fictile:

Quantitas juglandis mane & vesperi capiatur.

* * *

Pro asthmatico quodam Molitore sexagenario.

℞. *Rad. tussilag.* ℥j. *helen. irid. flor.*
aa. ℨiij.
aristol. rot. ver. ℨij. *squill. ppt.* ℨj.
herb. prass. hyssop. heder. Terrestr.
flor. bellid. min. aa. mj.

sem. fœnic. ℥ij.
passul. min. facch. cant. r. aa. ℥j.
fic. pingu. n. viij. *Incis. cont. coq. in*
s. q. ▽ *font.*
Colat. ℥iij. bis in die assumantur.
℞. *Oxym. helleborat.* ℥iiij. *Mixt. simp.*
℥ij.
flor. ⊖ ✳ *ci* ∾. *antasthmat aa* ʒj.
∾. *fragor.* ℥ß. *M. D. cochleatim.*

* * *

Mictio cruenta.

URinam cruentam ex calculo renum mittenti *pulvis* sequens ad ʒß frequenter usurpandus cum emolumento fuit ordinatus:
℞. *Hord. mund.* ℥iß *rad. alth.* ℥j.
bol. armen. ℥ß. *sem. portulac.* ʒij.
gumm. arab. sang. Drac. ver. aa. ʒj.
facch. alb. ℥iij. *M. F.* ♀.

* * *

Ventriculi imbecillitas.

PRO caussarum ratione sequens *pulvis* hora una ante pastum ex jure sumtus ordinatus:
℞. *Crem. Tartari.* ℈viij.
diaphor. Jovial. ⊖. *absinth.*
ocul. ♋. *ppt. cinnam. ac. aa.* ℈ iiij.
zingib. diacryd. Sulphur. aa. ℈j.
ol. nucist. expr. gr. iiij. *facch. alb* ℥ß.
M. F. ♀. *Dividendus in* xvj. *partes aequales.*

* * *

Gravidarum symptomata.

PUlvis gravidae ordinatus ad *nauseam* ac *inflationem ventriculi* cum *cardialgia* tollendam: Dosis una mane & vesperi sumatur ex quovis vehiculo:
℞. *Crem. Tartar. diaphor. Jovial.*
Ocul. ♋. *ppt. aa.* ℈iiij.
cinnam. ac. ⊖. *absinth. rad. ar. ppt. aa.* ℈ij.
Zingib. diagryd. Sulphur aa. ℈j.
ol. nucist. expr. gr. iiij. *facch. alb.*
℈ viij.
F. ♀. *in* xvj. *part. aqu. dividendus.*

* * *

Gonorrhaea.

IN hac sequentia medicamenta profuerunt:
℞. *Extr. helleb. nigr. Mercurii Corallat. aa.* ℈ß.
Sulph. ♉. *correct. gr.* ij.
F. pil. n. X. *conspergenda* ♀ *e glycyrrhiza;*
pro 2. dosibus.
℞. *Terebinth. chia coct.* ℥ß.
extr. fol. querc. glycyrrhiz. aa. ʒj.
croc. Vitrioli ♂. *sang. Drac. ver.*
aa. ʒj.
camph. ☋. *succin. alb. aa.* ℈ß.
F. pil. CCXXXX. consperg. ♀. *irid. flor.*
sumantur mane & vesperi n. X.
℞. *Aq. beleocathart.* ℥xij.
fil. rub. id. ℥ij. *M. D. cochleatim.*

* * *

Pro Catarrho suffocativo.

℞. *Gutt. Cambod. gr.* xvj. *Tartar. emet.*
gr. viij.
Vitrioli ♂. *sang. Dracon. ver. aa.*
gr. iiij.
M. F. ♀. *in 4. p. aqu. dividendus.*

Horum

Horum *pulvisculorum* in *suffocationis metu* sumitur unus ex jure calido, quavis diei vel noctis hora, urgente scil. symptomate: reliquis alii occasioni reservatis.

℞. *Diaphor. Jovial.* ℥vj.
fl. ⊖✱*ci cum Sulph.* ♎*at.* ♁, ♁ ij *aa.* ℥ij.
Vitriol. ♂ *gumm.* ✱*ac. aa.* ℥j.
Ess. flor. bellid. min. q. s.
Fiant pilulæ CCXXXX. *consperg.* ♀. *irid. flor.*

Sumuntur mane jejuno ventriculo & pomeridie 4. n. V. ex *cochleari* vini, non masticandæ.

Vitentur *fructus horai, uva, cruda quælibet, lacticinia, caseus*; *membrorum refrigeratio*; *alvus* aperta quotidie servetur; nocet *vini* potus nimius.

* * *

Pro tertiana duplici.

℞. *Tartari emet. gr.* iiij. *sang. Dracon. ver. gr.* j. *M.*

Trihorio ante paroxysmum e cochleari vini sumatur, & quoties nausea seu conatus ad *vomendum* impetit, jus calidum sorbeatur.

Die sequenti *cort. chin. chin.* ♀ *isat.* ℥ij. macerentur seu infundantur in *vini albi* ℥iiij. Stent per noctem, mane coletur *vinum*, quod clarum bihorio ante paroxysmum bibatur, & æger statim ad *sudorem* componatur. *Pulvis relictus* exsiccatur. Et ingruente iterum paroxysmo, eodemque tempore una cum *vini* albi ℥iiij. absorbetur, composito rursum ad *sudorem* corpore.

℞. *Cons. ros r.* ℥iij. *cort. chin. chin. subtiliss.* ♀. ℥ß.
fl. ⊖✱*ci c. Sulph. Diaphor. Jovial. aa.* ʒij.
sir. violar. q. s. F. Mixtur. ad fictil.

Postquam primo *infusum corticis peruviani* haustum fuit, diebus insequentibus mane & pomeridie quarta juglandis quantitas de hoc *electuario* deglutiatur, donec sensim absumtum sit. Quod ubi factum, *pilulæ* quinque sequentes mane jejuno stomacho ex cochleari *vini* sumantur, hausto hora post una jure calido:

℞. *Mercurii Corallat. extr. helleb. n. aa. gr.* v.
Sulph. ♁ *corr. gr.* j. *M. F. pil.* n. V. *de* ☉.

Aliquibus postea diebus ⊖. *polychrest.* ℥ß. *in patella jure carnis insulso calente repleta solvatur*, & mane stomacho jejuno sorbeatur, quo mediante per *secessum* & *urinam febrilis materia* hinc inde in corporis recessibus collecta evacuabitur. Octo ad minimum horis ante *febrilem accessum* æger a cibo & potu omni prorsus abstineat. *Potu* etiam interdictum esto durante *febrili horrore*, quin & *statu æstus*, expectandum ad usque paroxysmi *declinationem*, & sic liberum esto bibere *CC. vel hordei decoctum*. *Pisculenta* quævis, exceptis *halecibus*, omnia *pinguia, ova, lacticinia, fructus horai* vitentur. *Vinum* extra paroxysmum concedi potest; *Acidulæ*, si queant haberi, saluberrimæ; cujus vitra circiter duo mane & pomeridie potare licebit, *abdicata*

cota cervisia, his in oris parum laudabili. *Frigus* externum, *aër* nebulosus vitentur, corpore in moderato calore detento. Nocent *mœror* & *ira*. Caveantur *alvi adstrictiones*; quod fieri potest, si comedantur *poma, pyra, pruna Damascena* cocta. DEUS medicamentis benedicat. *Scaphusii* 24. *Sept.* 1697.

H. Scr. D.

*
* *

Ventriculi imbecillitas cum Jonthis in facie.

VIr consistentis ætatis, temperamenti biliosi, ex Diæta forte minus convenienti, incidit A. 1678. *d*. 3. *Martii in nauseam* & *aversionem ciborum*, cum *vomitu* singulis matutinis infestante, ejiciebat biliosa & viscida magno cum conatu, ita, ut vires inde non parum collabascerent; per vices quoque, licet leviora, sentiebat *ventris tormina*, affligebat quoque *capitis dolor*; *color faciei* ad *flavedinem* vergens comitem habebat *eruptionem macularum rubearum*, *sanguinem*, *si tangerentur, fundentium*, uti *scorbuticis* solemnes esse solent, quales tamen in reliquo corpore non apparebant. Hic brevissimo tempore sequentibus paucis medicaminibus bene habere cœpit, ac convaluit.

Primo ad vitiosos humores circa primas vias hærentes, hæcque recensita symptomata procreantes eliminandos, sequens *laxativum d.* 25. *Martii* exhibitum est;

℞. *Elect. hier. picr. sir. rof. solut. comp. aa.* ℥ß.
aq. flor. persic. ℥ij. *M*.

Post usum hujus *laxativi* sequentia duo *stomachica* præscripta ac usurpata fuere.

℞. *Elix. propriet. alcalisat.* ℨij. *D*.

Hora una ante pastum 6. 8. vel 10. guttæ ex jure carnis sumantur. Sequens *pulvis* singulis auroris degustetur, ac tantum consumatur de eo, quantum duo vel tres cuspides cultri capiunt, vel, quod melius ac etiam acceptabilius, cum *posca panis vino madidi, seu vino intincti, ac pulvere postmodum inspersa assumatur*. Auf solche Weise/ wie man die kalte Schalen pfleget zuzurichten/ und zu essen.

℞. *Pulv. stomach. Birckm.* ℥ij.
flor. rof. r. Diaph. Jovial. aa ℨj.
ol. nucist. expr. ℈ß. *M. F.* ♀. *ad scat.*

*
* *

Stranguria in puerpera.

A. 1679. *d.* 8. *Maji*, nobis quædam femina, annorum præterpropter triginta, boni habitus, trium liberorum Mater, puerpera offerebatur, quæ nono a partu die, sub noctem, ex *copioso nimis decocti cicerum, eoque solo*, neglectis vini aut aliorum liquorum haustibus, *potu*, quod *lochiorum*, ut eo promtius fluerent, caussa bibebat, *incidit in stranguriam summe dolorosam*, & per hæc sequentia a tædiosissimo hoc malo brevi convaluit:

℞. *Sem. melon. excort.* ℥ß.
lactuc. urtic. aa. ʒiß.
mil. sol. papav. alb. aa. ʒj.
Aq. charefol. heder. 🜄*str.*
flor. acac. aa. ℥ij.
F. l. a. Emulsio, cui adde
sir. de alth. Fern. ℥j.
♁. *diaphor. ocul.* ♋. *ppt. aa.* ℈j.
ol. succin. alb. gtt. iiij.
M. ad vitrum pro 2. dosibus.

Regio pubis & perinæi, quin & lumbaris districtus, post lenem *frictionem* hoc *oleo* delibuantur:

℞. *Ol. de castor. e flor. Slotan.*
scorpion. aa. ℥ß.
succin. alb. ℈j. *M.*

Verum, his minus juvantibus, sub mediam noctem *clyster emolliens* ac *leniens* injectus est, unumque & alterum cochlear *vini moschatellini* exhibitum, repetita simul *inunctione* regionis renum ac inguinum, admoto quoque dictis partibus ex *linteis calidis* fotu. Hinc plurimum levata penitus ferme convaluit.

* * *

Febris Tertiana exquisita.

A. 1679. *d.* 4 *April.* Vir Nobilis, robustus, constitutionis biliosæ, annum agens trigesimum quintum, habitus firmioris, corripitur *febre tertiana exquisita*: Huic post tertium paroxysmum, quatuor horis ante ingruentem quartum, ℥j. de sequenti *vino vomitorio* exhibita.

℞. *Croc. metallor.* ℥ß.
vini moschatell. vel malvat. ℥ij.

Infunde per diem in loco tepido. Filtretur aliquoties accurate, ne liquori aliquid de *croco metallorum* remixtum maneat, & sic paratum servetur usui.

Aliquoties per superiora & inferiora copiose dejecit biliosa & viscida. Postea:

℞. *Mercurii dulc.* ℈j. ♁. *diaph.* ℈ß.
diagryd. Sulphurat. bezoard. min. aa. gr. v.
conf. ros. r. ʒiß. *cum sacch. F. bolus.*

Reliqua deficiunt.

* * *

Fragmentum curatæ pleuritidis.

A. 1679. *d.* 17. *April.*

℞. *Sem. melon. excort.* ℥ß.
lactuc. papav. alb. aa. ʒij.
aq. fragor. heder. terrestr. aa. ℥ij.
F. Emulsio s. a. cui adde
sir. de alth. Fern. ℥j.
♁. *diaphor. Oc.* ♋. *ppt. aa.* ℈j.
⊕. *ppt.* ℈ß. *M. pro 2. dosibus.*

Eadem vespera sequens *haustus* præbeatur:

℞. *Aq. fragor.* ℥ij. *sir. rub. id.* ℥ß.
elix. propr. Par. gtt. v. *M.*

D. 18. *April. Emulsio* alia, cujus usus, qui prioris;

℞. *Sem. lin. melon. aa.* ℥ß.
papav. alb. lactuc. aa. ʒij.
aq. heder. 🜄*str. charefol. card. Mar. aa.* ℥ij.
F. Emuls. cui add.
sir. papav. errat. ℥j. *mixt. simp.* ʒij.
♁. *diaphor. mandib. luc. pisc. ppt. aa.* ℈ij. *M.*

Inunctio

Inunctio lateris dolentis calida, frequens:

℞. *Ungu. de hyoscyam.* ℥ij.
irid. flor. ♁. *diaphor. aa.* ʒj.
ol. chamom. ℥ß. *M.*

Potus ordinarius erat *Decoctum* e *speciebus* sequentibus:

℞. *Rad. glycyrrh.* ʒij. *passul. min.* ℥j.
flor. bellid. min. & *papav. errat. aa.* mj.
sem. fœnic. ʒj. *conc. cont. D.*

D. 19. April. Mixtura pectoralis cochleatim:

℞. *sir. papav. errat. de jujub. hyssop. oxym. squillit. aa.* ℥iß.
Aq. scabios. ℥ij. *M.*

Pulvisculi duo mane & pomerid. exhibeantur:

℞. ♁. *Diaphor.* ʒij.
Ocul. ♋. *ppt. dent. apr. ppt.*
CC. philos. ppt. fl. sulphur. aa. ʒß.
M. F. ♀. *subtiliss. dividendus in 6. part. aqu.*

D. 20. April. Emulsio simul roborans pro 4. Dosibus:

℞. *Sem. lin.* ℥j. *papav. alb.* ʒij.
card. Mar. melon. excort. aa. ℥ß.
Aq. cherefol. heder. ∇ *str. veron. fl. acac. aa.* ℥ij. *F. Emuls. cui adde*
sir. de alth. Fern. papav. errat. aa. ℥j.
mixt. simp. ℥ß. ♁. *diaphor.* ℈ iiij.
mandib. luc. pisc. ppt. ℈ij. *M.*

D. 21. Apr. Mixtura cordialis cochleatim:

℞. *Aq. card. ben. scabios. flor. acac. meliss. aa.* ℥iß.
sir. rub. id. ℥ij. ♁. *diaph.* ʒj.
CC. philos. Unic. fossil. Coral. r. ppt. aa. ʒß. *M.*

Die sequenti alia eodem modo usurpanda:

℞. *Aq. flor. acac. plantag. meliss. card. ben. aa* ℥iß.
sir. rub. id. ℥ij. ⊖. *CC. vol.* ʒj.
Unicorn. fossil. Smaragd. ppt. bezoard. occid. aa ℈j.
∾ ⊖ ✱ *ci* ⊡ *si gtt.* xxx. *M.*

Finis Curationum *Scretianarum.*



* * *

Medicamenta quædam insignia & selecta, quibus in felicissima sua praxi famigeratissimus Dn. D. HENRICUS SCRETA uti solebat.

EXhibemus tibi, *Lector benevole*, *medicamenta egregia* inclytissimo *SCRETÆ* familiaria, Studio Beati nostri in thoro Antecessoris *Dn. D. HILLERI*, qui privatissima istius viri informatione utebatur, collecta, eo tamen ordine, quo nobis occurrebant, id est, nullo. Non enim mihi *Practico* vacabat, ea in ordinem concinnum digerere. Cum enim ampla mea praxi prohibear libros, qui multas curas, & arrosos ungues postulant, conscribere, ut tamen ne publico nil prodesse videar, hæc mihi temere, & nullo propemodum ingenii labore colliguntur, cujus instituti plures in *præfatione* rationes edidimus. Ante vero quam elegantissimorum medicamentorum recensionem inchoamus, non sine caussa recordamur ejus, quod *Illustrissimus EVERGENZ Vice Colonellus Legionis Equitum Hungaricorum*, quos *Hussaros* appellitant, haut ita pridem dixit. Quum enim ab *Illustriss. Barone UNGELTERO de DEISSENHAUSEN, Toparcha HöCHSTADIENSI* in *Palatinatu NEOBURGICO*, lautissimo convivio exciperetur, atque, inter alios discursus, sermo incideret, de *personatis* & *fictitiis Gallorum Hussaris*, quos in verorum imitationem intentione certa, effinxerant; ecquid, ait Dn. *Baro UNGELTER*, se res cum istis *Hussaris* habet, de quibus, quum ab initio multa vanissime gloriarentur nostri tunc hostes, nunc altum esset silentium? *Illustrissimus* Dn. *EVERGENY* subridens respondit: *Vestibus equidem & armis HUSSARORUM isti superbiunt, equis autem, brachiis & animo nostris destituuntur.* Quid aptius prædicari queat, de istis *Æsopi corniculis*, qui plumis alienis superbientes, iis tamen per imperitiam uti nesciunt? *Medicos volo, qui medicamentis polychrestis celeberrimorum Medicorum instructi, nil nisi summorum virorum arcanissima arcana crepant, ceterum istorum virorum prudentia & judicio in adhibendi modo, tempore, dosi &c. destituuntur?* Certe conquerentes ipsemet haut raro audivi, qui olim a celeberrimorum *D. MICHAELIS, ETTMULLERI, WEDELII &c.* ore pependerant, *se medicamentis ipsorum haut pari felicitate uti*. Tametsi vero certum est, juxta climatum diversitatem, etiam oppido curas ægrotorum variare, nec apud nos in *Suevia* æque succedere, quæ in *Saxonia* feliciter operantur, quod cuilibet Practico juniori probe notandum, ni millies impingere velit; attamen v. gr. *WEDELIANIS nemo felicius, quam ipse WEDELIUS utitur.* Non autem præcise necessarium est, ut ipse *WEDELIUS*, quod impossibile, cuilibet ægroto præsens adsit. Id tantum volumus, adhibenda esse *WEDELIA-*

NA pharmaca haut aliis, quam *WEDELIANIS manibus*, *WEDELIANA prudentia*, *WEDELIANA dexteritate*. Injurii sunt igitur in tantos viros, nec eorum fidissima manuductione digni, qui, dum eundem, quem sibi de v. gr. *WEDELIANIS* medicamentis effectum promiserant, non ubilibet experiuntur, insons medicamentum culpant, quum ipsorum propria id plerumque culpa contingere soleat. Ita sæpe virorum optimorum adquisita summis suis meritis incluta fama ab insulsis Imitatoribus perperam prodigitur. Parili ratione in nostra *Suevia* circumferuntur a multis medicamenta *CAMERARIANA*, *WEPFERIANA*, *SCRETIANA*, *vestes* scil. & *arma* horum virorum; ni autem simul adsint ipsorum *equi*, *brachia & animi*, quid aliud efficitur, quam quod in hocce bello effecerunt *larvati* isti & *adulterini HUSSARI?* Damus tibi, Lector amice, *SCRETIANA*, nobilissima certe & eximia plane medicamenta, quæ, ubi tuis ægrotis adhibere cupis, ea fac adhibeas *more*, *manu ac dexteritate SCRETIANA*, quibus, ubi non es instructus, parce manibus elegantissimi viri, si parum feliciter curasti. Damus autem ea, pace virorum, qui propius celeberrimum *SCRETAM* necessitudine tangunt, damus ea, qua fide accepimus. Subjuncturi sumus etiam, si non omnibus, potioribus tamen utendi modum, cautelas & alia, quæ monitu necessaria judicabimus. Tu nostrum de Medicina bene merendi studium, bene etiam consule.

* * *

Extractum Theriacale.

I.

Squilla recens pastæ inclusa coquatur cum pane per 2. vel 3. horas, deinde exprimatur *succus*, de quo clarificato sume ℥iij. & in scutella supra fornacem, vel alio loco calido ad exhalationem expone, donec *extracti* consistentiam sit nactus.

II.

Opii ℥iij. in 🜄 *ac succi citri aut* 🜊. æquali quantitate extrahatur, hinc Tinctura exhalet in scutella, ut *squillæ succus*, cum quo commisceatur.

III.

Croci orientalis ℥j. in *aqua destillata* extrahatur, cujus Tinctura exsiccetur ad debitam consistentiam in scutella, ac addatur præcedentibus *extractis*.

IV.

Succi hypocystidis & acaciæ aa. ℥ß. solvantur in *succo citri*, ac filtrentur, in qua Tinctura solve *extr. glycyrrhizæ pellucidum*, de quo cape ℥iß. ac dein in scutella exhalent, & reliquis adde.

V.

Agarici crudi aut in trochiscis ℥iß. in 🜄. extrahatur, cujus Tinctura ad medietatem & amplius exhalata reliquo *extracto* additur, probe agitando ac permiscendo, ne *resina* hæc coagulum separatim faciat.

VI.

℞. *Rad. fraxinell.* ℥iij.

rad. irid. flor. ℥iß.
rhabarb, torment, Zingiber. aa. ʒvj.
cal. arom. valerian. aa. ʒv.
angel. gentian. aa. ℥ß.
aristol. long. ver. ʒij.
asar. ℈ij.

Hæ *radices* prius incisæ & conquassatæ infundantur in ▽. *nivis destillata* ac 🜍 *rectif.* s. q. Tinctura filtrata in MB. ultra medietatem evaporet, dein in scutella ad fornacem, vel in ▽. *cal.* exhalet, *extractis* superioribus addendo.

VII.

℞. *Fl. rosr. r. scord. aa.* ℥iß.
prass. stœch. arab. calaminth. mont. aa. ʒvj.
chamædr. pol. cret. chamapyth.
flor. hyper. aa. ℥ß.
cent. min. ʒij.

Incis. & conquass. infund. in q. s. ▽. *nivis destill.* per aliquot dies, liquor filtretur & in MB. exhalet ultra medium, postea in scutella inspissetur ac *extractis* addatur.

VIII.

℞. *Nard. indic.* ℥j.
schœnanth. ʒvij.
fol. dictamn. cret. ʒvj.
nard. celt. ℥ß.
majoran. mar. ver. aa. ℈ ij.

Hæ *species* itidem in *aq. nivis destillata* s. q. extrahantur, quorum liquor filtratus in MB. ad mediet. exhalet, dein in scutella ad *extracti* consistentiam redactus *extractis* superioribus addatur.

IX.

℞. *Piper. long.* ℥iij.
alb. nigr.
sem. petrosel. Maced. aa. ʒvj.
anis. fœnic. ammeos, sesel.
cardam. min. cubeb. aa. ℥ß.
sem. Dauc. cret. ʒij.

Contus. affunde primo ▽. *nivis destill.* digere in loc. cal. per aliquot dies, liquor expressus filtretur, ac magmati residuo adfund. 🜍. *rectif.* s. q. Tinctura post digest. filtretur, liquori primo commixta in B. V. ad mediet. exhalet, tandem in scutella ad spissitudinem evaporet, ac *extractis* commisceatur.

X.

℞. *Sem. nap. recent.* ℥iß.
citr. ℥j.
thlasp. vel nasturt. ℥ß.

cũ *succ. citr. rec. aut* 🜊 fiat ex his *emulsio*, quæ probe colata sensim super aquam calidam in scutella exhalet, ut permisceri mox possit reliquis *extractis*.

NB. ⊖*es volatiles nasturcini acres* omnium optime acidis ligantur, alias evanescunt & avolant, &c.

XI.

℞. *Caryophyllor.* ʒxiij.
cinnam. acut. ℥j.
cortic. vvinteran. s. cost. odor. ʒvij.
mac. ʒv.

Incis. & conquass. affund. ▽. *niv. destill.* s. q. ac digere per aliquot dies in loco calido, liquor expressus filtretur, ac magmati affunde 🜍. *rectif.* s. q. & digerantur aliquandiu, Tinctura dein liquori præced. addatur, ut in B. V. ultra medium exhalent, in scutella amplius

amplius inspissanda, ac *extractis* superioribus commiscenda.

XII.

℞. *Myrrh. sel.* ℥j.
thur. mascul. ʒvj.
asphalt. vel succin. castor. aa. ʒij.
agalloch. ʒj.
mastich. ℈j.
aspalathi lign. ℈ij.

Cont. affund. 🜄. *rectif.* s.q. digerantur aliquandiu, Tinctura filtretur, novum 🜄. *rectif.* affund. ac tandem Tincturas omnes in MB. abstrahe ad *mellaginis* consistentiam, ac *extractis* commisce superioribus.

XIII.

℞. *Sagapen. in lacrum.* ℥ß.
galban. opopan. aa in lacrum. ʒij.

Hæc *gummi* cum 🜊 in mortar. vitreo dissolvantur in lactiformem pulticulam, quam *extractis* superioribus commisce, prius autem eidem inspergendo *pollinem* tenuissimum
terr. lemn. ℥ß.

Probe itaque reliquis uniantur.

XIV.

℞. *Opobals. ver. vel ol. nucist. expr.* ʒxiij.
therebinth. chia. ʒvj.
styrac. in lacrum. subtil. ♀*is.* ℥ß.

Hæc in mortario calido cum pistillo calido terantur, donec *styrax* probe subacta sit, quibus dein *extractum* sensim omne commisceatur.

XV.

℞. *Gumm. arab.* ℥ß.
in *aq. cinnam.* solut. cui add. in mortario vitreo aut lapideo
⊖. *vol. viper.* ℥j. *cum*
Vitrioli ♂. *striat.* ʒij. *ligat.*
⊖*is clarificat. e magmate universo per incinerat. parat. quantum habetur.*

His omnibus probe unitis adde tandem *extractum* totum, ac probe commisce irrorando.

Ol. cinnam. caryoph. succin. a.
junip. mac. angel.
anis. fœnic. amarac. (majoran.) aa.
gtt. x.

F.l.a. *Extractum* excellens, *diaphoreticum*, *alexipharmacum* ac *anodynum*: cujus Dos. a.

Hucusque descriptio. Aliam eramus jam ante nacti, ab hac ipsa parum differentem. Nihilo tamen minus, ubi quid aliud in ea positum, id superpondii caussa, cum addere, tum alia quædam monere non displicet.

In classe VI. Rheo barbarico ponticum, & *radici tormentillæ radix pentaphylli* substitui posse docetur. Et cum heic jubeatur *aqua cœlestis* pro *extractione* affundi, quid per hanc intelligatur, *aqua nempe nivis* destillata, hæc nostra descriptio declarat. Notatur etiam, *aquam nivalem* ab *extracto* horum simplicium per abstractionem balnei evocatam, aliis rebus extrahendis inservire posse, quæ in *evaporatione* disperditur.

In classe VII. *rosa rubra exsiccari* jubentur: *Scordium* cum agnomento *nostrâs* eligitur: *calaminthæ montanæ* pondus, ponderi *stœchados arabicæ* & *prassii* æquiparatur, scil. ʒvj.

In clas-

In classe VIII. *Dictamni Cretici* ℥ß. recipitur; *nardus celtica* omittitur: *semen citri decorticatum* pond. ℥j. additur.

In classe IX. *Seseli Creticum* vel *nostras* accipitur, & cum reliquis *seminibus*, excepto *dauco*, *ad* ʒij. reducitur; *cubebarum* autem & *cardamomi minoris* ℥iß. recipi jubetur, quod tamen pondus nimium judicamus, ingredientium reliquorum proportione pensitata.

In classe XI. recipiuntur *cinnam.* ʒxiij. *cass. caryophyllat.* ℥j.

In classe XII. *thus* & *mastiche* omissa in aliam classem rejectantur.

Reliqua omnia nec eodem pondere nec ordine, nec mixtionis modo describuntur, tali tamen, cui hæc nostra descriptio sit multum anteferenda, cumprimis, quod *sal fixus* ex omnium magmatum inceratione paratus universæ massæ commisceri jubeatur, quod ad feliciorem medicamenti operationem haut parum momenti adferre videtur.

Jam, si quis de ingredientium farragine quærat, quo nomine plurimis *Theriaca* & *mithridatium* male audiunt, ei responsionem paravimus in *Scholio ad Obs.* CXL. *Dec.* II. *Ann.* VII. *Ephem. Curios.*

Nostrum certe *medicamentum* est laude dignissimum, qua in vicem *Theriacæ cœlestis* laudatissimi tamen medicamenti, felicissime quis uti poterit, parabiliore insuper, & cujus Dosis intra granum unum & sex subsistere queat, pro re nata cum *extractis* aliis *specificis*, it. *extracto papaveris*, *laudano opiato* &c. commode miscendum, sapore jucundum, operatione promptum, denique tale, quod nemini facile nocere queat, exhibendum proinde, ubi per signa evidentia morbi genius nondum innotuit.

*
* *

Aqua nephritica.

℞. *Rhabarb. el. cort. cass. fistul. aa.* ʒiij.
gran. junip. ʒvj.
rad. ononid. ℥ß.
sem. anis. fœnic. petrosel. aa. ʒij.
liquir. ras. ʒvj.
lap. Judaic. ℥ß.
agar. alkek. saxifrag. sem. mil. ☉. *aa.* ℥ß.
Zinzib. cinnam. galang. aa ʒj.
mithridat. ʒiij.

Incis. & contus. infund. in ℔ iiij. vini generosi, & postea destilla.

Notæ.

Quid *lapis Judaicus* transalembicum vehere queat, ignoro.

Nonne præstaret *aqua* jam *destillata mithridatium* addere, aut ejus *tincturam* cum *spiritu vini* seorsim extractam eidem aquæ sociare? Calidiuscula est aqua, in calidioribus naturis *aqua fragorum* aut alia *diuretica* temperanda.

Major est ejus usus fine *præservandi*, quam in *paroxysmo*, ubi fortiter *urinam pellentia* maxima cum cautela adhibenda. *Lubricantia* certe mihi salubriora semper visa.

Dosis

Dosis per se possit esse *unius* aut *duorum cochlearium*. Usus tutior, cum *syr. de alth.* & *essent. anod.* cumprimis in paroxysmo:

℞. *Aq. fragor.* ℥iij.
nephrid. Scret. ℥iß.
ess. anod. ʒj.
syr. de alth. Fern. ʒvj. *M. D. cochleatim.*

* * *

Aqua Theriacalis.

Quod nomen SCRETÆ huic aquæ in schedis meis inscriptum non videam, id præmonere volui, ne alii forte, quod est suum, detrahatur.

℞. *Theriac. Androm.* ℥iiß.
mithridat. ℥iß.
myrrh. ʒx.
cinnam. croc. aa. ʒij.
spec. diamarg. fr. ʒij. *M.*

infund. in 🜄 ℥viiiß. per 8. dies, deinde destilla per MB. Hujus aquæ ℞. ℥iß. *syr. citr.* ℥j. *M.* pro præservat.

Nota.

Usus haud dubie erit in *morbis epidemiis*, *malignis*, quin ipsa *peste*, cumprimis *præservandi fine*: quamvis & ad curationem ipsam haut minimum conferre valeat, in ea cumprimis malignitate, quæ viscosis humoribus irretitur; ubi admixtio *diaphoretici* ♁*ialis* & *granorum* aliquot *Mercurii dulcis* multum sane juvare potest.

Nil monendum habeo, nisi quod *species diamargariton* gratis destillationi subjici videantur.

* * *

Aqua antiphthisica.

℞. *Sangu. porcelli domestici dimidii anni quantum effluit simul.*
Vituli pulmon. n. ij.
hepat. n. j.
cochlearum (*domiport.*) *n.* xx.

Incis. & conquass. affunde

aquar. hyssop. salv. veron. scabios. aa. ℔.ij.
heder. 🜄 *str. fl. acac. aa.* ℔.j.
rad. tussilag. ℥ iiij.
helen. irid. flor. aa. ℥ ij.
fol. cochlear. rec. flor. bellid. min. herb. prass. aa. mij.
sem. fœnic. ℥ j.

Incis. & conquass. stent cum reliquis per 24. horas in digestione, postea destillentur ex MB.

Notæ.

Quid de *aquis restaurantibus ex animalium partibus destillatis* sit sperandum, alii occasioni reservamus.

Sumitur hæc aqua in *tabe* omni a quacunque caussa oriunda, vel per se ad cochl. j. ij: l. iij. vel admixta aliis, v. gr.

℞. *Aq. antiphthis. Scret.* ℥ iij.
veron. scabios. aa. ℥ j.
matr. perl. ppt. ℈ij.
conf. de hyac. c. ʒj.
syr. capill. ♀. ℥ ß. *M. D. cochleatim.*

Usus ejusmodi medicamentorum diuturnus esse debet, si quid opis inde speretur.

 *** *Bal-*

* * *

Balsamum Apoplecticum.

℞. *Mosch. ambr. grys. aa. gr.* vij.
zibeth.
ol. cinnam. caryophyll. nuc. mosch. destill aa ℈j.
succin. ℈ß.
nuc. mosch. expr. ʒij. *M. F. balsamum.*

Notæ.

Hæc *balsama* vires equidem *odoratu* refocillant, in *apoplecticis* autem insultibus parum opis tulisse, quoties ea adhiberem, fui expertus, cum foris tantum inungantur. Ego, v.gr. in *apoplecticis* grana ejusmodi *balsami* duo vel tria in *cochleari aqua vitæ Matthioli* dissoluta intus propinare, nullus dubitarem, & præsentiorem effectum inde mihi promitterem. Ejusmodi *balsama* pretiosa temere utplurimum ad sanissimorum hominum delicatas nareis permulcendas prodigi dolendum.

* * *

Balsamum mastichinum.

MAstiches selectæ in granis q. s. solvitur in 🜄. *terebinth.* ter rectificato, qui denuo ad *balsami* consistentiam abstrahitur.

Notæ.

Usus ejus in *stomachi debilitate* a caussa frigida exorta, quin & *nephritide, catarrhis, &c.* tum intus tum foris applicatus.



* * *

Confectio aromatica cum ⚘. carioph.

℞. *cinnam. zingib. caryophyll. nuc. mosch. aa.* ℥ j.
mac. cubeb. sem. eruc.
gran. paradis. cardam. min. aa. ℥ß.
sandal. r. ♀ *if.* ℥iß.
sacch. a. in s. q. aq. ros. sol. ℔ iiij.
F. *confectio in morsul. add. ol. caryoph. gtt.* xv.

Notæ.

Præter generalem *vires* & *stomachum roborandi virtutem*, medicamentum etiam est *aphrodisiacum*, calidioribus tamen caute ministrandum. *Santali rubri*, quippe levissimi pollinis, nimium videtur adjectum.

* * *

Confectio Imperatoris.

℞. *Sacch. in aq. ros. & cinnam. sol.* ℔. j. *p. c.*
amygd. dulc. excort. ℥ ij.
cort. citr. rec. vel condit. ℥ ß.
conf. alk. compl. ʒj. (*vel* ʒij.)
spec. imperat. ℥ j. M. F. *s. a. conf. in rotulis.*

Notæ.

His duabus *confectionibus* utebatur *B. Auctor* in *intemperie cerebri frigida*, variis *stomachi affectibus frigidis*, in *cachexia, hydrope*, &c. vel solis, vel aliis medicamentis admixtis: v.gr. in *cerebri intemperie frigida* tale scribebat medicamentum:

℞. Trag.

℞. *Trag. stomach. subtil.*
confect. aromat. cum ol. caryophyll.
sacch. rosat. tabulat. aa. ℥ ij.
M.F. ♀. *subt. ad scat. S.*
Haupt- und Magen-Trieth/ Morgens und Abends zu gebrauchen.

* * *

Cerotum de Nicotiana.

℞. *Succi nicot.* ℥ iij. *cera citrin.* ℥ iij.
resin. pin. ℥ iß. *terebinth.* ℥ j.
pulv. aristol. rot. ℥ iß.
ol. oliv. q. s. F. *Cerotum.*

Usus in *ulceribus cacoëthicis*, quæ mundat & consolidat.

* * *

Cerotum simplex.

℞. *Cer. virgin. ol. oliv. rec. aa. p. aqu.* *Cera* incisa minutim cum *oleo*, igne tecto, fluat, postmodum ab igne remota agitetur cum spatula donec refrigescat.

Usus in *inflammationibus externis* levioribus, it. ad *fonticulos*, &c.

* * *

Confectio de nuce moschata.

℞. *Ol. nuc. mosch. expr.* ʒij. *sacch. in aq. ros. sol.* ℥ iiij. F. *Rotulæ.*
Ad *stomachi vitia* & *alvi fluxus.*

* * *

Confectio Pineolata.

℞. *Pistac. mund.* ℥ j.
pinear. amygd. dulc. aa. ʒiij.
4. fl. cordial. groff. m. incis. aa. pß.
CC. philos. ppt. gr. xxv.
magist. Coral. gr. xv.
Sacch. a. in aq. frag. & ros. sol. ℥ vj.
F. *Confectio in morsulis.*

* * *

Confectio Peruviana.

℞. *Santal. r. crassiuscule incis.* ℥ ß.
vin. alb. ℥ viij. *coq. ad med. p. consumt. deinde adde*
🜄. ℥ ß. *Tartari* ʒj.
Post levem ebullitionem fortiter exprime & cola, in Colat. dissolv.
Sacch. albiss. ℥ ij.
gumm. de peru, ʒj.
pulv. cinnam. caryoph. aa. ʒß.
aq. cinnam. ʒij. F. *confectio in rotulis.*

* * *

Confectio pretiosa confortans.

℞. *Nucl. pin. rec. pistac. excort. aa.* ʒß.
macerentur in 🜄. ros. per hor. 2. dein
℞. *Nuc. ind. cond. incis.* ʒvj.
cort. citr. cond. ʒiij.
conf. alk. ʒj.
sacch. a. in aq. cinnam. & ros. sol. ℔. ß.
F. *Confectio in morsulis*: add.
ol. caryoph. cinnam. aa. gtt. iij.

* * *

Confectio Tartarea simplex.

℞. *Crem. Tartari p.* j. *sacch. albiss. in aq. ros. sol. p.* ij. M. F. *Confect. in morsul.*

* * * Con-

* * *

Confectio Tartarea composita.

℞. *Conf. rof. r. viol. purpur. aa.* ℥ij.
Crem. Tartari ℥j. *facch. albiff in aq. rof. fol.* ℥iiij.
M. F. confectio in morfulis.

Notæ.

In alio quodam *Manufcripto* jubet *SCRETA*, ut irrorentur hi *morfuli fucco recenti corticum citri*, vel *ol. anif.* aut *cinnam.* vel *amarac.* aut *caryophyll.* &c. it, ut *conferva acetofellæ* quoque fumi poffit.

Ufus harum *confectionum Tartarearum* eft *polychreftus*, cumprimis in *acrimonia bilis temperanda*, & orta inde *cruditate nidorofa*; in exturbanda, ubi *alvum experimur adftrictam*, colluvie ferofa juxta & biliofa, non vi, fed promovendo tantum excretionem alvi nonnaturalem. Hinc & in *cerebri intemperie humida* his eft uti folitus egregius Vir, & congeneribus aliis affectibus. Eft præterea medicamentum fuaviter acidulum, nec fua *dulcedine faccharina* naufeofum. *Dofis indifferens.*

* * *

Confectio Terræ Japonicæ, ita dictæ, f. catechu, vel cafchu.

℞. *Sacch. alb* ℥ij. 🜃. *Japon f. catech* ℥j. *mofch orient. ambr gryf. aa gr.* ij.
cum mucilag tragac. F. cylindruli inftar mufcerdæ.

Notæ.

In alio *manufcripto* notantur ad *catech.* ℥j. *facch. alb.* ℥iiij. quod artem pharmaceuticam confideranti verifimilius videtur, quam fupra notata inter *faccharum* & *catechu* proportione, qua obfervata, fubter linguam ægre liquefcet medicamentum.

Ufus, præter *fetorem anhelitus*, quem corrigit ifta confectio, eft ad *caput confortandum*, in iis, qui ab *apoplexia* ferofa fibi metuunt, it. *vertiginofis*. In fanguineis enim jugi ufu calidiufculum eft medicamentum. Cæterum in eorum ferie collocandum, quod cum *pulveribus ptarmicis*, *aquâ Reginæ Hungariæ, Thée, Chocolada, Caffe, &c. la Mode* in aulas invexit, immo ex aulis in caulas quoque. Modus utendi eft, ut ejusmodi *cylindrulus* fubter lingua, quoad liquefcat, teneatur, non autem mafticetur.

Circumferuntur alias plures ejusmodi *compofitiones*, qualis eft, quæ jam fequitur, & cujus auctor jam non incidit:

℞. 🜃. *catech.* ℥iij. *facch. alb.* ℥vj.
ambr. gryf. mofch opt. aa gr. vj.
ol. cinnam. gtt. ij. *cum mucil. tragac. F.*

Si *mofchi odor* prævaleat, *mofchardini* etiam appellantur. Vid etiam *Hagedorn. tr. de catech. Sect. 3. cap. 1. §. 9.* ubi has *pilulas* ex *catech. extract.* cum addit. *confect. alcherm. ambrat.* parare fcribit.

* * *

Confectio Martialis.

℞. *Cort. citr. cond. nuc. ind. cond. piftac.*

pistac. rec. amygd. d. rec. excort.
diaphor. ♂ al. aa ℥ j.
spec. imperat. ʒß. *cinnam. acut.* ʒij.
caryophyll. conf. alcherm. compl.
aa. ʒj.
sacch. alb. ℥viij.
cum mucilag. tragac. q. s. F. l. a. Tabulæ quadratæ n. xxxij. *ad scat.*

Est egregium & suave medicamentum *hypochondriacis*, *scorbuticis* & qui *obstructione mesenterii* laborant, ubi cumprimis etiam *stomachus* est debilis, longe utilissimum, si nonnunquam *tabula* vescantur. Cumprimis ubi bibuntur *acidulæ*, nec satis permeant, ubi *juscula herbis medicata*, *sera lactis*, *succi herbarum &c.* post haustas ejusmodi potiones, in stomachi solatium commode una aut altera *tabula* adsumitur. Cave autem in eo *scorbuti* genere, ubi simul *bilis acrimonia volatili* laborat, atque ob id a *CHARLETONO rancidus* vocatur, iisdem utare, siquidem ob permixta *aromata phlogosibus* augendis magis, quam minuendis aptæ sunt.

In *atrophia scorbutica* medicamentum sibi vix par habent, aliis tamen *specificis* non omissis.

* * *

Candelæ pro suffitu.

℞. *Stor. calam.* ʒiij. *benzoin.* ʒj.
cort. thymiam. oliban. aa. ʒiiij.
ladan ʒx.
sem. nigell. coriandr. bacc. junip. aa. ʒij.
storac. liq. ʒiij. *terebinth.* ʒij.
carbon. til. ʒxxx.
cum *mucilag. trag.* per ▽. *ros. extr. F. s. a.* Massa, ex qua formentur *candelæ*.

* * *

Aqua Heleocathartica.

℞. *Terebinth. Chiæ* ℥viij.
Rad. irid. flor. herb. dictamn. Cret. menth. crisp. aa. ℥ ij.
sem. agn. cast. rut. fœnic. aa. ℥iß.
vin. alb. ℥ xxxx.
Destill. l. a. Ex. MB.

Usus est in quamplurimis *renum, vesicæ, & genitalium* affectibus, in *ulceribus* cumprimis horum, utraque *gonorrhœa*, *fluore albo*, aliisque mulieribus fetidis, & luem sapientibus. Dos. mane & vesperi ab ʒj. ad ʒij.

* * *

Elixir hystericum.

℞. *Essent. castor.* ʒij. *Tincturæ succin.* ʒj.
∾. ⊖ ✱ *ci* ⊡*os.* ʒiß.
caphur. ʒj. *ad* ʒiß.

Mista probe clausa stent per septimanas aliquot in loco calido, Tinctura decantata servetur postea ad usum.

In *apolexia*, *epilepsia*, *convulsionibus*, *affectione hypochondriaca ac hysterica*, *torminibus ventris* &c. egregium.

Dos. a. gtt. j. ij. ad x. in vino vel *aqua melissæ*.

Not.

Ego non dubitem ad ℈j. & ultra adscendere, quin & foris intinctis linteaminibus & naso affrictis uti. In magnis doloribus cum *essentia anodyna*

conjunctum hoc *Elixir* exoptatissimos effectus præstabit.

*
* *

Elixir antispasmodicum.

℞. *Essent. castor. cum* ∾. *meliss. aut cochlear. par.* ℥ iij.
∾. ⊕ ✱ci ⊡ſi ℥j.
Mixta ſtent aliquandiu in digeſtione. Vel
℞. *Essent. castor. officin.*
∾. ⊖ ✱ci ⊡ſi.
meliss. cochlear. aa. ℥j.
M. ſtent eodem modo aliquandiu in digeſtione.

Usus idem, cum doſi, qui præcedentis, niſi quod hoc ad *motus* quosvis *convulsivos* magis videatur accommodatum. Demulcet ſpiritus animales efferatos, & compeſcit oriundas inde *cephalaas* & *vomitus* horrendos, virides & ſymptomaticos, juncta cumprimis *essent. anod.*

*
* *

Elixir balsamicum seu diasulphuris.

℞. ⊖. *Tartari flor. Sulph. aa.* ℥iij.
calcinentur ſimul poſtea extrah. *Tincturam* 🜄. ⊡ſo. cui filtratæ add.
mum. ver. ℥ß.
aloës hepat. myrrh. r. caryoph. aa. ʒij.
cubeb. camphor. cinnam.
castor. rad. angel. Zedoar.
Zingib. ostrut. bacc. laur. aa. ʒj.
essent. succin. aq. apoplect. aa. ʒj.
M. ac per menſem leni calore digere.

In morbis pectoris, *empyemate*, *phthisi*, *hæmoptysi*, *asthmate*, aliisque ſimilibus nobile medicamentum, ad gutt. aliquot. (x. ad xx.) cum aliis remediis liquidis & mixturis appropriatis datum.

Usus tamen ſit parcior in calidis & vehementer emaciatis, perpetuaque ſiti.

Nota.

In alio *manuscripto* hoc medicamentum *Pat. Emericum a Stabl Auctorem* habere dicitur: ibique *fl. Sulph.* & ⊖. *Tartar. aa.* ℥iiij. accipi jubentur, quin & calcinata fundi, fuſa adhuc calide ♀ſari, hinc cum 🜄. *rectif. ac urinoso* extrahi.

*
* *

Essentia ambræ.

℞. *Ambr. grys.* ℈j. *mosch. orient. gr.* v.
ol. cinnam. destill. gtt. v.
sacch. alb. ad ambr. terend. ʒij.
∾. *rosar. ad mosch. solvend.* ʒij.
🜄. *Tartarisat.* ℥ij. *M. stent. in digest.*

Not.

In alio *manuscripto* talis eſt ingredientium proportio:
℞. *Ambr. grys.* ʒj. *mosch. opt. gr.* xv.
ol. cinnam. destillat. gtt. xv.
sacch. alb. ad ambr. terend.
∾. *ros. ardent. ad mosch. solv. aa.* ʒvj.
🜄. *Tartarisat. opt.* ℥vj.

Stent in *phiola herm. sigill.* in loco leviter calido per aliquot dies, donec *Tinctura* ☉*eum colorem contraxerit*, quam ſuaviter filtrabis, ac magmati reſiduo

ſiduo unam vel alteram unciam de ♈. *Tartariſato* affundere poteris, ut, quod de *eſſentia* reſtat, extrahatur, ut ſupra, cui poſtmodum addatur.

Uſus ſumme refectivus, in cordis capitisque variis affectibus, præcipue *vertigine idiopathica*, cujus tunc guttæ 4. ad 6. cum *vino* mane & noctu ſumuntur. Roborandæ quoque memoriæ & præcavendæ *apoplexiæ* conducibilis.

* * *

Extractum ſeu coagulum aſari.

℞. *Rad. aſar.* q. ſ. *cum foliis menſ. Maj. collect. ac exſiccat.* harum 4.tæ parti affunde ♈. *rectificat.* ut 4. digitis emineat, ſtent aliquandiu in loco calido in digeſtione, donec Tinctura ſubviridis extracta ſit, tres reliquæ partes comburantur in *cineres*, fiatque inde ⊖ probe depuratus, quo peracto affunde huic ⊖i *Tincturam* ſupra extractam, ac redige in formam *extracti*. Doſ. à ℈j. ad ʒj. ex jure, in morbis, ubi *vomitu* opus eſt.

* * *

Unguentum contra Rhagades.

℞. Ol. roſ. rubr. ex 3. infuſionibus, per ſolam inſolationem parati, ac proprio ſucco adhuc turgidi ℥ij.

In quo ſuper △. leniſſ. ſolv.
maſtich. ſelect. ʒß.
cer. virgin. vel alb. ℥ij.

Per linteum rarum trajectis & probe agitatis, poſtquam refrigeſcere incipiunt, commiſce

extr. glycyrrh. rec. ʒj.
F. linimentum *impalpabile ſ. l. a.*

Ut magis exſiccet, addi poteſt, ſi lubet, aliquid de *bolo armena ſeu Mercurio dulci.*

Uſus eſt contra *papillarum fiſſuras* & *madorem*, ut & *pruritum* ac *rhagades* ani, ac *hæmorrhoides*; it. ad *labiorum fiſſuras.*

In alio quod. *manuſcripto extr. glycyrrhiz. & bol. arm. aa.* ʒj. addi jubentur.

* * *

Unguentum ophthalmicum.

℞. *Butyr. rec. lot.* ℥iiij. *cadm. botryoid. ppt.* ℥j.
ſacch. Saturni ʒß. *Mercur. dulc.* ʒij.
caphur. ℈j. *M. F. linimentum impalpabile.*

In *inflammationibus oculorum*, aliisque eorundem affectibus calidis nobiliſſimum: *palpebræ* mane noctuque frigide illinuntur, & lentis magnitudine *cantho* majori ſeu interiori inditur.

* * *

Aqua ophthalmica.

℞. *Aq. roſ. fœnic. euphraſ. aa.* ℥iiij.
vitr. ♁. ʒj. *Mercurii dulc.* ʒij.

F. Infuſio. ♓ ♁. & Mercurius prius in marmore lævigentur. Decantatio clara D. ad uſum.

Unguentum aut Balſam. vulnerarium.

℞. *Ol. oliv.* ℥viij. *hyper.* ℥ij. *ſuccin.* ʒj.
gumm. elem. ʒj.
🜂. ℥iiij. *limat.* ♂. ℥ij.

Aqua fortis ac *olea* miſceantur, his

dein

dein injice *limat.* ♂. qua soluta, fecibus rejectis, add. supra dicta reliqua soluta.

Not.

Hoc *unguentum* plane singulare meretur considerationem; siquidem alicui mirum videri queat, *aquam fortem* inter *traumatica* commisceri. Ejus autem *corrosivitas* tam per *oleorum* admixtionem hebescit, tam obtunditur a *lucta*, quam cum *limat.* ♂. subire necesse habet. Obscurior tamen est compositionis descriptio, quam ut a quolibet intelligi queat; neque ob SCRETÆ nomen in meo *manuscripto* appositum certo affirmare ausim, utrum hunc agnoscat auctorem nec ne; quod etiam de sequenti *unguento* monitum velim.

* * *

Unguentum ad Ambusta.

℞. *Cepar. crud.* ℥ xij.
salis comm. sapon. venet. aa. ℥ viij.
Contundantur in mortario in pultem tenuem, & cum ol. ros. vel amygd. dulc. F. l. a. unguentum.

* * *

Aliud balsamum vulnerarium.

℞. *ol. flor. hyper. per triplicem infusionem parat.* ℥j. & *terebinth. chiæ ver.* ʒij. *M.*

Vel loco *terebinthinæ chiæ* substitue *mastichem* selectam, quæ in *oleo Hyperici* solvatur.

-<<(o)>>-

* * *

Electuarium alexipharmacum, seu Orvietanum D. Scretæ.

℞. *Rad. angel. cardopat. fraxinell. aa.* ℥ iij.
enul. camp. Zedoar. tormentill. aa. ℥ ij.
cort. citr. Winteran. aa. ℥ j.
fol. dictamn. Cret. scord. rut.
fl. ros. rubr. aa. ℥ ß.
sem. fœnic. ℥ ij.
gumm. ammoniac. galban.
myrrh. croc. aa. ℥ j.
zingib. cinnamom. caryophyll. aa. ℥ ß.
🜃. *sigillat. flor. Sulph.*
Unic. fossil. CC. philos. aa. ℥ iß.
♁. *diaphor.* ℥ iij. *op. correct. caphur. aa.* ʒij.
⦶. *CC. vol.* ⊖. *succin. alb. oleos. aa.* ℥ ß.
succ. citr. rec. q. s. ad humectationem pulverum omnium.
mellis juniperin. triplum; hoc est ℥ cviij.
seu ℔. ix. *Medic.*
M. pone ad fermentandum per aliquot menses.

Not.

In B. D. SCRETÆ tr. *elegantissimo de Febr. castrensi*, sub nomine *Confectionis alexipharmacæ* hoc ipsum *Electuarium* traditur *Sect.* 3. *cap.* 2. *p.* 252. in qua sequentia notare placuit:

Cortices citri extimi siccari jubentur,

fol.

fol. dictamn. Cret. scord. rut. flor. rof. ♅. *aa.* ℥ j. *recipiuntur.*
semini fœniculi bacca herba paridis æquali pondere adduntur.
cinnamomi acuti est ℥ j.
opium correctum & caphura ad ℥ ß. *augentur.*
mell. juniperini, rob. rib. rub. id. cydon. aa. ℥ xxxij. *sumuntur.*

Ad fermentandum tantum per aliquot dies reponuntur.

Dos. ʒ j. ℈ iiij. *ad* ʒ ij. *in vehiculo convenienti.*

Reliqua cum priori descriptione concordant.

Non est dubium, quin hoc sit medicamentum longe nobilissimum, & cuivis *Orvietano* anteferendum, nec saporis adeo ingrati. Cum etiam posteriores cogitationes esse meliores soleant, ultimam descriptionem prius traditæ meliorem quoque judicamus, at fermentationem aliquot dierum an sufficientem æstimare debeamus, de eo nos dubitare fatemur. Cæterum in proba & intima ingredientium omnium subtilissime pulverisatorum mixtione plurimum esse momenti situm credimus. *Usus* est, qui *antidotorum* omnium.

* * *

Epithema frontale nitratum.

℞. *Nucl. persic. vel amygd. amar. sem. melon. excort. papav. alb. aa.* ʒ ij.
aq. fontan. ℥ v. *rosar.* ℥ j.
F. *Emulf. l. a. cui add.*
♰. *rosac.* ℥ j. ⊕. *pur.* ʒ ij.
caphur. croc. orient. aa. gr. vj. *M.*

In dolore *capitis*, *febrium malignarum* symptomate, calefactum est nobile, ubi lintea quadruplicata eo imbuta fronti ad usque tempora frequenter applicantur. Idem cum fructu *carpis* alligatur.

* * *

Elixir uterinum.

℞. *Elix. pestil. Hartmann.* ℔. ß. *suspend. in nodulo.*
castor. ʒ ij. *pulv. sabin.* ʒ iß.
rad. angel. valerian. aa. ʒ j.
facch. c. ♣. *anis. & succin. irrorat.* ʒ ij.
Stent. in digest. loc. cal. dein filtr. & usui serv.

Elixir pestilentiale Hartm. ibi describitur tale:

℞. 🜄. ℔. j. *camph. sel.* ℥ ß. ʒ iij.
Incis. prius camph. addito in nodulo croc. orient. ℈ ß. F. 🜄. ⊙*ei color. &c.*

Notæ.

Hanc *elixir pestilentialis* descriptionem in *Hartmanno* reperire non potuimus; sed alius ab hoc multum diversi, quod habetur in ejus *prax. Chimiatr. cap.* 245. *p. m.* 433.

Elixiris uterini usus nomini respondet, in *mensium suppressione, partu difficili, lochiis & secundina retentis* commendabilis. Dos. gutt. xv. xx. xxv. in vehiculo apto.

* * * Em-

* * *

Emplastrum de Verniee.

℞. Ol. vet. cer. nov. aa. ℔ ß.
lithargyr. ☉. ℥ vj. lap. Calamin. ℥ ij.
terebinth. ℥ j. vernic. pictor. ℥ ij.
thur. mastich, myrrh. aa. ʒ ij.
camph. ʒ j. M. F. l. a. Emplastrum.

* * *

Emplastrum Vesicatorium.

℞. Cantharid. ℥ j. terebinth. ℥ ß.
oliban. myrrh. mastich. camph. aa. ʒ j.
ol. rosar. cer. citrin. aa. ℥ ij.
F. l. a. Emplastrum.

* * *

Emplastrum rubrum ad sanguinem sistendum.

℞. Terebinth ℥ iß. croc. ♂. ʒ vj.
terr. Vitrioli dulc. succin. aa. ℥ ß.
mastich. ℥ j. resin. pur. cer. nov. aa. ℥ iij. F. l. a. Empl.

Ex hoc turundæ formantur & naribus infiguntur: it. suppositoria in hæmorrhoidibus nimiis &c. His tribus Emplastris nomen SCRETÆ præfixum non est, licet ejus ingenium sapiant.

* * *

Emplastrum de Cicuta.

℞. Resin. flav. succ. cicut. inspiss. aa. ℥ j.
galban. pur. ℥ j. M. F. l. a. Emplastrum.

Vel:

℞. Succ. cicut. inspiss. ℥ iß.
⊙. Vitrioli ʒ iij. Saturn. ust. ʒ ij.
Mercur. ~~u. ʒ ß. ol. verbasc. ℥ ß.
cera ℥ vj. terebinth. ℥ j. M. l. a.

Not.

Usus hujus emplastri est in Scirrhis resolvendis, præcipuæ virtutis, si cum oleo saponis vel Philosophorum impraegnetur.

* * *

Essentia anthos composita.

℞. Flor. & fol. rorism. mjiß.
primul. ver. salv. aa. mj.
cubeb. ʒ j. cardam. ℈ j. N. M. ʒ ß.
Incis. & conquass. affunde ~. ceras. nigr. ad eminent. 2. digitorum. Stent in digest. per 2. ☍ ℘. post exprim. & filtr.

Not.

Est cephalica, catarrhalis, apoplectica, paralytica, asthmatica, stomachica, carminativa. Usus internus ad gtt. xx, xxv. xxx. Externus pro attractione in nares, aut frictione verticis, nuchæ, temporum.

* * *

Flores Sulph. compositi.

℞. Fl. Sulph. simp. ℥ iß. myrrh. sel. ʒ j.
aloës sel. socot. depur. ℈ j.
conc. orient. gr. xv. F. ♀. subtiliss.

Not.

Est fere idem, qui Paracelso adscribitur, pulvis: lib. 1. de reb. natur. cap. 7. & commendatur ad pestem, pleuresin, hydropem, &c. seq.

℞. Flor.

℞. *Flor. Sulph.* ℥ j.
aloës, myrrh, aa. ℈j.
croc. ℈ß. *facch. a.* ℥ j. M.

In *phthisi* forte cum *ulcere pulmonum* aut aliis corruptionibus internis usus haut temnendi a ℈j. ad ʒß. assumtus.

Hæc dub. medicamenta *Essentia nemp. anthos & flor. Sulph. comp.* SCRETÆ nomen non præferunt.

* * *

Pulvis cachecticus.

℞. *Chalyb.* ♀ *isat.* ℥ iiß. *fecul. bryon.* ʒii.
flor. Sulph. myrrhat. f. compos. ℈iiß.
C.C. philos. spod. ppt. coral. ppt. aa. ʒj. M.F. ♀. *subtil.*

Usus in *cachexia, chlorosi, palpitat. cord. mensium defectu.* Dos. ℈j. ad ʒß. Mane jejuno ventriculo ex jure, imperato motu.

* * *

Specificum antatrophon.

℞. *Sacch. cant. alb.* ℔. j. *P. C.*
⊖. *vol. alcali vegetab.* (*i. e.* ⊖. *vol. fulig.*) ℥ iiij.
rad. irid. flor. ℥ i j.
ar. ppt. diaphor. ♂ *al. & Jovial.*
ocul. ♋. *ppt. aa.* ℥ j.

F. ♀. subtilis, vel, si placet, cum pauxillo *mucilag. tragac.* Form. *Trochisci.*

Not.

Usus est cumprimis in *atrophia* pusionum mane & vesperi pro ratione ætatis ad gr. v. ℈ ß. aut ultra ex idoneo vehiculo. Alibi laudat *Auctor* ad *Scrophulas*, si ejus mane & vesperi ab adultis ʒß. accipiatur. it. in *gibbositate, rhachitide*, &c. In alio quodam *manuscripto rad. x ari* omittitur, quod per scribentis negligentiam factum existimo.

* * *

Pulvis anodynus.

℞. *Coral. r. ppt.* ʒij.
sang. Dracon. ver. Unicorn. fossil. aa. ʒß.
essent. op. Langelott. ʒj.
M.F. ♀. *subtil. ad scat.*

Not.

Hic *pulvis* etiam habetur in *D. Scret. tr. de feb. castrens. sect.* 3. *cap.* 2. *p. m.* 248. *Essentiæ* autem *opii Langelottianæ* descriptio extat in *Ann. III. Dec. I. Ephem. curios. Obs.* 59. *p. m.* 100. quam cum vehementer extollat SCRET. *loc. cit.* eaque se summo cum fructu in multivariis affectibus usum esse scribat, *Exc.* tamen *Wedelius* in *Opiolog. sect.* 2. *cap.* 3. *p. m.* 60. non sine ratione arbitratur, opii virtutes in ista compositione minui debere, quod tantundem forte *extracti cydoniorum* simul in *essentia* maneat, quam *extracti* ipsius *opii*. Sed, quid hac ratione fiet de *laudanis*, cumprimis illis diffusioribus?

* * *

Pilulæ anodynæ hystericæ.

℞. *Essent. op. Langel.* ℥ j.
extr. croc. & castor. aa. ʒj.
♁. *nativ. ppt. diaphoret. Jovial. aa.* ʒiij.
F. *pil. pond. gr. j.*

 Not.

Not.

In *tr. de febr. castrens. loc. cit.* adduntur *gutt.* xx. ⚯. *succin. a. Dos.* pro intentione Medici diversa, nec facile determinanda.

* * *

Pilulæ anodynæ fragrantes.

℞. *Ess. op. Langel.* ℥ j.
♁. ♂ *purif. Unicorn. fossil. albiss. aa.* ʒiij.
pulv. croc. orient. sangu. Dracon. ver. aa. ʒj.
ambr. grys. gr. vj. *mosch. orient. gr.* viij.
ol. cinnam. gtt. iiij. M. F. *pil. pond. gr.* j.

Not.

Alibi & in *tr. de febr. castr. l. c.* vocat *pilulas anodynas regias* viris exhibendas: ubi insuper *ambr. grys. gr.* xvj. & *ol. cinnam. gtt.* viij. ponuntur: in alio *Manuscripto* dicti *olei gtt.* vj. *Usus,* qui priorum, excepto eo, quod has feminis exhibere minus conveniat.

* * *

Massa pro pila hysterica.

℞. *Castor. opt.* ℥ ß.
5. Olea destillata sive primò salibus misceantur, sive conservis jam cum salibus mixtis, diligenti agitatione, demum uniantur, perinde est. Quamvis, cum pulveres cinnamomi &c. accedant, olea rectiùs cum his priùs uniri, & sic conservis addi possent; cùm salibus à spiritu sulfuris humidis non tam probè se immisceant.

6. Cur mixtura jam parata cucurbitæ iterum sit immittenda, inque ea sal calcis vivæ addendum, non capio; cum sal hoc ulteriori agitatione rectiùs in mortario, & quidem primâ mox vice, quod Augustani faciunt, ad superfluum laborem præcavendum, uniri queat.

7. Sal calcis vivæ unicum esse, quod contineat totum secretum ac virtutem medicamenti, multum dubito, cum summæ hujus dosi, nempe Drachmæ uni, non integra grana quatuor, accedant, neque tamen minori virtute reliqua etiam salia polleant.

8. Prior salis calcis vivæ confectio displicet. Nam 1. nihil calcis vivæ ipsi accedit, à qua tamen nomen mutuatur. 2. Nitrum, coralia & margaritas cucurbitæ vitreæ indere, atque igne, qui necessariò fortis esse debet, ad colorem usque rubeum calcinare, non est possibile, cum vitrum tanto igni ferendo longè impar exsistat. 3. Coralia parum vel nihil virium nitro sic conferunt. 4. Margaritarum pretiosa fit deperditio, quæ in calcem inutilem sic comburuntur. 5. Nitrum absque his coraliis & margaritis vehementi igne non minus in fluorem cœruleum vel rubescentem abit, ut ita color hic ab istis duobus non oriatur. 6. Materia post calcinationem exemta minùs adcuratè sal nitri fixum vocatur, cum potiùs sit concretum aliquod salsum, partibus salsis vel alcalinis nitri, & calce mortuâ margaritarum coraliisque calcinatis constans. 7. Simplicior exhalatio operosiori per alembicum abstractioni rectiùs substituitur, quia phlegma per alembicum prolectum nullarum vel paucarum est virium. 8. Rectè quidem vocatur residuum (si coraliorum & margaritarum additamentum excipiatur,) nitrum revivificatum, à vero nitro parum vel nihil virtute differens; hac tamen ratione nitrum commune depuratum recepisse, medicamenti virtutem & nobilitatem non variaret.

9. Altera salis calcis vivæ descriptio pariter censuram meretur; 1. namque ab adfuso calci vivæ spiritu vitrioli philosophico, qui prolicitur, vel prolici dicitur urinosus liquor, licet vel centies cohobetur, nunquam cum remanente calce unietur, (si, nempe acidus ille corrosivas suas particulas in calce viva amiserit,) sed urinosus semper prodibit, aut sensim per vasorum juncturas exitum

quærens dissipabitur. 2. Si verò spiritus ille acidus spicula sua à calce viva intacta servaret, liquor urinosus ab illis facilè primâ vice absorberetur, ut repetitis tot abstractionibus minime indigeret. 3. De ipsius processus successu dubito; facto etiam experimento, volatilem hunc urinosum spiritum (neque ab instillato vitrioli philosophico, neque qui non multum differre creditur, communi salis spiritu,) impetrare haud potui, cum phlegma saltem odore horum acidorum spirituum imbutum, atque paucissimis acidulis particulis, quæ cum adfuso lixivioso alcali effervescunt, impraegnatum obtinuerim. 4. Minùs adcuratè id, quod in processu hoc impetratur, sal calcis vivæ vocatur, cum sit coagulum saltem salinum, ex salsis spiritus vitrioli phil. particulis, & calce viva, partim in spiritu illo soluta, partim sibi relicta conflatum.

10. Arcanum duplicatum omnia magis, quàm Nitrum illud regeneratum, præstare posse, quæ circa usum Conservæ hujus commendantur, mihi non est dubium; unde nec tàm operosè Nitrum illud extolli meretur. Neque etiam, cum utrumque sic dictum sal calcis vivæ plurimùm invicem differat, unum alteri, sine prudenti electione, substituere, aut pharmacopæi arbitrio electionem relinquere decet.

Alia quæ circa reliqua medicamenti ingredientia disquiri possent, lubens omitto, cum non adeò in disquisitionem hic veniant.

* * *

Essentia succini.

℞. *Succin. fl.* vel *alb. subtil. trit.* q. s. Superfunde ⊖ *circulatum* (id est ~ ⊖.) ut tribus digitis superemineat, phiola claudatur hermet. quam in MB. per aliquot horas in fervente ▽ sæpius agitando ponas; solutionem filtra postea, eamque *liquore* ⊖ *Tartar.* ⊼ta, *pollinem* hunc dein extrahe cum *alcohol vini*, *extractam essentiam* filtra, &, si vis, 🜄 ad medietatem abstrahe, & habebis *essentiam succini*, in omnibus *hystericis* affectibus summe commendabilem medicinam.

* * *

⊖ *circulatum, h. e.* ~ ⊖ *duplicatus.*

℞. ⊖ Tartari: ⊖✱ci *aa. p. equ.*

Ambo seorsim prius trita postea misceantur in CCta vitrea, cui mox ♓cus imponendus, ne ~tus ⊡ si perdantur. Subde △ in B. ∴ donec ~ *volatiles* ⊡ si transierint; ☉ ⊖so adde dein duplum *argillæ*, facque *globulos*, quos exsiccatos per Retort. observato △ gradu destillabis: *~um* hunc cum pauxillo ⊖*e volatili sicco* in Retortæ collo hærente junge *~ui volatili* ⊡ so, digere eos in phiala aliquandiu, usque dum probe uniantur. Si fortiorem desideras ~um, eum una vel altera vice super ♆am in ∴ B. rectificare potes.

Si vero mitiorem habere vis, junge illum cum aliquota parte 🜄 *rectificati.*

Res eodem redit, sive ⊖es prius per se triti sicci destillentur, sive in ▽. font. solvantur & misceantur, post destillentur, sed in hac posteriori operatione majore opus est *rectificatione*.

Cum hoc ⊖e *circulato* ac ▽. *cinnam*. paratur *Elixir proprietat*. HELMONTII.

* * *

Unguentum ophthalmicum PENOTI.

℞. *Butyr. rec. cum* ▽. *rof.* ℥ij. *bullit.* ℥ij.
cadmiæ botryoid. ppt. (*f. tut. ppt.*) ʒiiß.
camphor. ʒij. ⊕. *gr.* xij.

Caphuram tere cum *cadmia* prius subtilissime, ac commisce cum *butyro*, postea adde quoque ⊕ *tritam*, & postquam omnia aliquandiu probe agitata sint, transcolentur & exprimantur per sericum. Hoc *unguentum* singulare experimentum in omnibus fere *oculorum affectibus* habetur, fuitque PENOTI *arcanum ophthalmicum*. Novi & Pastorem (sunt verba B. mei in conjugio Antecessoris *Dn. D.* JOH. HENR. HILLERI *Physici Marbacensis*,) qui solo hoc *unguento* sibi cnmparavit nomen insignis *ophthalmici* f. *oculistæ*.

Usus est, ut mane & noctu palpebra tantum frigide oblinatur, & lentis magnitudine in canthum oculi majorem & interiorem indatur.

* * *

Linimentum anterysipelatodes HELMONTII.

℞. *Flor. lact. dulc.*
dulceris Saturni ✢ *facti* aa. *q. v.*
M. diligenter.

Not.

Hic *dulcor Saturninus* non erit, opinor, alius, quam si *minio* affundatur ✢*tum*, quod inde dulcescens *affusa aqua* lactescit, *præcipitato* in fundum *pulvisculo albo*.

* * *

Massa pro pila hysterica D. WEPFERI.

℞. *Castor.* ʒß. *as. fetid.* ʒß.
sagapen. ℈ij. *sem. nigell. gr.* xxxvj.
sem. rut. ʒj. *succin. a. ppt.* ℈iiij.
F. ♀. *consperg. ol. succin.* ℈ij. & *cum oxym. simp. q. s. Massa.*

* * *

Pilulæ polychrestæ.

℞. *Gumm. ammoniac.* ʒij. *aloës socot.* ʒiß.
extr. panchym. ℈ij.
helleb. n. gentian. enul. camp. aa. ʒß.
Tartar. Vitriolat. ⊖. *absinth.* aa. ℈j.
limat. ♂. *cum Sulph. ppt.* & ⏝ ⊖. *irror.* & *siccat.*
fl. cent. min. myrrh. el. aa. ℈j.
croc. orient. ℈iß.
cum sir. rof. solut. compos. F. pil. ex ʒj. *n.* xxvii.

* * *

Pilulæ hydropicæ BONTII.

℞. *Aloës socot. gutt. cambod. gumm. ammoniac*, aa. *p. aqu.*

Aceto

Aceto forti dissolv. pone in vase vitreo ad ☉em, forticerque colata exponantur rursus ☉i, donec contraxerit consistentiam *Mass. pilular.*

Dos. ℥ß. ad ℈ij. in *hydrocephalo*, alisque *hydropis* speciebus octonis circiter diebus.

Not.

Alia habetur descriptio apud SCHRöD. *Pharmacop. lib. 2. cap. 73.* Quod autem genuina non sit, ac BONTIUS *de Medicina Indorum*, in cujus *pag.* 149. meæ *edit.* hæ *pilulæ* modo supra scripto habentur, non sit in cujusvis manibus, eas huc ponere placuit.

* * *

Extractum Hellebori nigri HELMONTII.

℞. *Cort. recent. rad. helleb. n.* q. v. quos alembicum, affusa ▽ *pluviali* destilla in MB. ad prolectionem omnis fere *aquæ*: *Radices* postea addito parum *crem. Tartari* in vase querno fermentationi committe, usque dum deferbuerint, & sic altera destillatione *… m* dabunt acrem in quo vim *catharcticam* reperies. Residuas autem *radices* leni calore agitando exsicca, ac ♀isa, e quibus postea per 🜄 iteratas affusiones *extractum* confice, a quo aliquoties etiam 🜄 cohobandus est, usque dum eadem dulcedine ab ipso abstrahatur, qua affusus est, & sic habebis *extractum*, magnum in *morbis melancholicis* remedium. Dos. à gr. v. ad gr. xij.

Nota.

HELMONTIANA hactenus aliquot medicamenta exhibuimus, ad mentem istius Auctoris haut inconcinne excogitata. Quamvis autem dicti Auctoris *Theoria* nemini forte Medico per omnia placere possit, quippe postulatis aliquibus, quæ ab Anatomes & Philosophiæ peritis concedi non possunt, superstructa; Cum tamen ejus medicamenta a multis non tantum magni æstimentur & passim circumferantur, multi etiam Medicorum, illi cumprimis, qui præ aliis excellentiores videri volunt, HELMONTIANORUM *dogmatum* titulo superbiant, Medicum sane quemlibet ad minimum, quid Auctor iste potissimum statuerit, scire non dedecet. Quoniam autem cujusvis non est, HELMONTII scripta pervolvere, laborem istum egregie sublevavit Auctor *Fundamentorum Medicinæ recens jactorum, sub unum conceptum & intuitum breviter contractorum*; quem libellum edidit GEORG. WILH. KÜHN, *Bibliopola Ulmensis* 1689. 12. in quo breviter & succincte HELMONTIANA *dogmata & principia* exhibentur, dilucido stylo, magno legentium commodo.

* * *

Trochisci ad palpitationem cordis WEPFERI.

℞. *Pulv. chachect. Querc. pro viris compl. pro mulieribus inc.* ℥ß.
diaphoret. jovial. & ♂al. aa. ʒj.

caff. lign. ℥j. *chalyb. c. Sulph. ppt.* ℥ß. *ol. cinnam. gtt.* ij. *facch. penid.* ℥ij. F. l. a. cum *mucilag. tragac. Trochisci* magnitud. crucigeri vel majoris oboli. *Dos.* mane & vesperi n. vj. vel vij.

* * *

Pulvis Lunaris polychrestus D. KüFFERI.

℞. *Fulig. pur. camin.*
facch. cant. a. vel perlat. aa. ℥j.
ir. flor. ℥j. *Fol.* ☾ *a n.* iiij. *F.* ♀.

Cui etiam addi possunt ♀*is* pretiosi e *gemmis, marchion.* &c. pro lubitu & rei exigentia: si *purgandum* hujus ♀*is* ℥j. add. *resin. gial.* gr. j. *Dosis*, quantum capit apex cultri, in *pulte, sirubo,* ▽ *destillata*, idque pluries in die, est *atrophiæ* remedium infantibus insigne, quod etiam in aliis symptomatibus ab *infarctu* dependentibus prodest.

* * *

Pulvis dentifricius, D. WEPFERI.

℞. *Fec. vin. rubr. styptic. in clibano aut alio loco exsiccat. part.* vi.
rad. irid. flor. part. j. *F.* ♀.

Dentes & *gingivæ* sæpius eo *pulvere* fricentur. *Tartarum* & *nigredinem dentium* optime detergit, citra imminutionem substantiæ dentium.

* * *

Emulsio nephritica ejusdem.

℞. *Amygd. dulc. excort.* ℥j.
nucl. persic. excort. ℥ß.

cum s. q. aq. malv. F. *Emulsio*, quæ edulcoranda f. q. *fir. dialth. Fern. Usus* est in *nephritide* ex *calculo*, vel *arena*, renes multum obstruente.

* * *

Pulvis nephriticus ejusd.

℞. *Lapid. prunell.* ℈j.
⊖. *Coral. vel Ononid. junip.* aa. ℈ß.
ol. fuccin. rectif. gtt. iij.
facch. cant. r. ℥ß. *M. ad foat.*

In iis, qui *nephriticis* doloribus sunt obnoxii bis vel ter in septimana multum commoditatis affert hujusce *pulveris* ℥j. in *aq. fragorum* exhibita.

* * *

Ptisana contra luem Veneream Parisiensium.

℞. *Sarsaparill.* ♁. *crud.* ♀*is* & *nodulo incluf.* aa. ℥vj.
cort. lign. guajac. rad. chin. aa. ℥j.
test. nuc. virid. par. xv.

Cont. & *incis.* crassiuscule coq. in v. vel vi. *mens. Würtembergicis aq. font.* ad *consumt. mens.* j. *Dos.* mane & vesperi ℥vj. calide, pro sudore. Hanc ipse LUTETIÆ frequenter usurpari vidit *B.* in conjugio Antecessor meus D. HILLERUS.

* * *

Aqua traumatica DN. D. SCHILLINGII.

℞. *Herb. sanic. artemis. veron. alchimill. heder. arbor.* aa. mij.
consol. saracen. pyrol. aa. mj.
flor.

flor. hyper. miß. *alb. grat.* ℥iß.
cervis. veter. mens. iiiiß.
Stent infusa per aliquot dies, post destilla.
Dubitare quis posset, utrum ejusmodi *aqua* vim, quam *traumaticam* possident *herba*, & reliqua ingredientia, in destillatione quoque suscipiant? Et quidem haut immerito, cum, quæ glutinare debent, ex particulis viscosis, ramosis, &c. ut consistant, necesse est, quæ particulæ capiti suo mortuo, quippe minus explicabiles, potius adhærent, quam ut alembicum transscendant: Cum autem historiæ Medicorum testentur, externo saltem usu, in *ulceribus* v. gr. *tibiarum*, etiam vetustis, *aquam veronicæ destillatam* plus opis tulisse, quam *unguenta* quælibet vel *emplastra* (vid. SIM. PAULL. *Quadr. Bot.* p. 5. 12.) Idem quoque de *plantaginis aqua stillatitia* frequenter observetur, intus etiam vim, si non eoque glutinantem, sanantem tamen & balsamicam illis inesse, quei negari possit, non perspicio. Portiones enim oleosas, adeoque & hamosas balsamicas cum aquosis simul per destillationem elevari, *vegetabilium olea destillata* declarant, quæ in *phlegmate* multa sui portione reconduntur, si *vegetabilia* per fermentationem præparata non sint, quæ *portiones oleosæ balsamicæ traumatica* facultate sine dubio pollent, eo magis, quo recentiores *sunt aquæ*. Interim minus esse negandum censemus, in forma *decocti* felicius ejusmodi *vegetabilia* glutinare, & cumprimis, si cum *cervisia* coquantur, cui itidem ob *lupuli hordeique* consortium est virtus *glutinandi*, quæ coctione magis intenditur, particulis aquosis evaporatione diminutis. Hinc fatemur, nos *potiones vulnerarias* malle cum *cervisia* coqui, quam *aqua*, memores Fabri cujusdam ferrarii DÜNKELSBÜHLENSIS, qui *potionem traumaticam* coquere solet, unciarum vix trium pondere hauriendam, in *exulcerationibus tam in- quam externis*, & his per alia medicamenta propemodum insanabilibus, mira præstantem, quæ potio victum ipsi, præ malleo, adductum, nobis quidem non aliter scientibus, parat. Ab amico autem Medico accepimus, eum consistere *ex decem vegetabilibus traumaticis in cervisia decoctis.*

* * *

Emplastrum Paregoricum D. WITTE.

℞. *Ranar. palustr.* n. xx. *lumbric.*
🜄 *str.* ℥x.
ol. olivar. ℔. vj.
succ. cicut. hyosciam. aa. ℔. j.
fol. cicut. rec. mviij. *parid.* miiij.
sem. hyoscyam. ℥iiij. *lithargyr.* ℔. v.
Essent. hyosc. cicut. parid. aa.
℔iß.
op. thebaic. ℥iiij. *cer. flav.* ℔. j.
alum. crud. ℥iij. *camph.* ℥ i ß.
F. l. a. Emplastrum.

Auctor hujus *Emplastri* Medicus eximius & famigeratissimus, Archiater apud LIVONOS RIGENSIS, Patronus noster, cum apud CURLANDOS degeremus; Vir plane singularis & phar-

pharmacologus sui generis fuit, quod vel ex istius *emplastri* compositione patet, in nullum alium finem communicati, quam, ut ex eo, tanquam ex *ungue Leonem*, B. Auctoris sensum *Benevolus Lector* cognoscat.

* * *

Unguentum ophthalmicum viride
DN. D. FRANCI.

℞. *Tut. ppt.* ℥ j. *aq. ros.* ʒj.
camph. in ʒj. *ol. ros sol.* ʒij.
⊕. ℈ j. *butyr. rec.* ℥ ij. *M.*

Parum differt ab *unguento ophthalmico PENOTI* paullò supra tradito.

* * *

Tinctura Stomachica D. STOCKHAMMERI.

℞. *Croc. austr. aloës socot.*
myrrh. el. aa. ℈ ß.
cort. aurant. extim. ℈ij.
rad. ari gr. xij. *cons. fl. tun.* ʒj.
confect. alk. compl. ℈iiij.

Incis. M & irror. cum ∾. *Vitrioli gtt.* x. *tunc superfund. Elix. vit. Matth.* ʒiij.
Stent in vitr. bene clauso ad extract. Tincturæ, quam filtra & add. ess. ambr. liq. ℈j. *M.*

* * *

Tinctura balsamica MÖLLENBROCCII.

℞. ∾. *lumbricor.* ʒx. ∾ ⊖ ✱ *ci* ʒj.
sapon. venet. concis. ℥ ß. *camph.* ʒiß.
op. thebaic. gr. v. *croc. gr.* iij.
M. Diger. & filtra.

* * *

Magisterium Castorei.

℞. ⊙. *castor. in extr. Tincturæ relict. extrah. cum* ✝ ∾ ⊕. *acuato*, & *extractionem cum* ♋ *Tartari* ⩫*ta.*

* * *

Sirubus Cerasorum caryophyllatus.

℞. *Succ. ceras. acid.* ℔.iiij. *cui infund.*
flor. tun. ℥iiij. *santal. citrin.* ʒij.
cinnam. ʒiß. *caryophyll.* ʒj.
Colat. coq. c. sacch. q. s.

* * *

Aqua virtutis odorifera.

℞. *Fl. tun. rec.* ℔.ß.
styrac. calam. as. dulc. aa. ℥ j.
caryophyll. cardamom. nuc. mosch. aa. ℥ j.
galang. cubeb. aa. ℥ ß.
cinnam. ℥iij. *rorismar.* ℥ ij.
majoran. basilic. aa. mj.
vin. malvat. mens. iij. ▽. *ros. fragr. mens.* iiij.
M. F. l. a. destill.

* * *

Balsamus Sulph. D. *WEINLINI.*

℞. *Lact. sulph. myrrh. r. mum.* aa. ʒ ß.
benz. el. styr. calam. camph. aa. ℈ß.
oliban. el. ʒij. *affund. ol. amygd. d.* ℥ v.
digere leni calore per aliquot dies, postea adde ol. anis. ℈ij. *M.*

* * * *Pul-*

*
* *

Pulvis contra incantamenta.

℞. *Herb. absinth. hyper. antirrhin. conyz.* aa. mj.
origan. ptarmic. aa. mß.
polytrich. aur. mj. *rad. aristol. rot.* ℥ij.
rad. imperat. Vincetox. aa. ℥ß.
as. fetid. oliban. aa. ʒj.
myrrh. r. mastich. sel. aa. ʒvj.
flor. filig. carthami. aa. mj.
ros. succin. citr. ℥j. *Coral. r. crud.* ℥ß.
M. F. ♀. *grossus.*

*
* *

Tinctura Vitrioli ♂.

℞. ⊖. *essential. vini q. v. affund.* ☿. *Tartarisat. q. s.* abstrahe ad siccit. Repete laborem ter vel quater, donec ⊖. in fundo efflorescat. Tunc

℞. ⊖*em ex CCta dissolve in* ☿. *Tartarisato optime rectific. solutionem filtra & injice*

Vitrioli ♂. *subtiliss.* ♀*is. q. s.*

sic dimidiæ horæ spatio apparebit Tinctura rubicundissima.

*
* *

Confectio Cachundica liquida.

℞. *Gran. cherm. leg.* ʒvj.

Coq. non conquass. in succi pomorum rec. expr. ℔ij. ad reman. ℔iß. in Colat. dissolv. sacch. Canar. ℔iij. ad consist. gelat. CC. coq. leni △. cui adhuc calenti injice sequentia subtiliter incisa & contusa in mortario lapideo ad pulpam subtilissimam, ut scil. per setaceum possit transmitti: videlic.

℞. *Flor. aurant. rec. citr. rec. tunic. rec. rosar. r.* aa. ℥ij.
cort. citr. extim. rec. cort. aurant. extim. rec. aa. ℥iiß.
ambr. grys. ʒij. *cum sem. citr. rec. excort.* ʒj. *probe subact.*
mosch. in ▽. *cinnam. sol.* ʒß. *cui add.*
magist. Coral. margar. aa. *solub.* ʒij.
matr. perl. ℥ß. *gran. cherm.* ℥j.
pulv. lign. aloës, croc. orient. aa. ʒij.
ol. destill. cinnam. caryoph. aa. ℈j.
rosar. ver. ℈ß.
nuc. mosch. expr. ʒiß.
sacch. rosat. tabul. ℥iiij.
syr. e cort. citr. ℥vj. *M. F. l. a. Elect.*

*
* *

Elixir Vitrioli aromaticum.

℞. *Galang. min.* ʒiß. *cal. aromat.* ℥j.
menth. acut. salv. ac. aa. ℥ß.
cinnam. el. caryoph. zingib. aa. ʒiij.
nuc. mosch. cubeb. aa. ʒij.
lign. aloës ponderos. cort. citr. aa. ʒj.
M. F. ♀. *grossus, humectandus* ☿. *opt.* ℥viij.
∾. *Vitrioli* ℥iiij. *F. Mixtura instar mellis.*

Stet per aliquot dies in digestione loco calido: extrah. Tinctura & relictis speciebus iterum superfunde ☿. ℥xxxx. extrahe Tincturam posthac fortiter exprime, filtra & usui serva.

*
* *

Essentia anodyna.

℞. *Extr. fl. papav. err.* ℥ß.

~. ceras. nigr. ℥iij. ▽. ceras. n. ℥ix.
M. ad solut.

* * *

Spiritus anisi compositus.

℞. *Sem. anis.* ℥xvj.
coriandr. rad. liquirit. aa. ℥ij.
cort. citr. ℥iij.
flor. borrag. bugl. rosar. aa. miß.
Incis. & contus. infund. cum 🜅. ℔. x.
F. l. a. Destillatio.

* * *

MEDICAMENTA QUÆDAM MIHI FAMILIARIA.

I.

Spiritus antiscorbuticus compositus.

℞. *Herb. cochlear. c. tot.* q. v. *praevia fermentatione l. a. destilletur* ~*us*: hinc
℞. *Sedi minor.* mj.
raphan rustican. ℥iiij.
rad. ari. ℥ij.
cort. Winteran. ℥iij.
Concis. cont. superfunde priorem ~um & destilla. Post:
℞. *Herb. nasturt. aq. trifol. fibrin.*
chelid. min. aa. mij.
adfunde priorem ~*um contusis & iterato destilla. Dos.* ʒij. ℥ß.

Hoc *spiritu* in CURLANDIA ante annos circiter viginti feliciter usi sumus, tam præservandi, tum & curandi fine, per se, aliisve medicamentis permixto.

* * *

2.

Elixir polychrestum.

℞. *Aloës socat. myrrh. r.* aa. ℥j.
croc. orient. ℥ß. *castor. opt.* ʒij.
op. thebaic. ℈ij. vel ʒß.
Conc. cont. affund. ~. cochlear. ad emin. 3. digitor. Digere per 8. ♂ ℘. calore leni, hinc affunde
~. *vini rectificatiss. Tartarisat. tantund.*
⊖✱ci ʒvj.
Tartari ℥ß.
camph. in 🜅 *sol.* ℈ß.
Rursum per 8. ♂ ℘. digere filtra. *Dos.* gtt. xx. xxx.

In locis illis *septentrionalibus* multa præstitimus hoc *Elixire*. Sed, cum CRAILSHEMII in FRANCONIA Anno 1680. *Physicatu* fungi cœpissemus, eodem cum fructu, nobili medicamento usi non sumus. Cervisia potoribus & victui duro, infumatis, muriaticis adsuetis, quibus cumulantur multi humores acidi & glutinosi longe majore comodo talia propinantur, quam nostris hominibus, qui cum cervisia tenuiore, quam illic locorum coquitur, & vinum potant, quorum proinde sanguis pinguior & Sulphure scatens a volatilium & calidorum ej⁹modi nimio usu, ad fermentandum per se pronus adhuc magis efferatur. Quod in omni praxi probe notandum: Hinc & Auctores, qui in SAXONIA *inferiore*, cumprimis apud BATAVOS, Medicinam exercent, a nobis, qui, v. gr. in SUEVIA degimus,

gimus, cum salis grano & legendi & imitandi, ne, dum istos miramur & sectamur cœco ductu, climatum diversitatem negligentes, ægros nostros ad sandapilam promoveamus. Id sibi præ aliis dictum putent BLANCARDIANI, BONTEKOANI, hujusque commatis Asseclæ, si feliciter apud nos mederi cupiunt.

* * *

3.

Pulvis bezoardicus.

℞. ♁*ii diaphor.* ℥ j.
magist. Coral. r. Terr. sigill. strig. aa. ʒij.
margar. orient. ppt. ʒj.
CC. philos. matr. perl. ppt. aa. ʒiiß.
ros. ebor. ʒiß.
oss. de cord. cerv. ℈ij.
♁. ♁*ii* ʒij. *M. F.* ♀. *adsper.*
∽. *bacc. samb. serv.*

* * *

4.

Pulvis antifebrilis.

℞. *Bezoard. miner.* ♁. *diaphor. Oc.* ♋. aa. ℥ ß.
⊖. *absinth. card. ben. cent. min.*
⊖ ✱*ci depur.* aa. ʒiij.
lap. prunell. ʒiiß. *M. F.* ♀.

Hoc *pulvere* ad pond. ʒj hora una ante paroxysmum dato in CURLANDIA *febres intermittentes* felicissime propuli.

* * *

5.

Pulvis lithontripticus.

℞. *Ocul.* ♋. ℥ß.
crystall. montan. ʒiiiß.
sang. hirc. ppt. sperm. cet. aa. ʒiij.
Tartar. Vitriolat. os. sep.
lap. Judaic. lync. ppt. aa. ʒiß.
♁. *nativ.* ʒij.
⊖. *succin. vol.* ʒiß.
laud. op. ℈ij. *M. F.* ♀. Dos. ʒß. *ad* ʒj.

Est brevis ævi & facile rancescit, hinc non diu servandus, aut minore copia parandus, utilis cætera in *doloribus nephriticis*, ex *syr. de alth. vino Hispan.* vel *oleo amygd. dulc.* aut alio conveniente vehiculo bis in die sumtus.

* * *

6.

Pulvis anodynus confortans.

℞. *Laud. opiat. gr.* xxiiij.
magist. Coral. ʒß.
margarit. ʒj.
santal. rubr. subtiliss. ʒiij.
fol. ☉ *n* ij. *F.* ♀. *Dos.* ℈j. ʒß.

Hoc medicamentum *polychrestum*, visu & usu jucundum Exc. WEDELIO acceptum ferimus.

* * *

7.

Pulvis antidinicus.

℞. *Pulv. castor.* ♁. *nativ.* aa. ʒij.
rad. Doron. ver. ʒ ß.
Coral. r. ppt. agagropil. ♀ *if.* aa. ℥j.
⊖. *succin. vol.*
spec. diambr. aa. ʒß.
☉. *fulmin.* ℈j.
fol. ☉. *n.* vj. *M. F.* ♀. *Dos.* ℈j. ʒß.

In *vertigine*, *hystericis affectibus*, *pue-*

rorum epilepsia & similibus, *pulvis*, ingratus licet, utilis tamen & summe proficuus.

* * *

8.

Theriaca bezoardica.

℞. *Herb. scord.* mij.
rut. mj.
rad. angel. zedoar.
enul. camp. Carolin. aa. ℥iß.
petasit. valerian. anthor.
pimpinell. contrajerv. aa. ℥j.
cal. arom. ʒvj.
myrrh. r. ʒvij. ℈ij.
castor. ʒiß.
bacc. junip. ʒx.
nuc. mosch. cinnam. acut.
caryophyll. arom. cardam. min. aa. ʒvj.
croc. opt. ʒiij.
camph. ʒiß.

Conc. cont. ▽. juniperini ſ.q. affusus. F. l. a. Elixir: quod filtratum per MB. ad mellaginem abstrahatur, postea add.

op. theb. ✠ *corr.* ʒvj.
troch. de viper ʒß.
flor. Sulph. 🜃 *sigill.* aa. ʒiß.
coral. r. *ppt.* ʒiij.
margarit. ppt. ʒj.
lap. bez. orient. ℈j.
ol. destill. angel. zedoar. caryoph. aa. gtt. viij.
M. F. Massa.

Hanc *theriacam bezoardicam*, cum CRAILSHEMII *Physicus essem*, loco *theriacæ cœlestis*, caro inter homines pauperculos, nimium pretio venientis, excogitavi ante annos circiter 15. quam, licet cum illa GREIFFIANA mihi comparare non liceat, ea tamen pro usibus, quibus illam destinavi, adeo semper fecit satis; ut alia quavis in praxi potuerim carere. *Dos.* quæ *theriacæ cœlestis*.

* * *

9.

Rotulæ anthelminticæ.

℞. *Mercurii dulc. vit. par.* ʒiß.
facch. in aq. rof. sol. ℥iij.
succ. berb. q. f. F. l. a. *Rotulæ.*

Hæ *rotulæ* prostant in officinis NORDLINGENSIBUS & maxima copia passim divenduntur, usu earum per omnem RHÆTIAM celebrato. Suaves sunt gustu, & puellis facillimo negotio propinantur. Perfunctorie sumuntur pro ratione ætatis, *luna decrescente*, singulis diebus 8. 9. 10. quolibet tempore & hora. *Vermes feliciter propellunt.* Loco *aquæ rosarum* interdum *graminis aquam stillatitiam* sumo.

* * *

10.

Pilulæ Diachylon.

℞. *Succ. fumar. acetos. beccabung. nasturt. aquat. cochlear. absinth. trifol. fibrin.* aa. *rec. expr.* & *depurat.* abstrahitur △ leni Balnei humiditas ad consistentiam *extracti*, seu *massæ pilularis*. *Aqua* abstracta seorsim asservari potest pro vehiculo *scorbuticorum medicamentorum* aptissimo. *Usus pilularis Massæ* vel est solitarius, incipiendo *præmissis*

præmissis universalibus a gr. viij. & adscendendo singulis diebus per gr. iiij. usque ad gr. xxxij. persistendo dein in ista dosi per dies 14. hinc per grana 4. iterum descendendo, & cum granis viij. finiendo, imperato semper motu. In *obstructionibus mesenterii, malo hypochondriaco, scorbuticis affectibus*, cumprimis illis, qui sunt cum *phlogosibus*, & *bile* nimium *volatili*, CHARLETONO *scorbutus rancidus* vocatis, & ubi medicamenta nimium volatilia plus nocumenti afferre solent, laudatissimarum virtutum, siquidem sanguis acrimonia peccans per eas contemperatur. Vel, ubi desides nimium existimantur, eas aliis medicamentis pro basi junctas ita feliciter præscribo: v. gr.

℞. *Vitrioli ♂tis.* ℨß.
⊖. *absinth. fumar.* aa. ℈ij.
M^P *il. diachyl.* ℥j.
cum Ess. trifol. fibrin. vel fl. bellid:
F. *pil. pond.* gr. iß. *vel*, ij.

Interdum addo *diaphoreticum ♂ale*, vel *Joviale*: interdum compingo cum *mucilag. tragac. gelatin.* CC. *&c.* it. in stomachi gratiam *balsamum peruvianum*, vel *olea destillata* admisceo. Cur autem eas *Mass. pil. Diachylon* appellitem, e notatione nominis latere neminem potest.

* * *

II.

Essentia vulneraria.

℞. *Fol. nicotian. pyrol. sanicul. persicar. millefol.*
flor. hyper. summit. virg. ☉. aa, mß.
rad. symphyt. ℥j. *bistort. sigill. Salom.* aa. ℨß.
⊖. *fixi.* ℥j.

Concis. cont. superfund. in CCta. *vini rubr. mens. j.* ▽ *plantag.* ℔iß.
Stent in digest. len. superimposito ☿co cœco per 8. ♂ ♀. Cola & exprime leviter.

Menstruum evaporet, vel abstrahatur ad mellaginem, cujus mellaginis ℥ij. add.
myrrh. r. ℨiij.
gumm. ✱*ac. mumia ver.* aa. ℨij.
sang. Drac. ℨiß. ⊖ *Tartari.* ℨß.

Superfund. 🜄. opt. ad emin. palmæ: digere: tincturam decanta, & denuo affunde, tamdiu, donec nulla amplius Tinctura extrahitur: 🜄. calore baln. abstrahe, ad consistentiam essentiæ.

Dos. est in *potionibus traumaticis* a *gutt.* xv. ad xx. aut plures. *Usum* prodit Inscriptio: Quamvis etiam in *hæmoptysi, dysenteria, hæmorrhoidibus, mensibus nimiis* &c. utiliter adhibeatur, vel sola, vel aliis quoque, ut *opobals. essent. flor. hyperic. bals. peruviano, ol. terebinth.* &c. mixta. In *phthisi* convenit cum *ess. flor. bellidis*, ubi adstrictione est opus, cum *ess.* ▽. *catech*, ubi glutinatione cum *essent. botryos*, *ex herba recenti prolecta*, NB. *Botrys*, enim recens, uti vim suam *balsamicam* vel solo tactu & odore prodit, atque tunc ad *Decocta pectoralia* sit usus eximii, ita, quum aruit, vix ullam laudem promeretur.

* * *

12.

Essentia nephrocatharctica.

℞. *Rob. alkek. cynosbat. junip.* aa. ℥ ß.
 ~ *bacc. junip.* ℥vij. *fragor.* ℥iij.
 aq. cinnam. ℥ij. *sir. gran. cherm.* ʒj.
 philon. Roman. ℥ ß.

Mixta stent in digest. per 24. horas.
Essent. decantat. add.
 Tinctura Tartari ℥j. *M.*

Usus est in *dispositionibus* ad *nephritidem* & *calculum*, in iis præcipue, qui sunt *obesi* & *serosi*. D. ad *cochl.* j. *vel* ij.

* * *

13.

Pulvis pachynticus.

℞. *Trag. granor. act.* ℥ j. *gelat. CC. sicc.* ℥ ß.
 amyl. diacod. solid. aa. ʒij.
 lap. osteocoll. ppt. sangu. Dracon. ver.
 gumm. arab. tragac. aa. ʒj. *M.*

In *tussi bechicis*, in acrimonia seri & humorum, *demulcentibus*, at *pulvere haly*, *anonymo*, *spec. diapenid. diatragac.* &c. In *dysenteria* vel aliis alvi aut sanguinis fluxibus, *adstringentibus*, in *febribus malignis singultuosis*, *præcipitantibus* & *roborantibus*, ut *specieb. diacr.* it. *bezoardicis* miscendus. In *phthisi* quoque *balsamus Indicus* addi potest.

* * *

14.

Sal aromaticum.

Nil aliud est, quam ⊖ e fecibus seu ⊖ *specierum* a destillatione ~ ⊖ ✱ci *aromatici* DECKERI residuarum, calcinato extractum, cujus descriptio habetur in laudati Auctoris *Exercitat. Pract. circa med. meth. edit. nov. cap. 5. p. m. 351.* Utimur eo feliciter *aperiendi*, *stomachique orexin* roborandi fine tum solo, quamvis rarius, cum aliis *stomachicis*, v. gr. *pulveri stomach.* BIRKM. vel *spec. diacret.* MYNS. remixto.

* * *

15.

Gelatina cordialis roborans.

℞. *Ras. ebor.* CC. C. *alc.* aa. ℥ij.
 affund. aq. fontan. fervidiss. ℔.ij.
 vin. alb. odorif. ℔iß.

Stent in digestione per noctem; mane coque ad pelliculam, & dissolv.
 Conf. ros. rubr. ℥iij.
 cochlear. ℥ j.

Cola & Colaturæ, dum adhuc calet, adde
 Conf. alkerm. compl. ʒvj.
 sir. Coral. berb. aa. ℥ j.
 cort. citr. rec. minut. incis. de pomo uno.

Collocetur in cellam, ut abeat in Gelatinam.

Est medicamentum suave, visui juxta & gustui jucundum: in *extenuatis*, *debilibus*, a morbo diuturno *convalescentibus* apprime conducens. *Usus* est, ut ejus cochlear unum subinde capiatur, ut in ore liquescat.

* * *

16.

Mixtura stomachica.

℞. *Vin.*

℞. *Vin. Hispan. Malvat. Canariens. Petr. Simeon. vel simil.* ℥iij.
cydonior. ℥ j.
aq. cinnam. fort. ℥ ß.
elix. vitr. Matthiol. compl. ʒij.
ol. caryophyll. cinnam. aa. *gtt.* iij.
syr. cydonior. brod. nuc. Ind. cond. aa. ʒij. *M. D. cochleatim.*

* * *
17.

Pulvis dysentericus.

℞. *Ras. CC. ebor. oss. human.* aa. ʒj.
resin. animal. ʒß.
amyl. lithomarg. pulv. equiset. aa. ℈ij.
sacch. penid. ℥ß. *sangu. Drac.* ℈ij.
M. F. ♀*is.*

Nota.

In *Dysenteria*, quæ inviscando, reserata intestinorum vascula quasi opplendo & observando, abrasumque intestinorum *peristroma* sarciendo, horumque parietes incrustando, simul leviter adstringunt, præ aliis *adstringentibus* quibuscunque laudari merentur; sic aliquando *dysenteriam* diuturnam, nullis remediis cedentem *solo pulte ex oryza, amylo cum lacte coctis*, curatam meminimus.

* * *
18.

Pilulæ dysentericæ.

℞. *Succ. hypocyst. acac.* aa. ʒj.
extr. tormentill. ʒj.
M. Pil. de cynogl. ʒß. *balf. peruv.* ℈j.
mucilag. sang. Drac. cum aq. fol. querc. extr. q. s.
F. pil. pond. gr. ij. *consp.* ♀. *torment.*

Exhibentur *numero* vj. qualibet sexta hora in cochleari *syr. myrtini* vel *de alth. Fernel.* Harum usus mihi rarior est, scil. ubi *adstrictio* urgentissime indicatur.

* * *
19.

Ad humores acidos corrosivos temperandos.

℞. ~ ⊖ ✱ *ci chalybeat.* ℥ß.
flaved. cort. aurant. minutiss. concis. ʒij.

Stent infusa per aliquot horas, postea fortiter exprime & adde Essent. aurant. ℥ j.

M. D. ad vitrum.

Ejus *guttæ* vj. pro dosi sumuntur ex *aqua carminativa*, in *doloribus* v. gr. *colicis*, aliisve ab acidis humoribus oriundis.

* * *
20.

Pilulæ pectorales balsamicæ.

℞. *Antihect. Pot. asell. ppt.* aa. ʒiß.
thur. masc. flor. benz. aa. ℈ij.
gumm. ✱ *aci, extr. liquir.* aa. ʒß.
opobals. ver. bals. peruv. aa. ℈j.
extr. croc. ℈ß. ♁. *anis. gtt.* iiij.
cum. aa. *Ess. flor. bellid. & nummular.*

F. pil. pond. gr. ij. *D. S. ut supra.*

Dosis mane & pomeridie n. v. vel vj. c. *looch. de pulm. vulp.* subact. in *phthisi* vera, stricte sic dicta, cum *ulcere pulmonum.*

* * 21.

* * *
21.

Cervisia medicata antiphthisica.

℞. *Herb. veron.* mij. *heder.* ▽*str. farfar. pilosell. sanic.* aa. mij. *summit. pin. cort. tamarisc.* aa. miß. *rad. symphyt. maj. chin. in tal. concis.* aa. ℥iij. *sarsaparill.* ℥vj. *liquir. ras.* ℥ß. *bacc. junip.* ℥j. *pom. aurant. tot.* n. ij. *passul. maj. & min.* aa. ℥iij. *Tartar. crud.* ℥iß. *sem. anis.* ʒiij. *M.*

Concis. cont. indantur sacculo, & cum cervisiæ mens. xxx. in doliolo apto recens infusis confermententur pro potu ordinario diu continuando.

Nota.

Imitati sumus in his duobus ultimis medicamentis MORTONUM in *Phthisiologia* sua passim id generis remedia laudantem, quo in libello magnam industriam Excellentissimus Auctor probavit, quibusvis Medicinæ Practicis imitandam. Et certe si inter aliquot Medicinæ Practicos genuinos conveniret, ut quilibet certum sibi affectum describendum eligeret, ac in praxi sua digitum potissimum in illum affectum intenderet, ejus minutissima quoque tam in theoria quam praxi fideliter observando, ac denique MORTONIANA hac methodo, qua in laudatissima *Phthisiologia*, opusculo ex intimis praxeos Medicæ visceribus eruto, fuit usus, dispositum evulgaret, Practicum thesaurum absque dubio brevi simus habituri, qui alios quosvis longe post se relicturus esset. *Siquidem uni Medico Practico impossibile est, omnibus morbis intimius cognoscendis parem operam impendere.*

* * *
22.

Unguentum polychrestum.

℞. *Ungu. alth. anodyn.* aa. ℥ j. *ol. hyosc. expr.* ℥ ß. *lil. alb.* ʒiij. *pingu. serpent. vel viper.* ʒij. *vel* ʒiij. *M.*

Hoc *unguento* familiariter utimur in quibusvis propemodum *doloribus* ac *tumoribus*, ingredientia pro re nata variando: In genere *anodynum* est ac *dolores demulcens* in *colica* varii generis, *doloribus lateralibus*, *nephriticis*, *ischiaticis*, & aliis summis: nonnunquam *oleum* quoddam *destillatum* e *carminantibus*, nonnunquam *oleum scorpionum*, *pinguedinem muris montani*; alia &c. admisceo: quin & *scabiei* & cumprimis inde oriundo *pruritui*, aliisque cutis vitiis cum dolore conjunctis medetur. Quæ *cutis vitia* in unum collecta tractatu non ineleganti & lampada sapiente nobis exhibet SAM. HAFENREFFER in *Nosodochio suo*, seu de *cutis affectibus libello* in 8vo ULMÆ impresso; ubi multa reperiuntur in praxi Medica sæpe occurrentia, nec tamen in polychrestis Practicorum libris ubivis invenienda. Unde contingit, ut Practicorum aliqui de morbis principalio-

palioribus consulti satis expediti sint, ubi quis de *alpho*, *leuce*, *plydracis*, *phlyctenis*, &c. consulit hæreant, & in suis Auctoribus interdum frustra quærant, quid ejusmodi vitiis opponi debeat; quos *Nosodochium* hoc HAFENREFFERIANUM consolari potest.

* * *

23.

Essentia hysterica.

℞. *Castor. opt.* ʒij.
myrrh. r. as. fetid. bacc. laur.
extr. papav. err. aa. ʒj.
meliss. puleg. bryon.
salv. gentian.
croc. austriac. aa. ʒß.
mithridat. opt. ʒij.

Pulverisata pulverisentur & junctis simul affunde
∀. *Tartarisati.* ℥vj. ∾. *lil. conv.* ℥v.

Stent in digestione calore leni ad extract. Tincturæ; cujus filtratæ ℥iiij. add.
Tinctura ♂. *aperit.* ℥j.
succin. aurant aa. ʒij.
∾. *Tartari* ʒj. ⊖. *vol. oleos.* ℥ß.

Stent iterum in digestione per 8. ☌ ♇. postea filtra; & in vitro probe munito usui serva.

Usus est in *affectibus hystericis, melancholicis, hypochondriacis*, & omnibus, qui a *dyscrasia sanguinis acida*, & hinc oborto *spirituum animalium tumultu* proficiscuntur. Siquidem ingenue fatemur, nos in plerisque symptomatis *hystericis* ætiologiam SYDENHAMIANAM amplecti, & ferocissimos istos insultus actis in furorem spiritibus animalibus adscribere, qui subtracti aliis partibus aliis majore, quam pro rata, copia asportantur, unde dolores intensi, *convulsiones* & alia horrenda symptomata: Hinc medicamenta pacando spirituum horum furori, id est, *cephalica*, *nervina*, &c. utramque hic paginam absolvunt. Edidit autem dictus SYDENHAMIUS peculiare, nec operosum, *schediasma de variolis & affectione hysterica*, observationibus practicis, & eruditione multa refertam, adeoque lectu utilissimum, in 12mo. Et quamvis omnia ejus *opuscula* in unum collecta prostent, fatendum tamen est, ejus methodum, qua in curandis alioqui *febribus continuis, malignis, petechialibus* uti solet, nostris vix esse imitabilem, quod alii insignes Practici mecum confirmabunt; ut itaque ejus *opusculis* de *febribus* conscriptis melius carere queamus, quam reliquis de *lue venerea, hydrope, variolis, affectione hysterica, &c.* seorsim extantibus. Nos tam in *variolarum*, quam *affectionis hystericæ* & *hypochondriacæ* cura eum feliciter semper imitati sumus.

Dosis essentiæ supra scriptæ est a *gutt.* 20. ad *gutt.* 30. in aqua *ceras. nigr. fl. til.* vel cum *Diacodio* aut *syr. de alth. Fernel.*

* * *

24.

Pulvis partum provocans.

℞. *Aloës socotr. borac. ven.*
cinnam.

cinnam. ♀ *if.* aa. ℈j.
ol. sabin. gtt. iij. *M. F.* ♀ *em.* iij.

Hujus *pulveris* usus est mihi frequentissimus in *partu difficili*, sic ut admodum rarenter opus habuerim tertium insuper ♀em propinare: Exhibetur autem singulis horis unus ex *cochleari vini calentis*, non intermissis, quæ præterea negotium hoc promovere solent.

* * *

25.

Pulvis asthmaticus.

℞. *Sem. nasturt. sinap.* aa. ℈ij.
asell. ppt. rad ari ppt. aa. ʒj.
croc. austr. rad. helen. aa. ʒß:
myrrh. r. flor. Sulph. aa. ℈ij.
⊖. *succin vol.* ℈j.
ol. anis. destill. gtt. VI. *sacch. cant.* a. ℥ j.
M. F. ♀. *subtiliss.*

Usus est *in asthmate* cum *roncho* ex *infarctu pulmonum* & *congestione pituitæ*; non itidem in *convulsivo* vel *flatulento*. Pituitam fluxilem reddit. *Dos.* ℈ij. bis in die cum *syr. sceletyrbico SCRETÆ*, aut *syr. de nicot.* aut *oxym. squillit.*

* * *

26.

Resina animalis.

℞. *Ras. ebor. C. Cerv. C. alc.* aa. ℥iiij.
oss. bovin. rec. ped. vitulin rec. ped. nefrend. rec. aa. ℔ß.

Affund. aq. fervidiss. ℔. xij. Stent per noctem; mane coque ad cuticulam; cola: add. ichthyocoll. ℥ß. F. in loco frigido gelatina, quæ sensim calore leni exsiceetur, donec adquirat consistentiam Resinæ vel Gummi.

Hoc medicamentum *resinam animalem* ob solam consistentiam, & quod ex *ossibus* & *cornibus* animalium sit desumta, *onomatopœias* libertate nuncupamus. *Usus* autem est, non tantum ad acrimoniam seri temperandam, & balsamum s. gluten sanguini restituendum, unde in *morbis tabificis* eo non sine fructu solemus uti; verum & in variis *alvi fluxibus*, ac *hamorrhagiis* a nimia sanguinis tenuitate provenientibus, denique *traumatica* etiam virtute pollet, cum intus propinata, tum & foris adspersa ♀ isata. Continent enim *ossa* quælibet γλισχρόν τι, seu *mucilaginem* aut *gelatinam* quandam, quæ maximam partem, ejus substantiæ ingreditur, sic, ut ex observatione *Curiosissimi* DN. CLOPTONI HAVERS ossa in fetu aliquandiu plane gelatinosa observentur, ac viscosa sint, & in vitulo, quem dictus Auctor paullo, antequam partu naturali excludi debebat, e vacca extraxit, maxima quidem ossium pars aliqua ex parte jam indurata, gelatinosa tamen materia inter partem ossis solidiorem & periosteum reperta fuerit. *vid. ejus Osteolog. novam, Discurs. 1, de periost. p. m.* 27. Id. ossa omnia in primis suis initiis mollia esse, atque gelatinosa recte memorat, *ibid. p.* 35. Cum itaque, eodem quoque, & cumprimis

ratione

ratione sana experimentis firmata, teste, succus nutritius semper gelatinosus sit, ut partibus adhærere, & cum iisdem uniri valeat; *p. 111.* Inde patet quæ hujus *resina animalis* (præcipue recentius usurpatæ,) vis esse queat, in *morbitabificis*, aliis medicamentis convenientibus sociatæ. Lectu autem plane jucundus & curiosissimis meditationibus ornatus est iste CLOPTONI HAVERS *Tractatus Osteologia nova*, a B. DN. D. GEUDERO, *Poliatro* STUTGARDIANO, Amico, dum viveret, nostro, latinitati ex Anglico donatus, & A. 1692. impensis G. W. KÜHNII, *Bibliop. Ulmensis*, *excusus* 8. in quo præ omnibus attendi meretur ejus curiosa de *usu lienis* opinio, quippe, *quem mucilaginem quandam producere arbitratur juncturarum oblitui, aliisque usibus a Natura destinatam*, quale quid de *liene*, nemo unquam, me quidem sciente, commentatus est: item, *nova detectio glandularum mucilaginosarum in ossium juncturis repertarum*, & quæ sunt alia consideratu, in parvo licet libro, dignissima. Dolendum autem censemus viri solertissimi DN. D. GEUDERI præmaturum obitum, a cujus indefesso studio, acrique judicio multa sibi Respublica Medica polliceri poterat, quippe cui in ista juventute proles jam varias debemus, quarum sive Pater ipse fuit, sive manu ejus obstetricante in lucem prodierunt. Nam præter elegantem de *viscerum fermentis*, ac *animalium ortu* tractatum; non tantum *Osteologiam* supra memoratam, verum & *Nevrographiam Universalem* RAYMUNDI VIEUSSENS, *Doctoris Medici* MONSPELIENSIS, *Anatomici celeberrimi*, *cum cerebri simul*, & *medulla spinalis descriptione*, *A.* 1690. Et *Anatomiam novam* DANIELIS TAURY, A. 1694. *utrasque in* 8*vo*, *impensis ejusdem* KÜHNII *impressas*, latinitati donavit. Ubi in *Nevrographia cerebri*, *spinalis medulla*, *nervorumque Actio & Usus*, *Physico discursu* eleganter traduntur, & multæ speculationes WILLISIANÆ, de *explosione* v. gr. *spirituum animalium* aliisve refelluntur; in *Anatomia autem nova* methodus tam accuruta observatur, ut partium mechanica descriptio secundum seriem & ordinem actionum corporis humani, nova tractandi ratione, breviter & succincte tradatur, cujus methodi tanta est utilitas, ut philiatri a partium constitutione statim ad usum earum decenti ordine deducantur, cum in antiqua tractandi ratione œconomia corporis animalis varie discerpatur, eo quod v. g. primo omnium de cute, corporis integumento, agatur, & cum est ad ventriculum ventum, ultimo fere omnium, nempe in dissectione capitis discursus moveatur de glandulis salivalibus & saliva, cum tamen actio ventriculi sine salivæ consideratione tradi non possit: Hic autem Auctor in Anatomia sua omnium primo de *primis alimentorum præparationibus* agat, hinc per ordinem actionum procedendo, tandem in artuum structura & usu desinat; quali methodo in praxi quoque sua *celeberrimus* Fr. de le

Boë SYLVIUS olim haut infeliciter inceſſit.

* * *

27.

Tinctura Gingivalis.

℞. *Gumm. lac. non adeo ſubtiliter ♀ſata.* ℥ ß.
alum. uſt. ʒij.
Superfunde 🜄 *: ſuper* 🜍 *clavellatos rectificati* ℔ß.
∾ ⊖ ✱ci per eosdem cineres, more CLAUDERIANO *parati.*
cochleariæ fermentatitii ana. ℥iij.
Stent in digeſt. calore leni ad extractionem Tincturæ rubicundiſſimæ, quæ filtrata ſervetur uſui.

NB. Quamvis ad *extract. Tincturæ gummi laccæ* DEKKERUS *Exercit. ad Meth. med. p. m.* 11. requirat *gummi laccæ* ſubtiliſſimam comminutionem, experti tamen ſumus, hoc modo *tincturam* ſerius in menſtruum deponi, quod valde compacta ſit hujus *gummi* ſubſtantia, quod, quo magis comminuitur, eo arctius ipſius atomi in ſe conſident, & menſtruo tam promtum ingreſſum non concedunt; quid? quod hac ratione ægerrime & non niſi poſt multos dies filtrum tranſeat, cum partium menſtrui volatilium inſigni deperditione.

Uſus elegantiſſimæ hujus, guſtui, viſui, olfactuique blandientis *Tincturæ* eſt, ad *gingivas laxas, putridas, fœtentes,* quin & *dentium cariem ac nigredinem.* Intinguntur *linteola*, & gingivæ cum dentibus bis in die leniter perfricantur; cui nonnunquam addere ſoleo tantillum *mellis roſati.* Atque hoc peculiare habet iſta *Tinctura*, præ *pulveribus dentifriciis*, ut, cum hi putredini quidem opitulentur, dentes nitidos faciant, & gingivarum alveolos conſtringant, gingivas tamen ſimul atterant & ſucceſſive abſumant, quarum contra ſubſtantiam iſta *Tinctura* conſervat.

Et hæc ſunt *medicamenta nobis familiaria*, uſuque multo comprobata, partim a nobis excogitata, partim ab aliis mutuo quidem accepta, ſed uſibus noſtris accommodata. Poſſent plura, eaque ſublimioris indaginis addi, qualia ſunt *pilulæ noſtræ viſcerales, oleum hæmocrathartícum, Analepticum Phyſioraton*, & alia, ſi tamen vitam DEUS conceſſerit, & ſanitatem, aliquando forſan tradenda. DEUM precamur, ut hæc ipſa, quemodmodum & ſunt & ſæpenumero fuerunt ægris noſtris ſumme proficua, ita parem ſucceſſum largiantur aliis quoque Medicis, ea prudenter ſuis ægris propinaturis: *ſine cujus Numine nec Aſa, nec Phalaja, nec ulla Panacæa; immo nec ipſe benedictus Philoſophorum lapis quidquam præſtare valet.*

I. N. J.

I. N. J.

QUod hic, *Benevole Lector*, Schediasma conspicaris, celeberrimum Philosophum ac Medicum MARCUM MARCI a KRONLAND Auctorem agnoscere perhibetur. Quo pacto ad manus nostras venerit, obliti sumus. Perinde tamen est, modo veniam impetremus Fautoris optimi, qui nobis hoc scriptum communicavit, quod in publicam id lucem edere, sine ipsius præscitu, audeamus, quam quidem submissis hic votis nobis exoramus. Testatur alioqui *Schediasma* de sui Auctoris ingenio, cui theoriam, quam & heic & alibi fovet, relinquimus, contenti, quod medicamenta haut sane inelegantia ad quosvis propemodum corporis adfectus multum conducibilia in eo reperiantur, quibus, *Lector*, si placet, fruere, sin minus, nostris tamen conatibus fave.

* * *

NEcesse est, ut omnis verus Medicus & Philosophus habeat notitiam *Macrocosmi*, in quo sunt *tres Mundi*.

Primus est *cœlestis* residentia DEI & *Animæ rationalis*.

Secundus est in quo habitant *Planetæ* & *Astra*, in quo sunt ipsorum cursûs & fortitudo, ex quo influxu fit generatio metallorum & mineralium.

Tertius elementaris, in quo sunt *omnia Elementa & creaturæ sublunares*, in quo sunt *metalla* & *mineralia*, quæ originem ducunt ab influentiis duorum priorum mundorum, qui semper, & incessabiliter imprimunt virtutes in *mundum elementarem*.

Hic quidem nota, quod *Centrum Terræ* est pretiosissimum, quia omnes virtutes cœlestes eo influunt & uniuntur, quæ unitæ habent potentiam infinitam, quia sunt incorruptibilis naturæ & immortalis. Hi itidem influxus corporificantur in *terra*, quæ in se unitas & inclusas habet omnes virtutes cœli.

Nota secundo, *tria* esse *Principia*, ex quibus omnia componuntur, *Vaporosum* sc. Inflammabile & Fixum, ultra quæ nihil habetur in rerum Natura. Sic, incipiendo a nobilissima Creaturarum, dico, quod *Hominis* principium duplex sit, *Volatile & fixum*.

Volatile duplex est: Primum *vaporosum*, quod Mercur. dicitur; alterum *inflammabile*, quod Sulph. appellatur.

Mercurius est corporis principium *Vaporosum*, per seipsum interminabile, humidum, liquidum, naturalis balsami vehiculum, Sulph. cum ⊖e incorporans.

Sulphur est corporis principium inflammabile, pingue, leve, æquale, vitalis balsami fomentum.

Sal est fixum corporis principium, pondus, soliditatem, roburque concilians, neque ferro, neque igni cedens, per se.

Hæc autem principia sunt vel *domestica*, vel *extranea*.

Domestica corpus in integritate conservant.

Extranea corrodunt & destruunt, proveniuntque sæpius vel a *Parentibus*, vel a *mala Diata.*

Sulphur omne tale in majore mundo, qui est lumen minoris, vel est *perfecte*, vel *imperfecte.*

Perfecte, animatorum, animalium, vegetabilium.

Imperfecte, mineralium, animalium & vegetabilium.

Sulphur vel est *nativum*, vel *artificiale.*

Nativum, quod ipsa ejicit Natura, ut sunt pinguedines omnium animalium, *terebinthina, styrax, thus, myrrha.*

Artificiale, ut *spiritus ardentes*, *olea destillata.*

Melancholici nigro, tenso & impuro Sulphure abundant.

Biliosi cereo, croceo, abietino, flavo, subtili.

Sanguinei amaranthino, rubro, coccineo.

Phlegmatici cerasino, arabico, mastichino, gummoso, albo, compacto, glutinoso, crasso Sulphure scatent, difficulter flammam concipiente.

Et, ut quædam sunt *sulphura* benigna in majori mundo, quædam maligna; ita in *Microcosmo.* Et ut quædam sunt calidissima, quædam narcotica, ita & in homine, suntque omnium *febrium* generaliter auctores, tam *internarum*, quam *externarum.* Atque, uti quædam *sulphura* crassissima sunt, quædam subtilia, quædam media; sic diversa sunt in homine *sulphura*, quorum crassities efficit *febres longiores*, aut subtilitas *leviores*: estque spirituosum in *febribus* sanguineis, crassiusculum in *continuis*, valde crassum in *Tertianis*, crassissimum in *Quartana*, & inde illæ *febrium* varietates, & paroxysmorum brevitates aut longitudines.

Verum, ut aliæ corporis partes *sulphurea* appellantur, ut *sevum*, *gluten*, *adeps*, *medulla*; ita & nonnullæ *Mercuriales*, quas *Galenici aquam* & *pituitam* vocant; nonnullæ item *salina*, ut *ossa*, *ligamenta*, *viscera*, *cartilagines*, *capilli*, &c.

Mercurius autem vel *domesticus* est vel *peregrinus.*

Domesticus dulcis, mitis, neque calidus neque frigidus, sed temperatus.

Peregrinus vero dyscrasia pollet caliditatis & frigiditatis, quia putrefacit, rodit, debilitat, enervat. Hinc *apoplexia*, *paralysis*, *fatuitas*, *hydrops*, *rheumata*, *stomachi*, *cerebri*, *cordis*, *spinalis medullæ*, *vesicæ aliarumque partium inundationes* nascuntur.

Sal quoque vel est *domesticus*, vel *peregrinus.*

Domesticus gratus, præservativus a putrefactione, mitis, unitatis vinculum, & quasi condimentum sanguinis.

Extraneus vero aciditatem, acorem, amaritudinem, puncturam internorum & externorum inducit.

Nota tertio, quamdiu hæc principia bene inter se uniuntur, conveniunt & proportionantur, tunc *sanitas* integra conservatur, sine ulla dissolutione; sed ex usu malorum ciborum, potus, aut alia mala victus ratione, venere,

tria

tria hæc principia concitantur; & hinc, quando unum pungit aliud, nec ulla amplius regula inter illa observatur, originem ducunt *morbi*.

Uti *Mercurius* nunquam præcipitaretur per semetipsum, sed per ⊖ *resolutum*, sicut videre est in *argento vivo*, *dissoluto in* ▽F. quæ fit per ⊖ *resolutum* Vitrioli & ⊕: sic Sulphur. nunquam inflammaretur, sine Mercur. ∾to & Mercur. nunquam ♎retur sine ⊖ *reverberato*. Ut igitur bene curentur *morbi*, scire oportet, quodnam ex his tribus principiis alteretur, &, per consequens, quis sit *morbus*.

Attende igitur, & bene observa.

Sulphur & ꝏ seu *resina corporum*. Continet natura in se ꝏ, quod nutrit, alimentat, conservat vitam, & est origo omnium odorum, bonorum & ingratorum, quia est naturæ △eæ & facile inflammatur. Quando non depravatur, habet virtutem leniendi & conjungendi extremitates contrarias Mercurii & ⊖. Cum enim Mercur. natura sua *volatilis* sit, non potest uniri cum ⊖ *fixo*, nisi per Sulphur, quod temperat viscíditate sua siccitatem ⊖ & liquiditatem Mercurii, & dulcedine sua amaritudinem ⊖ & aciditatem Mercurii.

Nota iterum, quod Sulphur istud recedens a constitutione sua naturali, depravetur tribus modis: 1. *per dissolutionem*, 2. *per inflammationem*, 3. *per coagulationem*.

Ex *Sulphur. coagulato* veniunt omnes congelationes, stupefactiones, catalepses, lethargi, vertigo, & omnes morbi soporiferi.

Ex *Sulphur. inflammato* omnes febres generaliter.

Ex *Sulphure resoluto* Dysenteriæ, diarrhææ, cholera, vomitus, & omnes excretiones præternaturales.

Mercurius depravatur per destillationem, ∾nem vel ⇌onem.

Destillatio est vel *sicca*, vel *humida*.

Sicca continet inflationes a flatibus, ut œdemata ventosa, tormina, colicam, inflationes ventriculi, tympanitidem, punctiones, unde glandulæ & similia.

Ab *humida* proveniunt apoplexia, paralysis, epilepsia.

A Mercur. ∾to, mania, phthisis, bubo pestilens.

A Mercur. ∾to per ⊖, *reverberatum* lues ♀ea, tinea, scabies, scorbutus &c.

A Mercur. ∾to provenit omnis arthritis & gutta, ut chiragra &c.

Sal depravatur vel per *dissolutionem*, vel *calcinationem*, vel *reverberationem*.

A ⊖ *dissoluto* provenit hydrops, cachexia.

A ⊖ *calcinato* sunt calculi Tartarei, morbi hypochondriaci, tophi &c.

A ⊖ *reverberato* est defœdatio totius cutis, ut in lue ♀ea, lepra, scorbuto, &c.

Morbus igitur oritur ex *dissidio principiorum*. Quando enim hæc a sua temperie discedunt, ac unum ab alterius consortio separatum seorsim domicilium figit, morbum parit. Dum enim

aliorum

aliorum permixtione destituitur, quæ simul juncta concordiam fovebant, tunc bellum indicunt.

Nota, quod Mercur. & Sulph. sunt duo *principia humida*, ⊖ *siccum*, & hæc tria ab HERMETE *spiritus*, *anima* & *corpus* appellantur.

Sic Mercur. est *spiritus*, Sulph. *anima*, ⊖ *corpus*, quod jungitur Sulphuri, tanquam *animæ vinculo*, quod affinitatem habet cum utroque extremo.

Mercurius enim est liquidus, rarus permeabilis, purissimum illud & æthereum corpus, pabulum vitæ.

Sulphur vero est humidum illud dulce, oleaginosum, substantificum, primigenium, △ seu caloris naturalis pabulum, leniendi & adglutinandi vimi habens.

Sal siccus, densus, dissolvens, coagulans, detergens, evacuans.

Et hæc tria inter se ita proportionata sunt, ut in eorum unitione sibi non contrarientur invicem, sed maxima reperiatur analogia.

Nota, quod in *microcosmo* seu *homine*, sic interna vitalia principia continentur, ut in ⊖ petræ observatur: ⊖ Sulph. & Mercurius, uti in destillatione manifestum fit.

Observanda igitur *symmetria* inter *principia majoris & minoris mundi*, ut deveniamus dein ad *microcosmum* & ejus infirmitates sanandas, habita ratione proportionata ad *macrocosmum*. Enimvero quando edimus & bibimus res quascunque, illæ omnes ingeruntur in stomachum, ubi fit generatio heterogenei & homogenii, & dein multi & varii chyli.

Primus ille est, qui in *ventriculo & venis finitimis*, præsertim *mesaraicis* a prima coctione elaboratur, cum ipse *chylus* e tribus illis principiis constet, sed adhuc valde impurus, unde prima nutritionis rudimenta exstant, eaque est *prima digestio*, & separatio puri ab impuro, trium illorum principiorum formalium, seu elementorum.

Secundus est *jecoris*, unde secunda quædam concoctio, ac puri ab impuro separatio, formalis tamen & materialis essentia oritur, quæ prima concoctione longe subtilior & nobilior est.

Tertius humor ille est, qui variis *circulationum* reiterationibus, calore cordis admodum vitali, subtilitatis perfectione, concoctiones alias duas longe lateque superat. Hic *humor vitæ alimentarius*, ▽ vitæ Sulphurea ac radicalis dici potest, & quæ per arterias in totum corpus dispergitur, inque substantiam ejus convertitur, quæ *tertia* est *concoctio*, & vocatur *assimilatio nutrimenti & nutriti*.

Hic *humor* autem puritatis trium principiorum est particeps, & speciem refert rectificatæ ▽ *vitæ animalis*, quæ ab omni passivo elemento vivi animalis, id est, *sanguinis*, qui *secundus humor* est, secreta est. Jam bene observa, quod ex ultima materia per *Archeum, qui est vis Naturæ, stomachi digestionem, separationem & generationem vi sua propria producens*, emergat *ens primum* ad vitam, unde corporis omne nutrimentum

tum & cibus reducitur in Sulph. Mercur. & ⊖, ut apparet in tribus præcipuis emunctoriis. *Salis* siquidem superflua separatio per ⊡*am*, *Sulph.* per *intestina*, Mercurii, qui nutrimenti locum occupat, & si in eo quid sit superflui, per *poros* pellitur.

Nota, quod *omne membrum corporis, suam digestionem & separationem in se propriam habeat*, suum item emunctorium, ut & excrementum.

Digestio prima stomachi non est digestio, sed præparatio pro digestionibus particularium membrorum. Omne, quod comedimus, & bibimus, habet in se mucilaginosum, luteum & arenotum Tartar. sanitati noxium, inde *scorbutus*.

Natura non accipit, nisi, quod purum est.

Stomachus, qui est instrumentum *Archei* hominis, seu internus *Chimicus*, a DEO innatus, statim ubi recipit comesta & ingesta, separat impurum Tartar. a nutrimento. Si stomachus validus, purum ducit ad membra nutrimenti caussa, impurum per secessum abit; si stomachus debilis, impurum etiam ad hepar remittit per venas, ibi secunda fit digestio & separatio.

Hepar igitur vicissim separat e duobus istis *Rubinum* & *Crystallum*.

Rubinus est nutrimentum omnium membrorum, cordis & cerebri.

Crystallum, seu, quod non est nutrimentum, expellit ad renes, & est ⊡, quæ nihil aliud est, quam ⊖ *expressus*, & a Mercurialibus, per violentiam separationis in resolutionem coactus, quod resolvitur per hepar in aquam, & expellitur. Si hepar ex debilitate non recte separat, mittit mucilaginem & calculosam materiam ad renes, aut in defectu bonæ separationis, ex potentia prædestinationis, mediante ∾ ⊖ coagulatur in *Tartarum*, seu 🜃 *bolarem* & mucilaginosam.

Nota: Quando ∾ ⊖, carnis scil. & ⊡æ uniuntur, prima separatio Tartar. dat *usneam*, quæ *hepatis* est, secunda *grandinem*, quæ *stomachi*, tertia *lapillum*, quæ *renum* & *vesicæ*.

Quilibet *Homo* habet *Usneam* & *grandinem*, *lapillum* vero non. *Tartarus* igitur est excrementum cibi & potus, qui in homine per ∾ ⊖ coagulatur, nisi in potentia expulsiva immisceatur excrementis & simul egeratur. Unde aliquando 4. species Tartari: *Calculus vesicæ*, *arena renum*, *bolus*, & *viscus seu lutosum stomachi*.

Tartarus distinguitur in *peregrinum* ex cibo & potu, & *innatum* ex sanguinis hæreditate.

Tartari naturalis superfluitas, quæ mucilago ⊖is est omnium coagulatorum corporum, fere mater est omnium morborum. Omnia enim alimenta habent Tartar. impurum, cujus 4. sunt genera ex quadruplicibus elementorum fructibus provenientia. Primum oritur ex usu *fructuum* 🜃*æ*, secundum ex *nutrimento* ▽ *piscium*, tertium ex *carne*, quartum *a firmamento*, cum 🜁 a vaporibus 🜃æ & ▽ac firmamenti infectus,

fectus, nos postea etiam inficit, ut patet in *astralibus morbis, peste, &c.*

Podagra, Chiragra, fiunt ex coagulatione glutinis per ∽ ⊖. *Tartarus elementorum* ne fiat *Tartar. hominum*, ab *Archeo stomachi* debet destrui. Siquidem ∽ ⊖, qui est heros & dominus coagulationis, in variis subjectis offendens materiam resolutam seu separatam a nutrimento & excremento, generat *calculum*.

Quatuor autem summa sunt morborum genera, scil. Epilepsia, Podagra, Hydrops, Lepra, ad quorum familiam omnes reliqui inferiores morbi, tanquam ad fontes reducuntur.

Hic scienda est vera basis totius *Medicinæ Hermeticæ.*

Medicina est triplex: scil. *Unarii Metaphysica, Ternarii Physica, Binarii Vulgaris.*

Universalis curat omnes morbos, & habetur in *lapide Philosophorum.*

Ternarii Physica est, quando corruptibile reducitur in *Cœlum Philosophorum*, & hoc ipso radices seminales morborum tolluntur, dolores & paroxysmi mitigantur, & prohibentur, quando consertanei ∽us fiunt *specifici*, ut *cœlum betonicæ* pro capite, *cœlum succini* pro paralysi. Nam hæc *cœlificata* & facta ∽ualia, impuritatum radices consumunt, & *balsami* virtutes confirmant.

Sub *Lepra* continentur *ulcera* omnia, *pruritus, scabies, alopecia, squammæ, fissura, fistula, cutis fœditates, pustulæ, malum mortuum, pus, carbunculus, abscessus, tinea* & omnes aperturæ ad extra corporis.

Sub *podagra* continetur *Colica, nephritis, arthritis, fluxiones dolorificæ omnes, cephalæa.*

Sub *Hydrope, Febres, Apostemata, omnes cachexiæ.*

Sub *Epilepsia*, seu morbo caduco continentur omnes *catarrhi, paralysis, palpitationes cordis, vertigines, melancholiæ, apoplexia, præfocationes uteri.*

Mixti sunt etiam & *transplantati morbi*, ut *catarrhi podagrici, paralyses leprosæ, febres arthriticæ.*

Sunt & *novi morbi*, ut *lues venerea, sudor Anglicus, Febris Hungarica, Petechiæ, Dysenteria.*

Omnes *morbi*, cujuscunque sint Naturæ, dependent a *cerebro*, vel per *protopathiam* s. primario, vel per *sympathiam*, s. secundario. Quidam vero ratione caussæ originem ducunt, vel ex *Sulphure exoletico, vel Mercurio peregrino, vel ⊖e infecto*, cum omnia ex his tribus constent principiis. Omnes autem morbi, qui sunt Sulphuris participes, sunt naturæ △eæ, uti in cunctis *febribus.*

Morbi Mercuriales habitant in phlegmate vulgo sic dicto, qui sedem habent non tantum in *Cerebro*, sed & cæteris corporis partibus, ut *apoplexia, paralysis, vertigo, tremor, lethargo, epilepsia* &c. qui naturam vi quadam narcotica obtundunt.

Salini morbi dominatum habent in quacunque exitura, apertura, efflorescentia, ut in *ulceribus, exanthematis,*

tuber-

tuberculis, bubonibus, ulceribus, simplicibus & depascentibus, quæ sunt a ⊖e vel fixo, vel volatili.

Corpus humanum tantum compositum est e duobus principiis, quorum unum est *vaporosum*, alterum *fixum*. *Vaporosum* duplex est, unum *volatile*, alterum *inflammabile*. *Volatile* Philosophis vocatur Mercurius, *inflammabile* Sulphur. Ratio secundum Philosophos est, quia omnia, quæ evaporant, vel in altum tolluntur, sunt naturæ Mercurialis, & quæ inflammantur, sunt naturæ sulphureæ, quæ vero subsident, sunt naturæ ⊖næ.

Si *Mercurius microcosmicus* laborat, succurrendum ipsi est Mercurio *macrocosmico*, qui parens est minoris, qui intro assumtus opem ferre debet domestico, & non inimico naturæ. Idem de *Sulphure* & ⊖e dicendum.

In *Macrocosmo* contenta sub tribus regnis, *animali* scil. *vegetabili* & *minerali*. In quolibet horum regnorum quodpiam quasi principatum obtinet, nempe in *regno minerali* est AURUM, in *vegetabili* VINUM, in *animali* HOMO. Hinc BASILIUS VALENTINUS dixit *inesse summum fœdus & reciprocum amorem inter* HOMINEM, AURUM & VINUM; & sapientiores sciunt *aurum amari a vino & contra*, cum astra illorum simul magnopere conveniant. Et *in his tribus consistit cura omnium morborum*, atque ex tribus illis naturæ filiis, *animali*, *vegetabili*, *minerali* depromuntur trina principia ad præcautionem & curationem omnium morborum.

Morbi capitis sunt *Cephalea*, *Cephalalgia*, *Hemicrania*.

Cephalea est dolor capitis diuturnus continuo afficiens cum punctione. Ferit enim principium nervorum, ventriculosque cerebri & plexum choroidem afficit. Cujus curatio talis est: ℞. *Pulp. colocynth.* ℥v. *infund. in vin. alb.* ℥vj. *add. Decoct. malvæ & Mercurial.* ℥ß. *F. Clyster & injiciatur.* *Colocynthis* autem coquitur in *vino*, & cum per unam vel alteram horam ebullierit, ℥vj. hujus *vini* debent accipi.

℞. *Jusculi carn. vervec. vitulin. aut gallinaceæ* ℥v. *vel* ℥vj. *quibus immisce* ☋. *succin.* & *junip. gtt.* viij. *vel* x. Bibet per dies mane jejuno stomacho, tribus horis ante cibum, & quarto die purgetur æger *nota pilula*.

Ad *Cephalalgiam*, quæ est dolor capitis intermissivus, & non perpetuo afficiens, eadem methodo utendum, sed cum ea cautione, ut intra nares attrahantur aliquot *guttulæ* tepidi *olei succini & juniperi*.

Ad *Hemicraniam* utere iisdem remediis, cum ea cautela, ut die & hora sumtionis *pilulæ*, *pilula* irroretur *guttula* una vel altera *de oleo prædicto*, & intra nares attrahantur *guttulæ*, & in meatum auditorium injiciantur.

Ad morbos vero *cerebri*, ut sunt *vigiliæ*, *Insomnia*, *dolores punctorii*, *inquietudo*, *mania*, *phrenesis*, *paraphrenesis* *insania*, *cerebri congelatio*; & omnes hujusmodi naturæ, habeas in promtu dosin *laudani philosophici*, quæ est a gr. ij. ad v. ad summum. Statim quiescet natura, conciliabitur somnus, consopientur

tur omnes dolores, quandoquidem est *verum pacativum Archei*: postquam vero cessaverit omnis dolor, purgetur æger *pilula nota.*

Ad alios vero morbos *Cerebri frigidos*, ut sunt *apoplexia, paraplexia, paralysis, epilepsia, catalepsis, lethargus* & similes, utere *oleo succini & juniperi* intra nares, & injiciantur in aures, & dentur gtt. v. aut vj. usque ad xij. in *vini albi* ℥j. vel ℥ij. Deinde dentur gr. ij. *gummi Mercurialis Philosophic.* in jusculo aut vino.

Ad *oculorum* morbos utere *arcano verbenæ*, quod fit *destillando herbam siccam, & deinde extrahendo* ▽. ∽ & ♉. *& ea permiscendo cum* ⊖e, & utendo eo ad gr. vj. mane & sero, pro dosi, 3. 4. 5. 6. dies, pro sævitia morbi, deinde *purga pilula*, quæ est *panchymagoga.*

Ad *morbos aurium* cape *raphanum hortensem*, ex eo *destilla* ∽*um, ol. &* ▽, *& ex eo fac clyssum seu cœlum philosophorum, & gutt. 4. 5. vel 6.* immitte in aures, deinde purga *pilula nota.*

(NB. 1. *Exsicca raphanum*, si non vis elicere 4. elementa, *nempe* ▽, ∽, ♉ & ⊖; Si *vera 4. desideras, non debet exsiccari.* 2. In Retorta extrahi debet ⊖ *pro clysso.*

Clyssus philosophorum est, quando ∽ni, ♉o & ▽æ admiscetur ⊖ ipsorum, ⊖ autem extrahatur e ⊙ reducto in 🜔, super quos injicitur ▽. calida, quæ ebulliendo levi △ extrahit & allicit ad se ⊖em, ▽ deinde illa filtretur per linteum.

Ad *nares*, ut mucus eliciatur: ℞. *majorana, inde elice* ∽*um* ♉. *&* ▽*am, & cum* ⊖e *fac clyssum*, hujus gtt. vj. infunde in vino aut jusculo mane & sero per aliquot dies, & purga *pilula.*

Ad fauces: ℞. *herb. puleg. inde destilla clyssum*, dentur guttulæ aliquot cum ∽. *& ol. succini* supra dicto, & inde purga *pilula nota.*

Ad *pulmones*: ℞. *mellis* ℔v. *croc.* ℥iiij. *M. cum* ☿ *& destilla, atque e* ⊙ *extrahe* ⊖. Dentur inde gtt. vj. in jusculo carnis, in quo herbis appropriatis opus, deinde *purga.*

Quodsi vero sit *ulcus in pulmone*, aut *phthisis* aut *febris hectica*, aut *consumtio totius corporis*; habe in promtu *magisterium perlarum* & *coraliorum* per *spiritum incorruptibilium* paratum. Dos. gr. vj.

(NB. MAGISTERIUM PERLARUM: ℞. *perlas vel coralia, calcina, superfunde* ∽*um magicum ex* ⊖e *comm.* ♁ *& sulph.* (qui fit, si injiciatur per foramen in ollam △tam & recipiatur in excipulo ▽ semipleno, tunc ▽ illa evaporatur, donec fiat acidissima, & supernatet liquor perlarum, sicut cremor lactis,) *deinde super materiam restitantem projice liquorem, seu menstruum appropriatum, quod fit vel cum* 🜍, *vel cum* ∽ *Vitrioli vel* ⊖ *brusci aut alterius plantæ Vitriolatæ aut acidæ, quæ ita signatur, ut semper virescat, id superfunde & extrahatur magisterium.* *Deinde super materiam residuam, post extractionem magisterii superfunde vel aquam imbrium æquinoctialem ter destillatam, aut rorem majalem, aut* ▽ *simp.* ∽*u Vitrioli*

trioli acidulam factam, *extrahatur* ⊖, *& in fundo erit* ⊙ *insipidum. Hæc tria, nempe cremorem, magisterium &* ⊖ *conjunge*, & mira præstabit. Dos. 6. gr. in variis morbis. Vel etiam singulis seorsim uti potes.)

Ad *morbos cordis* cape hoc *butyrum perlarum & Coraliorum*; misce cum *Tinctura croci* & ⊖*e lapidum pretiosorum*, dentur inde gr. vj. per aliquot dies in jusculo.

(NB. *Tinctura croci* fit modo sequenti: ℞. *croci q. v. sicca lentissimo* △*e, ut* ♀ *sari possit, adde post* ☿. *ad eminent. 4. digitorum, relinquatur per 24. horas in loco tepido & tinctum* ∼ *decanta, & super eundem crocum projice alium* ☿, *& hoc repete, donec* ☿ *non tingatur amplius. Idem facito de myrrha. Accipe dein materiam restantem, redige in* †*es & super hoc projice* ▽ *vitæ, sic relinque per 24. horas, deinde evapora, & ebullis* △ *levi, aut destilla hanc* ▽. *vitæ, & in fundo remanebit* ⊖ *croci, quod si jungatur cum Tinctura, fiet clyssus & anima croci, summum cardiacum.*)

Ad *morbos ventriculi* cape *herbam menthæ & galangam*, inde destilla *cœlum philosophorum*. Dantur gtt. vj. per aliquot dies.

Ad *morbos Hepatis* ℞. *herbam hepaticam & agrimoniam*, destilla inde *clyssum*, misce grana ejus vj. cum gr. iij. *butyri perlarum aut Coraliorum*, continuetur per aliquot dies.

Ad *morbos splenis* ℞. *herb. cochlear. aut nasturt.* misce cum triplo *contrayervæ* & *juniperi*, fac inde *clyssum*, & hujus *clyssi* ℥iiij. misce ʒij. *magisterii viperarum*, hujus dentur gr. vj. mane & sero, curabitur morbus. Interdum purgandum *pilula*.

(NB. *Magisterium viperarum est, quando supra viperas exsiccatas & redactas in* ♀*em effunditur* ☿, *ut extrahatur Tinctura, repetendo toties infusiones, donec non amplius tingatur; deinde aquavita evaporetur per ebullitionem, vel destilletur per* ⅩⅩ. NB. *Tinctura filtratur, & evaporatur, &* ⊖ *inde electum est magisterium, ex materia vero restitante calcinata potest etiam fieri* ⊖.

Vel ℞. *sacchari* ℔j. *solve in* ▽. *cinnam. rosmarin. vel salv. aut in harum defectu in* ▽. *comm. ad debitam consistentiam, infunde deinde* ☍. *succini, & adde medietatem ol. junip. postea 7. l. 8. gutt.* ☍. *fœniculi*.

Vel ℞. *sacch.* ℔v. ..*ve & redige in debitam consistentiam, & antequam inspissetur, irroretur levi agitatione* ∼ *junip.* ∼ *& ol. succin.* aa. ℥ß. formentur inde *tabulæ*, quæ, antequam in minima conscindantur, irrorentur gutt. aliquot. ☍. *rosmar.* *Usus* est 3. horis ante prandium.

Vel ℞. *Rad. contrayerv. sacchar.* aa. ℔ß. ∼. *junip.* ʒij. *ol. succin.* ʒj. *pulv. viperar.* ʒj. ⊖. *viperar. & cinnam.* aa. ʒß. *F. Rotula*, quæ irrorentur gtt. aliquot *ol. rorismar.* (NB. *sacchari* parum ▽. affundi debet, pro solutione, ne aduratur, redactoque in debitam consistentiam dictæ *species* adduntur.

Ad *morbos renum*: ℞. *gran. haliacab. contunde & destilla cum duplo terebinthina,*

thina. Doſ. eſt gtt. vj. cum juſculo per aliquot dies, & purga *panchymagogo*.

Ad *morbos Hyſtericos*, ſeu Matricis: ℞. *Sabinam fac clyſſum*, cujus Doſ. gr. vj. cum gutt. ij. 🝆. *ſuccin. & junip.* Deinde *purga*.

Ad *menſtrua*: ℞. ⊖. *comm. Tartari*, ⦶, *M. & detona, excipe inde* ∼*um, miſce hujus gtt.* iiij. *cum gutt.* iiij. *arcan. ſabin.* & provocabuntur menſtrua. (NB. Excipitur ∼, ſi in ollam inferius candentem & foramine præditam, injicitur materia per foramen, & in alia olla contigua plena ad medietatem ▽æ, ſic recipiuntur flores, & ∼ deinde evaporatur ad ſiccitatem, ſi deſiderem ⊖ fixum.)

Ad *omnes febres*: ℞. *clyſſum viperarum*, *M. cum* ∼ *Vitrioli &* 🝆. *junip. reduc in conſiſtentiam.* Doſ. eſt gr. vj. in juſculo. (NB. *clyſſus viperarum eſt, ſi* ∼*ni*, 🝆 *&* ▽*a admiſceatur* ⊖ *viperarum, extractum ex* ⊙ *reducto in* 🝗, *ſuper quos affunditur* ▽. *cal. quæ evocat* ⊖; ▽ *illa poſtea filtratur & evaporatur.*)

Ad *omnes febres* & *omnes morbos totius corporis*: ℞. *clyſſ. viperar.* ℥j. ⊖ *Vitrioli* ℔j. M. & deſtilla, cohobando & cum *fol.* ☉. *fermentando*, addito ℈j. vel ʒß. *moſchi aut ambræ*. F. *Extractum* ad omnes morbos propellendos & præcavendos. Verum cardo totius verſatur in recta & circumſpecta præparatione. (NB. ℞. ⊖ *Vitrioli exſiccatur & imponitur in Retortam* ⊙ *exſiccatur, reducitur per* △ *in* 🝗*es affunditur* ▽. *cal. filtratur, ſuper focum* △ *inſtructum, deinde reducitur & evaporatur.*)

Morbis capitis & cerebri conducunt ex regno *vegetabili* certo habito reſpectu, & *calida* & *frigida*.

Calida ſunt *betonica*, *ſtœchas*, *ſalvia*, *roſmarinus*, *pæonia &c.*

Frigida ſunt, *viola, plantago, nymphæa, ribes, ceraſa d. Coralia, margarita, ſantala omnia &c.*

Pro *oculis*: *Roſa*, *fragaria*, *plantago*, *hirundinaria*, *chelidonia*, *verbena*, *flor. cichor.* qui ſunt ſpecifici, vel per ſe, vel cum decoctis aut clyſſis, ſi guttæ aliquot frigidæ inſtillantur. (NB. nihil enim inſtillari debet in oculos, niſi frigidum, in aures vero nihil, niſi calidum.)

Ad *aures*: Contra *Barycoian*, *ſibilum aurium*: *Raphanus domeſticus*, *ſeu decoctus*, *ſeu alio modo præparatus*, *amygdal. amar. rut. laurus*, *nigell. caſtor. capa*, *helleb. a.* 🝆. *ſuccin. & junip.* &c. *Frigida* ſunt, *lac mulieris*, *roſa*, *malva*, *violaria*, *ſolanum*, *althæa &c.*

Pro *Naribus* ad provocandum mucum & confortationem cerebri:

℞. *Irid. flor. ſubtil.* ♀ *iſ.* ℥ij. *helleb. alb.* ℥j. M. & attrahantur. Vel:

℞. *Majoran. beton.* aa. ℥j.
nuc. moſchat. ʒij.
pulv. rad. anemon. ʒß. *M. F.* ♀.

Inſtar piſi indantur naribus.

Ad *os*, ut mucus & pituita eliciantur: *Rad. pyrethr. caryoph. beton. hyſſop. cort. citr. aurant. ſuccin. maſtich. myrrh. quæ maſticentur.*

Ad

Ad *pulmones: Calida hyssop. capill.* ♀. *liquirit. flor. Sulph. sem. fœnic. amygdal. gran. junip. scabios. thym. tussilag.*

℞. *Flor. Sulph. viv.* ℥j. *benz.* ʒj. M. F. ♀. Dos. ℈j. in ovo.

℞. *Pulm. vulp. vitul. porc. castr.* aa. *M. cum herb. capill.* ♀. *hyssop. scabios. pimpin. destilla:* ℞. ℥j. hujus liquoris cum sacchari pauxillo. Mire inservit omnibus pulmonum affectibus.

℞. ☿. *M. cum* ▽. *Hyssop.* aa. *& in hujus liquoris* ℔ß. *macera croci & mell.* aa. ℥j. *extrah. inde Tinctura* quæ hausta ad cochl. j. pro dosi, vindicat pulmones ab omnibus affectibus.

℞. *Farin. hord.* include in sacculo, hic sacculus ebulliat in ▽, in quam injicias pro quavis mensura ▽æ 6. *limaces*, post ebullitionem unius alteriusve horæ, ubi sacculus refrixerit, ex farina illa fac *pulticulam cum lacte*, cui adde parum *mellis*. Mire juvat in omnibus affectibus pulmonum, præcipue vero in *phthisi*.

℞. *Butyr. rec.* ⊖e *salit.* Bulliat in *Dec. sem. malv.* cum *ficubus* & *uvis passis*, add. *parum mellis* & capiat æger 2. cochlearia.

Ad *Cor.* ℞. *Tinctur.* ☉. ⊖ *coral. & perlar. fragm. hyacinth. & smaragd. M.* & *redige in consistentiam, ita tamen, ut Tinctura* ☉. *emineat 2. digit.* Dos. magnitudo pisi, contra *pestem, venena, toxica.*

(NB. *Tinctura* ☉. *fit solvendo* ☉ *in* ∽*u appropriato & amico naturæ.* ⊖. *Coral. & perlar.* fit, si materia post calcinationem redigitur in Ꜫ es, affundatur ▽. cal. quæ attrahit ⊖ & filtratur & evaporatur in patella 🜃ea super prunas.)

Vel ℞. *Ambr. gryſ.* ʒiij. *mosch.* ʒj. infund. in ℔. j. ▽. *vit. vitro bene clauso, quod capere possit* ℔iiß. Ponatur hoc vas mense *Junio* in vase 🜃eo in ∴ ad ☉em, & in hoc vase sepeliatur materia, nempe duabus horis post ortum ☉is, & hora una ante occasum extrahatur per 2. menses, & vas ita ponatur, ut radii ☉res reverberentur vitando pluviam: Accipies *Tincturam* ex flavo rubescentem, odoris mirandi. Hujus liquoris guttæ aliquot, e. gr. 10. vel 15. infusæ in *vinum*, in instanti faciunt *vinum Hippocraticum*. Materia vero, quæ subsidet in fundo, pro *pomis odoriferis* est, & adservetur.

Vel *frigidum*:

℞. *Perl. ppt.* ʒiß. *hyacinth. ppt.* ʒß.
mac. cinnam. caryoph. aa. ℈ij.
limat. ☉ & ☽. ʒj.
cort. & jecor. viperar. aa. ℥ß.

cum ℔j. *facch. in aq. meliss. fol. F. Confectio ad omnes morbos cordis. Dos.* ℈j.

Ad *ventriculum:* ℞. *facch.* ℔. j. *humectetur cum* ∽ *ambr. gryſ. & quando erit in pastam redactum, misce ei ol. menth. absinth.* aa. ʒj. *fl. rorismar.* ℥j. *ol. caryoph. nuc. mosch.* aa. ʒß. F. tabellæ pro stomacho. ℞. *Cichor. silv. cum tot. destilla ad siccit. & ex* Ꜫ *bus extrahatur* ⊖, *qui liquori permisceatur, quibus junge* ⊖*is Coral. & perlar.* aa. ʒß. Dos. est cochl. j. vel ij. &c.

Ad *jecur:* ℞. *Vitrioli* ℔. j. *vel* ij. *calcin.*

cin. vel len. △. *siccat. destilla inde* ∽*um, quem misce cum* ∀. aa. *Bulliant* △ *leni ad siccitatem quasi quandam, & consistentiam, in sartagine ferrea. Deinde expone* △*i, ubi materia concrescet in Vitriolum hermaphroditicum, quod particeps est naturæ* ♂ *&* ♀. cujus Dos. est a gr. x. ad xii. Deobstruit, curat *hydropem, cachexiam, pallidos colores, renes purgat, laxat alvum*; ut excrementa colore nigro exeant, sistit *Diarrhœas, Dysenterias.*

Frigidum est *aqua sequens mineralis secretissima*: ℞. *Vitrioli Rom. in* ☉*e calcinat. limat.* ♂. *crystall. mineral.* aa. *alcolisentur & ponantur in vas* ▽*eum, affundendo* ✱ *quod ea vix supernatet, in loco tepido infusio illa fiat per 12. horas, fietque Tinctura rubro-nigricans, evaporetur acetum leni calore ad siccitatem. Deinde aufer materiam ex vase, alcoholisetur.* ℞. *hujus* ♀*is* ʒj. *ponatur cum* ℥iiiß. *aq. fontan. super* ⊂*es cal. deinde servetur materia hæc filtrata*: ℞. ʒij. *hujus aquæ, infunde in vitrum aqua plenum, bibantur mane jejuno stomacho usque ad* 6. 8. *vel* 10. *vitra, semper miscendo* ʒij. *pro quovis vitro.* Hæc *aqua deoppilat*, potenter refrigerat; olla autem, in qua hæc aqua conservatur, debet probe esse cooperta.

Ad *lienem*:

℞. *Limat. chalyb. cum Sulph. ppt.* ℥ j.
fecul. aron. ʒiß.
⊖. *Coral perlar.*
cochlear. succin. aa. ℈iiij.
sacch. q. s. ad incorporat. horum.

Dos. est cochl. ß. mane contra *morbum virgineum, cachexias, melancholias, scorbutum, flatus hypochondriacos, morbosque melancholicos quosvis.*

Frigidum:

℞. *Chalyb. ppt.* ℥ j. *rhei* ʒiß.
spec. diarrhod. diacurcum. aa. ʒß.
myrrh. r. ʒiß. *gran. daac.* ʒiij.
pulv. agrimon. scabios. aa. ℈ j.
cum sir. byzantin. F. Massa.

Dos. ʒß. Deobstruit *splenem, jecur, matricem, renes, appetentiam* excitat.

Ad *renes & vesicam*. Calidum:

℞. *Crystall.* ♀*isat.* ℥ij. *M. cum terebinth.* ℔ß. *pone in crucibulo* △*to inter carbones, tunc terebinthina inflammabitur, & crystallus calcinabitur.*

℞. *Hanc crystallum,* ♀*isa & M. cum alia* ℔ß. *terebinth. & iterum calcina, ut antea, postea injice hanc crystallum in succum caparum, ut superemineat ad digitos* iiij. *Iterum reduc in* ♀*em ut antea, calcina cum terebinthina ad sextam vicem.* (interea succus omnis absorbebitur a ♀e.) *Dein fiat alcohol & servetur in vitro clauso: sic Crystallus vertetur in* ⊖*em.* Hujus dosis. Miranda præstat, tanquam stupendum medicamen, ad omnes quoscumque morbos *renum & vesicæ.*

Frigidum: ℞. *Vitrioli rom. el. tereb. venet.* aa. *destillatur inde liquor mirus ad omnes affectus renum & vesicæ.*

Ad *matricem*. Calidum: ℞. *testic. vulp.* ♀*isat.* ʒj. *M. cum rad. peucedan.* ℥ ß. *croc.* ℈ij. *redige in* ♀*em, qui ligetur in syndonem, & suspendatur ex collo* intra mammas femellæ. Hoc sacculo ab occulta qualitate, & vi specifica, tanquam

tanquam magnetica, curantur omnes affectus *hysterici*, & ex ℥ß. ejus intro assumti singulis matutinis temporibus insuper curabuntur *epilepsia & furores uteri*.

Frigidum:

℞. ⊖. *Vitrioli, Coralior.* aa. *gr.* vj. *artemis.* gr. ij. *M.*

Detur in *aq. flor. calend.* Vel:

℞. *Splen. bov.* ℥j. *ponatur in clibano post extractionem panis, ut exsiccetur, & reduci possit in* ♀*em:* ℞. *hujus* ♀*is gr.* vj. ♀*is verrucar. quæ tibiis equorum adnascuntur; gr.* iiij. ⊖. *lepid. gr.* ij. M. & propina, statim insultus *matricis* cessabunt.

℞. *Ebor.* ℔j. *calcina inter carbones in* ♁*bulo.* ℞. *hujus* ♀*is gr.* vj. *M. c. satyrionis & eryngii* aa. *gr.* ij. *mosch. gr.* j. *cum* ∾ *eryngii q. s. F.* Dos. ad gr. iiij. v. vj. continuetur ad 40. dies, ad promovendum & facilitandum *conceptum*.

Ad *phthisin*. ℞. *linteum nitidum album, hoc absterge faciem alicujus moribundi, ut frigidus ille sudor illi adhæreat. Tum combure hoc linteum & reduc in* ♁*es. Misce hos* ♁ *cum Vitriolo Hungarico, ac in* ⊙*e calcinato tempore caniculæ.* ℞. *hujus, quantum mucrone cultri capere potes, projice super sputum phthisici, & depone hoc linteum in loco mundo liberum ab injuria temporis, aquæ aut vermium.* Eo *tempore, quo sputum illud putridum coagulabitur in pulverem, eo tempore, mira virtute constellationum siccabitur ulcus, & si æger febri laboret, ponatur illud linteum in aquam, ita ut* ▽ *non elabatur ex olla, sic curabitur ulcus, & accessus febrilis.*

Contra *Podagram:* ℞. *carnem bubulam non salitam, vel aliam recentem, sub signo tangente arietem hoc est, die 22. Martii, intra 5. & 6. matutinam, exsicca ad* ⊙*em.* Hujus carnis frustum impone *podagræ* 24. horis, hancque carnem objice devorandum *cani*, sic fiet *transplantatio podagræ*.

Contra *Arthritidem* sive *Gottam* Italis, Calidum: ℞. *gran. psyll. contund. & injice in* ▽. *calidam, ibi fiet mucilago, qua foveantur partes affectæ.*

℞. *Cuperosæ* (id est, *Vitrioli dom.*) ℔j. ⊖. *com.* ℔ß. *F.* ♀*is qui destilletur;* ascendet liquor, quo fovendæ partes affectæ, statimque cessabit dolor.

℞. ⊖. ⊡. ℔j. *M. cum* ▽. *vit.* ℔ij. *pone in olla forti super* ♁ *cal. ita ut* ▽ *vitæ inflammetur, post hujus inflammationem remanebit* ⊖ ⊡*æ in fundo instar* ☋*i* quo si ungantur loca dolentia, statim cessabit dolor. ⊖. *autem* ⊡ *sic fit:* ℞. *magnam copiam* ⊡*a ponatur in vase* ▽*eo, ut leni* △*e. ebulliat,* (si enim △ est fortis, effugit.) *Bulliendo redigatur hæc* ⊡ *in consistentiam gummi, & gummi illud misce cum duplo* ⊕ *super* △ *carbonum, materia inflammabitur, quod remanet, est* ⊖ ⊡. Frigidum: ℞. O. & *Vitrioli albi* aa. ℔j. *bol. armen.* ℥iiij. ⊖. ℔ß. *coq. ad liquoris consumtionem in liquore sequenti:* ℞ *minii s. Saturn. rubificati pone in* ✢ ℔ß. *supra* ♁ *calid.* △ *lenissimo, ut* ✢ *bene imbuatur liquore Saturni, cujus hæc nota*

nota est: ℞. *hujus* 🜍 *gtt.* ij. *l.* iij. *injice in* ℥j. *plus vel minus* 🜄 *frig.* 🜄 *fiet instar lactis.* ℞. *hujus lapid.* ℥ß. *dissolv. in* ℔j. 🜄*æ* & *hac fove partes dolentes*, in instanti cessabit dolor, & si 🜄 hac foveantur *nodi arthriticorum*, brevi tempore dissipabuntur.

Secundum GALENUM morbi proveniunt ab *humoribus*, nempe *bile*, *pituita*, *melancholia*, *sanguine*, quæ secundum Chimicos sunt 🜄 🜃 🜂 🜁. Quidquid sit. *Bilis* educitur *rad. violar.* a sordibus purgatæ & alcoholisatæ ʒß. in jusculo. Vel Tincturæ sequenti: ℞. 🜄. *comm. mens. vel pint.* j. *infund. fl. rosar. violar.* aa. mj. *instill.* ~ *Vitrioli* ʒß. & *sic relinque per 3. vel 4. horas, extrahitur earum Tinctura.* Hujus dosis est a ℥j. ad ℥ij. evacuat benigne & suaviter, citra ullam noxam, palatoque magnopere arridet.

Ad *humores melancholicos* purgandos ead. methodo extrahatur *Tinctura ex borrag. bugloss. lupul. epithym. polypodio* & *hujus* generis aliis.

Ad *pituitam* eadem methodo ex *flor. vel sem. fœnic. anis. carv. cumin. gran. junip. fol.* & *flor. petrosel. brusci.* &c.

Ad *sanguinis* mundificationem valent *Coral. margar. fragm. pret. crystalli.*

Sinceriores tamen *Philosophi* habent sinceriora remedia, vel sincerius *Elixir* ad omnes humores generaliter eliciendos, quod etsi paucissimis innotuerit, mihi tamen revelatum est.

℞. *Lap. lazul.* ad ℥ij. ♀*iza* & *misce cum* aa. *Mercur, dulcificati, M.* & *pone in parvum crucibulum, ut bene calcinentur, pone dein hunc* ♀*em in vas aliquod* 🜃*eum, affunde* ☿ *Tartarisatum, extrahe Tincturam* cujus dosis ad gtt. vj. in omnibus morbis.

Ad *sedandos omnes dolores.* ℞. *Lacrymæ Turcicæ s. opii* ℥x. *Croci* ℔ß. *castor.* ℔ß. *magist. perl. lign. aloës, succin. mosch.* & *ambr. grys.* (pondus deest.) Ex his fiat *extractum* ad omnes quoscumque dolores in instanti sedandos, somnum placidum provocandum, ad omnes *febres* eradicandas, seu intus, s. extra, quod remedium est *verum Naturæ pacativum.* Infra in narcotico secreto summo videbis meliorem præparationem.

℞. *Gran. cydon.* & *sem. psyll.* aa. ℥iiij. *macera in pintis* ij. 🜄. *tepid. extrahatur l. a. mucilago vel aqua glutinosa.* ℞. *hujus mucilaginis pint. n.* j. *solve in ea sacch. Saturni* ʒij. Fit inde liquor mirus ad quosvis dolores compescendos, tum *arthriticos*, tum alterius Naturæ.

Anodynum. ℞. *sem. lin.* & *altheæ.* aa. ℥ij. *macera in* 🜄. *rof. pint. n.* j. *per horas 24. deinde cola,* & *in hoc liquore macera* ⊖ *papav.* ℥ß. Hoc utere feliciter, sistit enim omnes dolores.

Narcoticum, summum secretum, quod corroborando Naturam consopit prorsus omnes dolores, somnum placidum provocat, citra quamcumque noxam, vocatur *laudanum Philosophorum* tantopere decantatum. Et fit ita: ℞. *op. thebaic.* ℥x. *scinde in particulas* & *pone super.* 🜂 *lentum, ut omne ejus Sulph. fetidum exhalet.* ℞. *hoc*

opium,

opium, affunde ▽. *vit. optimæ q. ſ. qua ex trahe omnem ipſius Tincturam.* Deinde ℞. *croc. orient.* ℥iiij. *exſicca leni* △*e, impone in vitro, & affunde* ☿. *ad emin. 6. digitorum.*

Extrahantur inde omnes Tincturæ. ℞. *myrrh.* ℔j. ♀*ſa & extrahe Tincturas. Post extractionem harum Tincturarum miſceantur ſimul omnes, in quas injice* ⊖. *Coral. perl.* aa. ℥ij. *moſch.* ∾. *roſ. fol. & ambr. gryſ. eod. modo ſolut.* aa. ʒj. *lign. aloës, ſant. citrin.* aa. ℥j. *M. ad conſiſt.* cui immiſce ꝏ. *caryophyll. Nuc. moſch. junip. ſuccin.* aa. ʒj. *majoran. roriſmar.* aa. ʒß. Fit inde *confectio* ad omnes dolores ſtatim ſedandos, diciturque *Pacativum Archei.* Doſ. gr. j. aut alterum in juſculo.

Emollit: ℞. *goſſyp. M. cum butyr. inſulſ.* ℔j. *liquoris malv.* ℔ß. *ol. lil. alb.* ℥x. *bulliant in conſiſtentiam, & inungantur eo partes affectæ ſcirrhoſæ.*

Attenuat: ℞ *rad. irid. gumm. junip.* aa. ℥ij. *hyperic. roſmar. thym. cent. min.* aa. ℥j. *ſem. Dauc. lacr. laur.* aa. ℥ij. *nuc. moſch. caryoph. zinzib.* aa. ℥j. *croc.* ʒj. *ſtyrac. caſtor.* aa. ℥ß. *His affunde* ▽. *vit.* ℔j. *Digere ſuper* ⋿. *aut in clibano tepido per diem, deinde colentur & exprimantur: His adde terebinth. & ol. laur.* aa. ℔j. deſtilla inde mirum medicamentum.

Abſorbet: ℞. Ψ. ⋿ *ſarment.* aa. ℔ß. *pone in vas* ⊽*eum. cum* ▽. *pint.* vj. *Hinc* ▽ *leni extrahatur* ⊖ *omne; in hunc expreſſum liquorem injice Tartari calcinati* ℥iiij. *F.* inde lixivium ſumme penetrans, ad abſorbendam quamcunque materiam, & nodos *arthriticos* diſcutiendos.

Attrahit: ℞. *ſigill. ſalom.* mij. *Digere in* ▽. *vit. extrahe Tincturam, feces comburantur & extrahatur ex iis* ⊖, *quod miſce cum Tinctura.* Fiet inde ſummum *Naturæ attractivum.*

Veſicatorium. ℞. *ſapon. nigr.* ⊖. *comm.* aa. ℔j. *M probe. F. unguentum*, quod excitat veſicas, elicit ſerum absque dolore.

Vomitorium. ℞. *raſ. unguium bene mundat. & F. Infuſio ex his in vino albo, vinumque illud reddetur emeticum innoxium.*

℞. ♁. *philoſophice ppti, h.e. in pilulam perpetuam redacti,* ʒj. *infunde & digere per diem in* ℥iiij. *vini albi tepidi, vinumque illud erit emeticum.* Huic *pilulæ* quod mirum, affundi & reaffundi ſæpe & in infinitum prope poteſt vinum. Semper quidem fiet *emeticum*, absque diminutione *ponderis pilulæ.*

Diaphoreticum: ℞. ☉. ʒj. *levigetur malleo, & ſcinde in minutiſſima fruſtula. Diſſolv. in* ℥iij. ∾. ⊖. *philoſophici, ſtatim ſolvetur* ☉ *in liquorem. Doſ. gtt.* vj. *in hauſtu vini, a. juſculi. Confortativa Cor, cerebrum, hepar* &c. ⊖. *Coralior. perlar. lap. pretioſ. ebor. CC.* Sed maxime hoc quod ſequitur, nemini unquam communicatum: ℞. *fuligin. Camin. q. plac. ex ea impleatur cornula ad ſummum plena. Exponatur cornula* △ *graduato & deſtilletur, prodibit* ∾ *flavus, quem ſeorſim reſerva. Super reſtantes feces funde* ∾ ✠*ti digere ſuper* ⋿ *calidos, ibi extrahetur* ⊖. *Miſce hunc* ⊖ *cum*

⊖ *cum* ∼ *præscripto, denturque ejus gtt.* vj. *in jusculo carnis*, statim recreabitur Natura, refocillabuntur vires, & hoc bene nota; si erumpat sudor, non morietur æger, quod si vero non erupe-rit, morietur.

Maturat: ℞. *butyr.* ℔ij. *M. cum ficuum* ℔j *destilla: effluet liquor*, quo illine partes induratas, brevi emollientur, & cessabit omnis dolor.

Detergit: *Succhar. aloë, myrrha, betonica, succ. plantag. marrub. sabin. hord.* ℞. *Saturni* ℔j. *fundatur, eique fuso paullatim injiciantur Tartari crud* ℥iiij. *Iterum funde Saturn. iterumque injiciatur* ℥ iij. *Tartar.* Deinde, ubi refrixerit, exponitur loco humido, effluit per del. liquor, qui excipiendus vase vitreo, quo, si tangantur *ulcera*, illico detergentur a sordibus, & a virulentia mundabuntur, a putredine præservabuntur, & ad cicatricem brevi perducentur.

Sanguinem sistit hoc certum & infallibile: ℞. *Vitrioli & gypsi* aa. ℔j. *Injice in ollam fortem bene coopertam, pone in carbones* △*tos ut ibi probe calcinentur, hanc calcem projice in vinum rubrum calidum, in quo calx dissolvetur, &* ⊖ *ejus extrahetur, hunc liquorem evapora* △ *leni, restabit* ⊖ *Vitrioli & gypsi, cujus dosis* a gr. ij. ad iiij. in vino rubro sistit actutum omnes fluxiones, *Diarrhœam, fluxum hepaticum, Dysenteriam* &c.

Glutinant vulnera, & plagas mundant & cicatricem inducunt: *Lumbrici* ▽*stres, plantago, cynogl. millefol. fol. & flor. salic. ulmi, verben. pilosell, auric, mur. scabios. hyper.* Vel ℞. *Hoc vinum M. M.* ℞. ▽. *vit.* ℔j. *in ea macerentur flor. hyper.* mj. *donec* ▽. *vit. rubeo colore tingatur. In hujus* ▽. *vitæ tincta* ℔j. *solv. Coral. r.* ♀ *if.* ℥iiij. *admisc.* ♋. *terebinth.* ℥iiij. Habebis mirum balsamum ad quævis *vulnera* sananda spatio 24. horarum.

Vel utere hoc secreto a REGE LUSITANIÆ misso ad REGEM GALLIÆ, tanquam dono pretiosissimo, ad quævis *vulnera* & *ulcera* interna & externa intra 24. horas curanda, sine impositione *balsami*, sed tantum per topicum circumferentiæ illinendum. ℞. ☉. *puri* ℨj. *ducatur in tenuissimas laminas, & conscinde in tenuissimas partes, deinde solve in* ∼*u sequenti.* ℞. ⊖. *com. rite ppti. &* ⦶ ℔j. *M. cum* ▽ *figulina ad pondus 4. druplum, sive cum, vel sine* ▽. *destilla* ∼*um, & in hoc* ∼*u pro quavis* ℔j. *imponantur* ℥vj. ⊖ *bene calcinati, recipiatur ex eo, quod est clarius, & in eo solvatur* ℨj. *illa* ☉*i.* ∼ *autem postea levi exhalatione ducatur quasi ad plusquam semisiccitatem, & hac materia exponatur* 🜁*i nocturno, inde fluet liquor, qui excipiatur phiala, iterumque exponatur* 🜁*i materia illa, toties, quoties liquor exit.* ℞. *hunc liquorem pretiosissimum, reserva in vitris probe sigillatis, & pro operationis modo imbue liquoris hujus gutta una vel altera plumam columbæ aut pulli, & eo illine vulnus circumcirca*, quod tamen prius lavari debet, ab omnibus sordibus, vino albo tepido; sic relinque sine ullo vinculo aut tegmine *vulnus*, intra 24. horas certe curabitur. Si *vulnus* profundius est, quam, ut una illini-

linitione curari queat, repetatur inunctio. Et hoc est Secretum, quod ANNA AUSTRIACA, REGINA GALLIARUM, nominavit *oleum misericordiæ*, & pro cujus exhibitione numerat quotannis ℔6000.

Epulotica, quæ illuviem p.n. vulnerum corrigunt: 🜃. *lemn. bol. armen. litharg. ceras. min. cort. & flor. granat. plumb. ust.* Ψ. *Vitriol. æs ustum.* &c. Vel: ℞. Ψ. *solv. in* ▽. *vit.* ℔j. *filtr. & col. & in* ▽. *digere* ⊖ *Joviali* ℥j. Habes quod optas.

Catheretica, hoc est, absumentia omnes humiditates, virulentias, *hypersarcoses*, seu excrescentias: ℞. *Tartari calcin.* ℔j. *M. cum* ⊖✱*ci* ℔v. *pone in* ✢*lo & calcina forti* △ *carbonum* sub & supra, deinde loco humido exponatur materia calcinata, & stillabit per *del. liquor*, quo, si tangantur partes affectæ, statim curabuntur.

Adstringens: ℞. *Vitrioli com.* ℔j. *pone in* ✢*lo inter carbones* △*tos, donec reducatur in colorem rubicundissimum, tunc à Philosophis vocatur Colcothar. Misce* ℔j. *hujus Colcotharis cum* ℔v. ⊖✱*ci &* ♎*a adscendent flores rubro lutei*, qui exhibiti a gr. iiij. ad gr. vj. sistunt omnes fluxus, *hæmorrhagias*, *diarrhœas*, *dysenterias*.

Aperiens: *Rad. fœnic. petrosel.* vel seq. experimentum, quod nunquam fefellit: ℞. ⦶. ℔ij. *Sulph. & Tartari* aa. ℔j. *M. & injice in ollam* △*tam, quæ circa fundum habeat foramen, materia vi* △ *inflammabitur, &* ♎*ando elevabuntur in vas appositum* ▽. *semiplenum flores*, quorum Dos. ad gr. vj. in jusculo ad omnes *obstructiones* & Naturam roborandam, putredinemque in- & externam arcendam.

Ad lac provocandum: Ubera vaccæ, sem. fœnic. d. præcipue crystallus, qui ita præparandus: ℞. *crystall. montan.* ℔j. *M. cum* ⦶. ℔j. *injice in* ✢*lum* △*tum ibi inflammabitur* ⦶ *& calcinabitur crystallus: relinquatur hic crystallus intra carbones per 12. horas, deinde superjiciatur liquor Tartar. ad eminent. 4. digitorum, & relinquatur materia super* △, *dum exsiccatur*, si dederis ex hoc *crystallo* gr. vj. in jusculo, lac magna statim copia provocabitur: *calculum renum & vesicæ* confringet, *dysenteriam* & *tormina ventris* compescet.

Ad lac fugandum, discutiendum, ut præcaveantur inflammationes scirrhi, cancri, tumores, omniaque tubercula, principatum obtinet *Cicuta*, quæ ita præparatur: ℞. *Cicutæ* mij. *bulliat in pint.* ij. ▽ *&* ✢*ti* ℔j. *ad consumtionem tertiæ partis, coletur liquor, & ex eo foveantur mammæ statim lac evanescet*, & mammæ immunes erunt ab inflammatione, quæ alias facile sequi potest.

Pro podagra: ℞. ♁. *quant. volueris, ex hoc extrahe Sulphur, & ex hoc Sulphure per* 🜃. *eliciatur Tinctura s. a. quæ esse debet coloris* ☉*ei*, ejus dentur gutt. iiij. v. vel vi. in jusculo.

(NB. *Sulphur ex* ♁. *extrahitur hoc modo*: ℞. *Tartar. calcinatum, ex eo extrahe* ⊖, *& ex hoc* ⊖*e fac lixivium, in quo bene filtrato digeratur* ♁ *subtiliss.* ☿*satum, ibi relinque per aliquot dies,*

dein filtra hoc lixivium, & in illud filtratum injice guttas aliquot ⁓ *Vitrioli vel* ✳ *: statim Sulphur adscendet, supernatans liquori, aufer hunc liquorem per inclinationem, & leni* △*e evapora, restabit Sulph. in fundo. Lixivium fit superinfundendo* ▽*am ebulliendo & filtrando.* Potes etiam auferre cochleari.)

℞. *Ceras. acid.* ℔ij. *e quibus extrahitur succus.* ℞. *hujus succi* ℔j. 🜆 ℔iiij. *rosar.* ℔ß. *in iis macera vel digere cinnam. caryophyll. cubeb. cardamom. gran. paradis.* aa. ℥ j. *Digere in* ⊱. *cal. per octiduum, vase Herm. S.* Dos. cochl. j.

Vel ℞. 🜆 ℔iiij. in quibus digerantur *bacc. junip. sem. carv. cumin. fœnic. anis.* aa. ℥ j. *mosch. & ambr. grys.* aa. *gr.* VI.

Pilulæ: ℞. *aloës* ℥ij. *scamon. colocynth. ppt.* aa. ℥ j. *M. cum* 🜆. *Tartarisat. & inde fiat Massa*, cujus Dos. a. gr. XII. ad XVI.

(NB. 🜆. *Tartarisatus* fit hoc modo: ℞. *Tartar. calcinetur* △ *carbon. forti, cape* ℥iiij. *hujus Tartari & M. cum* ℔j. ▽. *vit. tingetur colore* ☉*eo.* Nota, quod si post extractionem ▽. *vit. ab his* ℥iiij. *Tartari nova* ℔j. ▽. *vita affundatur, eadem fiet Tinctura*, & sic in infinitum. Modus autem calcinandi Tartar. talis est: Furnus singulariter ad hoc opus præparatus, stratus est prunis candentibus, quibus superimponuntur aliæ mortuæ; His impone Tartar. longa serie super chartam porosam, quæ ▽ inferius sit imbuta, & superius △ irrorata, quibus mortuis iterum vivi superimponendi carbones, deinde furnus tegitur tegulis, & △ deflagrari finitur, quod fit spatio 7. aut 8. horarum. *Colocynthis* vero mundatur, grana extrahuntur, pulpa conscinditur in partes minutas, & commiscetur cum *gummi tragac.* dissolv. in ▽. & dein in patella super prunas exsiccatur, & continuo gyratur ad siccitat. dein in ♀*em* subtilem deducitur. *Pulvis* autem ille *colocynthidis* permiscetur cum aa. *part. æqu. scammon. fumo Sulphur. ppti*, quod sic fit: *Scammonium* imponitur chartæ porosæ, donec totum exsiccetur & coalescat, ita, ut facile in pulverem redigi possit, & continuo prunis superinjiciatur *Sulphur. contusum.* Dein, hi duo pulveres commiscentur, & cum duplo *aloës* & 🜆. *Tartarisato*, hoc est, *philosophico*, & ducuntur in Massam.)

℞. ♉ *mineralis & Mercur. præcipitat.* aa. ℔ij. injice in Retortam cum excipulo bene lutato, & detur △ primo lentus, dum materia effluat, post effluxionem materiæ, si ea inhæreat rostro Retortæ, & ibi condensetur, tunc admoveantur rostro Retortæ carbones △ti, ut materia liquefiat, & in excipulum defluat. Materia autem illa fluens, si excipiatur, antequam defluat in ▽, manet in liquore *butyraceo*, qui mirus est ad ♋. *ulceratum, Gangrænam & quævis ulcera depascentia.* Liquor vero, qui effluit, in ▽ ⁓tatur in *gummi*, quod post separationem ▽, si exsiccetur, manet pulvis. Octo autem horis circ. debet lento △ destillari, post usque ad finem inferius debet △ continuo promoveri, donec nil amplius effluat,

fluat, & non tegitur Retorta, uti in destillatione *succini* & *juniperi*. *Gummi* autem debet aliquot diebus foveri in ▽, ut extrahatur omnis acrimonia, deinde separatur *Mercurius vivus*, & ponitur ♀is illius pars quædam in ✢-lo & deflagratur cum ⦶, & ponitur in eodem ✢lo, in quo est ☉ deflagratum, capitur etiam portio ☉ post destillationem relicti, quod funditur in ✢lo, & in illud fusum injicitur sæpius per vices portio quædam ⦶, & materia convertitur in *vitrum* variorum colorum. Pulveres illi duo, & *gummi* & *vitri* seorsim asservantur, & super primum ♀em *gummi* injicitur ▽. *vitæ*, quæ ibi relinquitur, usque dum flavescat aliquatenus in arenâ calida, bis, si volueris, quod melius: deinde *pulvis* ille leniter exsiccatur & servatur, tanquam *thesaurus*, cujus Dos. a gr. j. ad ij. singulis mane & vesperi. Est catharticum totius Naturæ per se. Sed, si acceperis gr. j. hujus pulveris, & permisceas cum gr. XII. *panchymagogi* s. *pilulæ notæ*, habebis *catharticum* certissimum ad omnem *luem* ♀ *eam* radicitus spatio 9. dierum evellendam, & omnia ejus symptomata amputanda. (Assumi debet tertia die, idque tribus vicibus. Est *Secretum infallibile*, quo plures, quam 100. sunt curati.) capiendo in tribus dosibus, singulis diebus, *pilula nota* purgando. Valet etiam ad *podagram*, & omnes *arthritites* inveteratas, cujuscunque sint generis, contumaces & rebelles. Jam ℞. *gr.* j. *illius pulveris*, & *gr.* j. *illius vitri*: *M. cum succ. liquiritiæ & fac inde pilulam instar pisi*, ad omnes quoscunque affectus deploratos, & a Medicis ordinariis derelictos,

℞. *Fol.* ☉. *dissolv. in* ∾ *ex* ⦶ & ⊖ *comm.* ∾*us fiet* ☉*ei coloris.* ℞. *hunc* ∾*um* & *in* ℥ ij. *ejus dissolv.* ⊖. *perl. coral.* aa. ʒij. *hyacinth. smaragd.* aa. ʒj. *clyss. viperar.* ℥ ß. ⊖. *contrajerv.* ℈iij. M. omnia simul in debitam consistentiam. Dos. a gr. ij. ad iiij. vel vj. ad recreandas & roborandas tres totius Naturæ facultates, ad *pestem*, omnia *venena*, *morsus venenatos*, *canis rabidi*, *viperæ*, *aspidis*, *serpentis*, *tarantulæ*, & omnia toxica, tam *animalium*, quam *vegetabilium* & *mineralium*. Fit confectio, quæ redigitur in lapidem, in jusculo vel vino.

(NB. *Clyssus* viperarum est, quando ∾*ui*, 🜍o & ▽ *admiscetur* ⊖ *viperarum*, & fit modo sequenti: *Capita & caudæ abscinduntur, exuviæ detrahuntur, caro cum intestinis imponitur in* ☓, *non Retort. super* ⊱*es, destillatur,* △*e graduato, primo exstillat* ▽ *seu liquor Mercurialis, secundo* ∾ *s.* 🜂, *tertio* △. *s. Sulphur vel* 🜍, & *ex* ☉ *illo extrahitur* ⊖, *qui miscetur cum liquore Mercuriali destillato; dein cauda & capita reducuntur in* ⊱*es, super quæ injicitur liquor Mercurialis primo destillatus, deinde destillatur, &* ⊖ *capitum & caudarum remanet in fundo, qui permiscetur cæteris.*)

Luna vetus vetulas, juvenes nova Luna repurgat. Etsi hoc præcipue dictum sit, de tempore menstruali mulierum, tamen etiam intelligi debet a sapientibus

tibus de tempore purgationis, ut nimirum Juvenes a 15. annis ad 25. purgentur in rudimento Lunæ, quando incipit crescere, a 26. ad 35. in secunda Quadra; a 35. ad 45. in tertia, a 45. ad 55. in quarta & ultima: Senes omni tempore purgari possunt, habita ratione morbi & valetudinis.

Secretum verum, ut 🜄 *odorem, saporem & colorem vini accipiat.*

℞. *Panes* 2. e *farina siliginis cum* ☿. loco 🜄 factos & pistos calidosque, ut eximuntur e fornace, eosdem statim in 4. partes dividas, & in *mustum vini* ad eminentiam 6. digitorum submergas, ut bene imprægnentur: postea extrahe & in loco calido exsicca, siccatos redige in ♀em, & ex eo *pulvere* cum *musto* iterum massam confice, iterumque pinse, ut panes fiant, quos, uti antea conscissos, per 4. horas *musto* imprægnabis, iterumque siccabis, & conteres tertia vice. Hoc facto denuo redigas in *pulverem panes*, super quem ♀em affunde ☿ *Tartarisatum* ad eminentiam 6. digitorum, & relinque per horas 24. hoc ipsum, elapso 24. horarum spatio destilla in XXco ad siccitatem, iterum affunde ☿ *Tartarisatum* & destilla, hocque tribus vicibus repetere debes. Postmodum restantem materiam siccam sume, & ℔j. ejus in vas, in quo circiter 200. pintæ aquæ infusæ sunt, injice, hoc permittes 16. diebus cum 🜄. vitæ, & sic poteris alicui propinare. NB. ☿ injicitur cum ♀e una, vas autem claudatur, sed ita tamen, ut 🜁e omnino non privetur, deinde relinquitur per 15. aut plures dies.

Ad *morbum caducum* plurimum valet *clyssus succini & juniperi. Apostemata* curantur *clysso juniperi* spatio 40. dierum assumendo mane & vesperi 6. guttas, & intra 40. dies purgando panchymagogo.

Secretum Nobilissimum.

℞. *Sulphur. part. j. alcali Tartari in forma* ♀*is part.* ij. liquefiat Sulphur, immittatur paullatim *alcali Tartar.* ♀isatum, donec probe omnia sint mixta, agitando semper spatula. Quando colorem acquirit *purpureo cæruleum*, removeatur ab 🜂. Cave ne flammam concipiat, eximatur e vase, & ponatur in vas vitreum, superaffundatur guttatim 🜄V, donec ebullitio cesset, dein lenissimo calore ∴æ abstrahatur 🜄V ad siccitatem. Materia remanens in CCta eximatur, affundatur 🜄 pluvialis destillata, ne feces in 🜄 hæreant, & edulcoretur toties, donec nullus sapor amplius percipiatur. In 🜄. remanebit ♀*is albissimus* vel *grysei coloris*, pro Sulphuris bonitate: Si gryseus est, 🜂iatur in ✢bulo & albescet; Destillatum, quod prodit per XX. est aliquando coloris rubei, aliquando flavi, vel etiam albi, quod tamen non abjiciendum, sed stet per aliquot menses, vase non fortiter obturato, ac dein affusa 🜄 dicta pluviali abstrahatur lenissimo calore balnei vaporosi,

porosi, & remanebit etiam ♀*is albus edulcorandus*, ut supra, & servandus, vel cum priori miscendus. Primi ♀is dosis est gr. VIII. X. Hujus vero gr. iij. v. in *liquore bezoardico*, vel *antifebrili*. Arcanum est majoris faciendum, quam bezoar orientale.

Tantum.

Hucusque MARC. MARCI certe non inelegans scriptum, in quo hoc unum adhuc monendum habeo, quod alicubi mendosum, & obscurum mihi videatur. *Lector* tamen benevolus, tametsi fortasse mentem auctoris ubique assequi non valeat, in clarioribus ejusmodi medicamenta reperiet, quorum vel unum selegisse, legendi tædium pensabit: Vale!

* * *

PHARMACOTHECA PORTATILIS,

usibus

Illustrissimi S. R. I. Comitis GEYERI de GIEBELSTATT,

d. 5. Novembr. 1684. *consecrata*

à

ROSINO LENTILIO.

L. B. S.

HÆc *Pharmacotheca* jam inde ab Annis duodecim in usum *Illustriss. Comitis* GEYERI de GIEBELSTATT a me excogitata & instructa, dictum *Illustriss. Dn. Comitem* & *Illustriss. ejus Conjugem* in *individuo* tangit, eorumque affectibus & temperiebus est accommodata. Medicamenta etiam, quæ illic adservarunt, aliqua sunt LUDOVICIANA, aliaqua WEDELIANA, non omnia ex meo ingenio prognata. Si jam denuo esset ejusmodi quid concinnandum, alia procul dubio pharmaca, eaque fortasse magis his annis probata hinc inde substituissem Quod autem hæc ipsa *Illustriss. Dn. Comiti* hactenus multis, se usibus commendarint, & etiamnum commendent, nihil immutandum nunc esse duxi. *Benevolus Lector* nostris conatibus bene cupiat, precamur.

* * *

Entwurff deß Räyse-Apotheckleins / so recht ins Gevierdte eingetheilet / und einen Schuch in die Breite und Länge hält.

Das obere Haupt-Fach.

Conserva Rosarum.	Tinctura bezoardica.	Essentia carminativa.	Mel Rosatum.
Elixir proprietatis.	Tinctu-ra Casto-rei. Sub his	Spiritus salis armo-niaci. vitris.	Tinctura gummi laccæ.
Ad usque quartam antelucanam.) Est signum *febris tertianæ* putræ, cum paroxysmus tantum per X. horas durat.

Lumbi dolere.) Quia ibi vasa magna ob effervescentiam sanguinis distenduntur, distenta autem a pancreate & ventriculo comprimuntur. Nam dolor lumborum semper fit, si pancreas multis recrementis refertum turgescat, & ita vasa comprimat. Pancreas enim feces sanguinis s. floces deponit ad intestina. NB. Qualis color in sedimento ☐ observatur, talis etiam est in alvi fecibus; nam in illo subtilius, in hoc crassius excrementum, ejusdem tamen conditionis, quoad cætera, reperitur.

Genua labare.) Est symptoma motus imminuti, quia ob lumborum dolorem afficitur plexus nervorum cruralium, per musculos *psoas* descendentium. Scil. comprimuntur illi a pancreate, excrementis turgente, atque ita est signum pancreatis affecti. Sic & in scorbuto, ob pancreas spurcitiis refertum, motus læsiones in cruribus accidunt.

Cum nova Luna calor remittere.) Est signum declinationis.

Circa meridiem nullus.) Est signum *intermittentis febris.* Duravit autem paroxysmus per 16. horas, atque ita est *tertiana notha*, non pura.

Vesperi rigor longus.) Novæ *febris* invasio.

Subitus calor.) Id est, qui statim totus magnus est, & protinus subit.

Cum calore vomitus.) Signat sedem affectam, & *febrem* esse ex ventriculo, quod nunquam fallit. A vehementi enim calore effervescunt humores in ventriculo, & sic vomitus excitatur. Quod autem hoc fiat a calore nimio, apparet inde, quod statim vomitus sistatur, si frigidam superbibamus. Sic in *quartana* nunquam accidit vomitus, quia calor lente ascendit, nisi forte tempore horroris multum biberit æger, atque ita ventriculum gravavit.

Excreta varia.) Signant cruditatem variam.

Flava) scil. ex adustione pinguium, virescentia a corruptione aquosorum; lenta, viscida, pituitosam materiam. Cur autem non cesset *febris* post ejectam hanc vitiosam materiam, ratio est, quia non tota est ejecta; nam glutini sæpe illi, tunicarum ventriculi, inducto, adhæret subtile aliquid, quod ipsum nullo medicamento melius, quam *elixire proprietatis*, potest deleri.

Cætera ut primo die.) Arguunt etiam *tertianam* esse.

Urina crassa, pallida.) Est, quæ ex albo flavescit, signant cumulationem cruditatum.

Pulsus initio parvus, rarus, &c.) Parvus & rarus fit, quia non attollitur arteria: non attollitur arteria, quia sanguis non rite ebullit: sanguis non rite ebullit, quia spiritus a crassis flatibus in corde, tempore rigoris, coarctatur. Inæqualis, ob luctam naturæ contra flatus istos crassos. Deinde creber, quia spiritus se exserit. Tardus, ob copiam vaporum in sanguine: Est enim tum, quasi *plethora* apparens, sanguis enim cum impetu irruit; arteriæ vero non possunt ita celeriter attolli, sic fit tardus. Durus autem, quia arteria nimis dilatatur. Rarus tandem, quia remittit fervor in sanguine. Magnus & mollis, quia jam isti crassi flatus sunt resoluti, & arteria blando vapore repletur.

Curatio.

AD tria *Indicantia* hic respiciendum. Primum est *cruditas ventriculi*, 2. *Colluvies in pancreate.* 3. FEBRES *duæ.* Hæc tria proprium singula focum habent, ventriculum, pancreas, utrumque & præterea ipsam massam sanguineam.

1. *Cruditas nidorosa ventriculi* ablationem postulat per *vomitionem*. Urget hanc vomitio præcedanea. Tempus dandi *vomitorium* est ante paroxysmum. Materia *vomitorii* supra fuit subministrata.

2. *Colluvies pancreatis*, &c.

3. *Cacochymia sanguinis*, quæ est *biliosi-*

liositas vitellina, expostulant concoctionem & segregationem, ac tandem expurgationem. Concoctio quidem opus Naturæ est, sed hanc Medicus debet adjuvare, quando non sufficit. Cognoscitur autem, quod sufficiat, quando symptomata non invalescunt præter modum. Si autem nimium invalescant, tunc Naturæ succurrendum. Hic, cum præparatione non egeamus, & materia sit sequax, blandum *purgans* sufficit; e. gr. ℞. *fol. senn.* ℈ß. *coq. in* ▽. *cichor. s. q. Colat. detur.* Hoc medicamentum ego quotidie soleo talibus exhibere. Primo autem evacuabuntur atra & nigra, post crocea, saturate flava, & tandem *gesta cerevisiaria* instar, & tum est abstinendum.

NB. Materiam concoctam esse, monstrant urinæ, quando sedimentum deponunt vel crassum, vel vitellinum, & quando citius Enæorema deponitur, & magis cocta est materia, it. quando symptomata remittunt & redit somnus.

Hist. IV.

Febris intermittens Quartana.

NObilis femina prolis numerosæ matri, biennium effeta & muliebrium incerta, sexti septenarii ultimo anno claudit iura femineos rivos, æstate adulta & inæquali. Facie erat florida. Fit prærubra. Rubor initio fugax deinde stabilis, puniceus. Animo erat ad omnia æquo. Fit iracunda, suspiciosa, mæsta, pavida. Pulsus crebrescit, inanior factus, & humilior. Vola ardens, pedes frigidi. Urina erat suspicea, fit aquosa. Alvus fluida, medio autumno sicca. Murmurat venter, ardent Genæ. XIII. Cal. Novembr. Asellos pransa sub vesperam horret, oscitat, pandiculatur. Incenditur velut lapis. Acris calor, perseveranter, siccus etiam sequenti meridie nullos. Horrenti pulsus parvi, obscuri: calescenti, tardi & rari in principio, postea frequentes. Primum integro, urina flammea, cætera bona.*

Resolutio hujus casus.

PRoponit hic casus *febrem intermittentem Quartanam.*

Nobili.) Dicit vitæ genus molle ac otiosum, vivens ex sudore alieno, adeoque curis vacuum. Tales enim adversa ferre nequeunt, gravius affliguntur aliis, juxta *aphor. 49. lib. 2.*

Femina.) Sexum dicit: nam includit & virgines, puellas, uxores.

Prolis numerosæ matri.) Est, quæ sæpius peperit. Amat enim mulier sæpius renovari per puerperia & menstrua. Per crebros autem partus ampliantur vasa, unde tales magis pinguescunt, & fiunt Stuhlfitzers.

Biennium effeta.) Desiit concipere propter ætatem. Per totum autem biennium & ultra feriari, ipsa insueta erat.

Muliebrium incerta.) Id est, quod menses quidem, sed incerto tempore, & quantitate insolita & modo inconsueto patiatur. Ratio hujus est, quod naturalis quantitas non deferatur ad uterum, atque ita non stimulet expultricem,

tricem, ſed ibi remaneat, donec corrumpatur, & ſic aliam qualitatem pravam adſciſcat, qua Natura ſtimulatur.

Sexti ſeptenarii.) Id eſt 49. ætatis anno, quod eſt tempus ordinarium (fit enim ab anno 42. ad 49.) ceſſarunt menſtrua.

Æſtate adulta.) Id eſt, ſub finem æſtatis.

Inæquali.) Id eſt, tempus quod ſibi non conſtat. Tale autem tempus non erat commodum, ut tunc ejus menſtruatio clauderetur, quia ſanguis tunc eſt acrior & bilioſior: præſtitiſſet ergo, ſi hic adhuc fuiſſet excretus, cum alias aſſueta fuerit largiter purgari.

Facie erat florida.) ſcil. dum adhuc menſtrua pateretur.

Fit prærubra.) A copia ſanguinis uſti aliquo modo, & arguit conſtitutionem calidam & ſiccam corporis.

Rubor initio fugax.) Qui ſtatim oboritur, & ſtatim iterum perit; ſignat levem ebullitionem in ſanguine & conatum Naturæ ad expellendum.

Deinde ſtabilis.) Arguit majorem colluviem & uſtionem, adeoque melancholicum ſanguinem.

Puniceus.) Intenſe ruber.

Animo erat ad omnia æquo.) Signat eam fuiſſe optimi temperamenti, mores enim ſequuntur temperamentum.

Fit iracunda.) Signat conſtitutionem melancholicam, bilioſam, cum ſpiritu tenui.

Iracunda.) Id eſt, quæ facile iraſcitur, & iram ſervat, & notat ſpiritus igneitatem & tenuitatem, ob quam valde irritabilis eſt.

Suſpicioſa.) Signat ſpiritum obnubilatum, & ſanguinem melancholicum. Idem arguunt, *mæſta, pavida.*

Pulſus crebreſcit.) Signat uſum auctum, ob uredinem ſanguinis intus latentem. Spiritus enim igneſcit, ob conſumtionem vaporoſi & blandi illius in ſanguine, nam naturaliter ſanguis ſuffuſus eſt tali blando vapore, qui ejus æſtum temperat, & exſiccationem impedit, quia autem hic ſanguis uritur & exſiccatur, fuligines copioſius elevantur, unde pulſus crebrior.

Inanior factus, & humilior.) Signat ſanguinis paucitatem, & ſpiſſitudinem, quia exſiccatur ſanguis, & fit ſiccus, craſſus, lentus, uno verbo, piceus.

Volæ ardent.) Notat ſanguinem acriorem & fuliginoſiorem. Chimicis Sulph. uſtum in ſanguine. Cur autem iſte ardor potiſſimum in vola ſentiatur, fit ob tendinem latum, per manum diſpanſum, quia per illum fuligines non poſſunt exhalare, perpetuo illum lancinant, & talem æſtum faciunt. Hoc autem nunquam accidit, niſi quando adeſt talis ſanguis piceſcens, qui uritur tenui, ſicco igne.

Pedes frigidi.) Quia ſanguis eſt craſſior, & ſpiritus debilis, non totus refertur ſanguis a pedibus, ſed ibi relinquitur, unde frigent, & niſi novo ſemper alluente ſanguine hic relictus foveretur, tandem plane ſequeretur gangræna. Signant autem pedes frigidi ſummam imbecillitatem & languorem ex conſumto ſpiritu.

Urina ſubſpicea.) Eſt gradus flavedinis, & ſignat conſtitutionem muliebrem.

Fit aquosa.) Urina aquosa non signat obstructionem viscerum, quod Auctores volunt, sed absolute signat imbecillitatem caloris, &, quod biliosum sanguinis non tingat urinam. Non tingit autem urinam biliosum sanguinis, quando illud vel non uritur, vel non separatur. Hic quidem sanguis uritur, sed calor ad id debilis est, ut non possit secernere.

Alvus fluida est.) Quando excreta liquida, quæ non consistunt, & quidem sæpe egeruntur. Signat autem constitutionem humidiorem.

Medio autumno sicca.) Ob adustionem sanguinis.

Murmurat venter.) A copia flatuum, qui colliguntur in colo, & cavo isto inter ventriculum, lienem & mesenterium. Signat autem debilitatem caloris, qui non potuerit digerere flatulentam materiam.

Ardent genæ.) Ab acribus fuliginibus per arteriolas, quibus illa pars copiosis prædita est, delatis, & signat æstuationem sanguinis, corque & pulmones affectos.

XIII. Cal. Nov. asellos pransa.) Hic detegitur *caussa ἀφορμὴ febris.* Quia enim hoc corpus jam dispositum erat ad ignem concipiendum; ad crudos autem hos cibos digerendos opus aucto calore esset, prorupit hic ignis. De *Concoct. vid.* CAMPANELL.

Sub vesperam horret.) Est signum proprium *Quartanæ.*

Oscitat, pandiculatur.) Oscitatio fit a vapore calido, humido, tenui s. aëreo, e ventriculo, ope diaphragmatis expresso. Oscitatio, & pandiculatio in *Quartana* sunt indicium redeuntis caloris.

Incenditur velut lapis.) Id est, gradatim & lente, quod etiam est signum *quartanæ* proprium.

Acris calor.) Signat fuligines igneos.

Perseveranter.) Qui diu remanet in pulpis digitorum.

Siccus.) Qui non madefacit vaporibus expurgantibus pulpas digitorum.

Siccans.) Est, qui etiam pulpas digitorum exsiccat; & quasi corrugat, ut in *febribus ardentibus* accidit.

Sequenti meridie nullus.) Duravit itaque per 18. horas paroxysmus, & rursus est signum *Quartanæ.*

Horrenti pulsus parvi, obscuri.) Obscuri pulsus sunt, qui suspensa manu non percipiuntur, nec etiam, si fortiter deprimatur arteria, sed si modice prematur. Signant autem hic spiritum retractum.

Calescenti tardi & rari.) Signant spiritus paullatinam emersionem.

Postea frequentes.) Spiritus victoriam!

Primum integro.) Id est tempore intermissionis.

Urina flammea.) Id est, quæ nihil aliud vitii habet, quam, quod flammæ instar luceat & splendescat, & signat cruditatem materiæ morbificæ, seu sulphur subtile excrementitium simul

mul ac enim materia coqui incipit, perit ille flammeus color.

Curatio.

Indicationes hic sunt (1. *spiritus roboratio*, qui laborat (a) ab exhausto a diuturno malo, (b) ab oppresso a piceo sanguine; Ergo hic jam duo debent præstari. 1. *Defectus spiritus debet resarciri, & ejus substantia renovari.* 2. *Illud, quod opprimit, auferri debet.* Hæc ablatio aliter fieri non potest, nisi per *V. S.* Sed illa tamen caute esset administranda, ita, ut per partitas vices detrahatur, & tempore intermedio semper *confortantia* usurpentur, quia spiritus debilis est, nec magnas evacuationes ferre potest. Confortandus itaque spiritus talibus, quæ ⊖e *volatili* abundant, ut in *magisteriis perlarum & Coraliorum veris.* 3. *Æstus etiam iste sanguinis p. n. temperandus*, & 4. *sanguis per sudores a fuliginibus acribus liberandus*; sed sudorifera debent esse talia, quæ simul spiritum confortant. His itaque *indicationibus* se satisfacere posse existimat *Dn. Præses*, si ⊖ *mirabile* GLAUBERI, & *verum* ☉. *potabile* obtineret: Cum *Galenicis* vero medicamentis & vulgaribus hunc affectum curare impossibile, quia jam sit quasi *Hectica introducta & confirmata.* Similem fere affectum HIPPOCRATES curavit in *Clinico Nephritico in lib. Epid.*

Quoad *Diætam*, talibus convenit potius dare cibos solidos, quam molles. Sic HIPPOCRATES pisces *Rajas, ranas* &c. exhibet, ut calor iste acris in eos agat, qui molliores corrumpit.

De Quartana intermittente vulgari.

Vulgaris vero *Quartana* sedem habet in pancreate, & oritur a fece sanguinis ibi retenta, prout nunc magis, nunc minus lentior est, ita nunc longior, nunc brevior est *Quartana*, ut FERNELIUS recte docet. Quod autem in *Quartana* tam longa sit cessatio, fit tum ob sedem ignobilem, tum ob mitem materiam. Quod mitis materia sit, probat etiam longitudo *febris*, quæ tamdiu cum vita ægri durare non posset, si esset a materia fera.

Curatio itaque hujus *Quartanæ* optime fiet, si sequentes attendantur *indicationes.* (1. Ut *pancreas obstructum ab ista materia retenta p. n. liberetur.* (2. *Fuliginosum illud, quod in sanguine, ob obstructionem pancreatis, commutatum est, discutiatur.* Materia pancreas obstruens cum sit incoctilis, præparatione non indiget, sed statim *evacuanda*; evacuatur autem optime per *vomitum*, quia *vomitoria* maxime excitant calorem in corpore, unde ebulliunt humores, atque fluxiles redduntur. Deinde a ventriculo distento & agitato, comprimitur pancreas, unde humores in eo latentes exprimuntur, & tandem ipse humor ad ventriculum vergit, propter propinquitatem, quia in intestinum duodenum exoneratur naturaliter. Materiam *vomitorii* hic commodam subministrat *radix asari* data a ʒß. ad ʒj. in *pulvere*, quo vel 200. curavi. Vehementius & fortius hic conveniens *vomitorium* est *vitrum* ♁. *infusum cum* aroma-

aromatibus. ⊖ *autem Vitrioli* saltem phlegmata mover. *Gummi guttæ* etiam non frequenter debet usurpari, quia in se habet realgar, quod pulmones exulcerat, & si adhibeatur, debet cum ∀ i extrahi.

Vomitoria autem hæc debent dari ante paroxysmum, ut motus Naturæ juvetur, & debet bis vel ter repeti.

Post *vomitorium* ad fuliginosum illud in sanguine discutiendum, debent exhiberi *sudorifera*, & quidem etiam ante paroxysmum. Melius autem esset, si talia *vomitoria* haberemus, quæ simul moverent *sudorem*, quale ⊙ *horizontale* HELMONTII, quod nihil aliud est, quam MERCURIUS FIXUS.

Quoad *Diætam*, *Vinum* in hac *febre*, & exercitia concedenda.

Hist. V.

Febris Cardiaca & Hectica ex Corde.

PRincipi a Secretis Vir Juvenis, macilentus, mœroribus, curâ, laboribus, æstate fervida confectus, d. 20. Augusti. tempore pomeridiano accipit triste nuncium, percellitur, friget, calet. Pulsus initio contractus, valde est inæqualis, redit magnus, frequens, æqualis. Oculi prominuli, facies rubicunda. Tempora pulsantia. Calor magnus, siccus, blandus. Sub Gallicinium minor: mane minor, ante meridiem quasi nullus. Manere interim in pulsu frequentia; in corpore calor ad primum tactum mitis, postea acris in arteriis, serius in carne. Hoc statu is perseverare tertio, etiam quarto die. Quinto prandet carnes. Tempore meridiano & pulsum Medicus frequentiorem, & corpus reperit calidius, sine tamen molestia ægri. Urina parum absimilis sanæ.

Resolutio hujus Casus.

PRoponit hic *febrem cardiacam & hecticam ex corde.*

Principi a Secretis.) Dicit vitæ genus sollicitum, & propterea agitationem spiritus, exindeque sanguinis calefactionem & exsiccationem, ut & ventriculi Cruditatem, quia spiritus ad coctionem requisitus, per meditationes avocatur.

Vir Juvenis.) Dicit constitutionem calidam & siccam, ideoque aptitudinem ad talem morbum.

Macilentus.) Signat talem, qui non habet sufficientes carnes, ob defectum sanguinis boni, & talium constitutio est fervida & sicca, unde si corpora tangas, calida sunt, facile irascuntur, plurimum cibi sumunt, sed non concoquunt, quia eorum ignis urit potius cibos, quam coquit.

Laboribus, curis, mœrore confectus.) Hæc omnia signant *hecticam* dispositionem, scil. igneam & siccam: Consumtus enim est spiritus a laboribus, qui eum jactant; curis, quæ eum inflammant; mœrore, qui eum contrahit, a quibus impeditur transspiratio, & sic fervidi & ignei fuligines in sanguine retinentur & cumulantur.

XX. Augusti.) Tempus est fervidum & siccum, præcipue pomeridiano tempore.

Accipit

Accipit triste nuncium.) Hoc est *caussa proxima*, seu προηγουμένη hujus morbi.

Percellitur.) Signat vehementiam affectionis, quam spiritus percepit ab isto nuncio, quando autem percellitur spiritus, tunc quasi unitur & concentratur, ex hac autem concentratione magis factus est igneus.

Friget.) Signat leve frigus, (wann einem der Tod übers Grab laufft/) & tale frigus in omnibus *febribus ardentibus* fere, etiam *peste* solet persentisci.

Calet.) Hæc est invasio *febris*. Calet autem dicit, quod statim in rigore fuerit *febris*.

Pulsus initio contractus.) Ob affectum animi, cor quasi constringentem, postea vero pulsus liberior, remoto eo paulum.

Oculi prominuli.) Pertinet hic dolor oculorum ad symptomata simplicium affectuum, & quidem illud, quod pluribus sensibus percipitur, *vid. meletem. in pathol. c. 114.* Nam tumores omnes, qui vulgo pro morbis magnitudinis venditantur, non sunt morbi, sed symptomata, *vid. cit. l. cap.* 37. 38. *ad* 41. Prominentia autem hæc oculorum fit a vaporoso seu fuliginoso sanguine, & est signum *febris* spiritalis, quapropter & in *ephemera* sæpe occurrit.

Facies rubicunda.) Fit a sicco & usto sanguine, & signat æstum siccum.

Tempora pulsantia.) Quia arteria temporalis valde distenditur, & musculum quoque temporalem distendit, unde in meatu auditorio, qui sub osse temporum ascendit, motus iste percipitur.

Calor magnus.) Magnus est, qui valdopere & subito manum tangentis calefacit.

Siccus.) Qui non madefacit digitos, & signat sanguinem siccatum, & benignum vaporem periisse.

Blandus.) Qui non rodit. Et hæc omnia significant *febrem* spiritalem.

Sub Gallicinium minor &c.) Signant hæc remissionem; quia autem ita remittit, videtur quasi esse periodica, & hoc faciunt *ephemeræ*, præcipue, cum transituræ sunt in *synochum putridam*.

Manere interim.) Est signum *febris* remanentis & continuantis.

Ad primum tactum mitis, postea acris in arteriis.) In arteria tantum; quando autem statim etiam in carne sentitur arrodi, tunc consummata, & summus gradus *hectica* est. In principio autem apparet mitis, non acris, quia fuligines ita sunt tenues, ut non possint sentiri, nisi plures commutentur.

Hoc statu is perseverare.) Hoc indicat, non esse periodicam, quia habet continuationem ulteriorem, & videtur quasi *ephemera*: Sed distinguitur & ab hac, quia calor acris est, & in eodem statu persistit, quod infallibile signum *hecticæ* est, habere calorem scil. tenuem, acrem, in eodem statu 20. 30. 40. diebus perseverantem.

Quinto prandet carnes.) Hoc est signum

gnum illud certum Auctorum, post cibos assumtos magis incalescere.

Urina parum absimilis sanæ.) Nota *febris* spiritalis, & massam sanguineam non esse inquinatam.

Curatio.

Quia hic morbus potissimum dependet a tristi illa imagine, per triste nuncium spiritui impressa, & fovetur a mœrore, per utraq; vero hæc sanguini fervor & siccitas inducitur. Ad tria hæc curatio dirigenda; scil. (1. *Spiritus alterandus, & a tristi illa imagine liberandus,* quod melius fieri non potest, quam, si tollatur id, ob quod triste fuit ipsi hoc nuncium. E. gr. si fuit ira principis, reconcilietur ei favor ejusdem. Ut enim in viperæ morsu ab ipsa vipera auxilium petimus, ita & hic fieri debet. (2. *Mœror tollendus.* Hoc optime præstamus, si provocemus somnum. Materia hujus remedii potest esse *Opiatum* aliquod, cum *magister. Coral.* nam ita non solum somnum excitamus, sed & æstum sanguinis sedamus, & sudorem provocamus. Ad hunc scopum potest etiam subinde exhiberi *emulsio sem. papav.* aut quod melius, *Decoctum capitum papav.* leviter expressum, nam *emulsiones* valde pingues sunt, quia *oleoginosam* potissimum partem ex seminibus extrahunt, & sic facile inflammantur; & præterea ob dulcedinem tonum ventriculi dejiciunt. (3. *Sanguis temperandus* scil. blande *humectantibus,* e. gr. *vino buglossato,* it. ▽, *cord. frig. Herc. Sax,* quæ plane nobilis est, it. *magist. perl. Coral. Ocul.* ♋. *ver.*

Tandemque *Diæta* hic rite observanda, quia in hac fere tota Cura consistit. Debet autem esse *humectans*; animus exhilaretur, somno spiritus recreetur, corpus modicis laboribus exerceatur, alvus aliquando, si officium non facit, *enemate* eluatur.

Hist. VI.

Imbecillitas Ventriculi.

Novus maritus, Juvenis succulentus & floridus, strenue apud conjugem tota bruma meretur. Habetur apud Socrum laute. Cibo sumto in præcordiis tumor. Veste laxata videri discussus. Indies redire tamen. Paullatim accedere dolor tensivus, vibrans. Appetitus abire. A cibo gravitas instar lapidis, densa respiratio. Rugitus, borborygmi, ructus, crepitus crebri, jejuno vomitus facilis, parvus, aquosus, acidus. Post tempus, mane nausea, ante vesperam vomitus dulcis. Urina albæ, crassa. Pulsus parvus, rarus, mollis. Somnus longus. Corpus ignavum.

Resolutio hujus Casus.

Hic casus proponit *Imbecillitatem ventriculi.*

Novus maritus,) Dicit vitæ genus lautum, hilare, joviale, quod plerumque cum multis epulationibus est junctum, unde vigiliæ in noctem, somni in diem protrahuntur, & tandem Veneri strenue litatur, atque ita multas occasiones præbet, ad cruditatem imperfectionis colligendam in ventriculo.

Juvenis.) Signat ætatem.

Succulentus.) Succulentum corpus est, quod in habitu multo bono sanguine est refertum, & signat constitutionem calidam & humidam.

Floridus.) Id est bene coloratus, seu, qui habet faciem succulentam, & signat sanguinem laudabilissimum. Hæc autem tria singula ostendunt, quod ejus constitutio ad copiam seminis producendam fuerit apta, quæ aptitudo etiam ad liberalem coitum invitavit.

Strenue apud conjugem &c.) Dicunt spirituum agitationem, & tandem conjunctionem, quia nimis frequenter, & non justo tempore, cibo nondum concocto Venerem exercuit, unde spiritus a coctione fuit avocatus. Hinc cruditates in ventriculo.

NB. DEMOCRITUS interrogatus, quando aliquis debeat venerem exercere, respondit quando aliquis vult debilior seipso fieri. Et CELSUS *lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. dicit: Rara venus corpus firmat, frequens solvit.

Habetur apud Socrum laute.) Signant auctionem cruditatum. Hic enim mos matrum est, ut novis maritis omnes vitæ mollities concedant, immò suadeant, sed ab his coctio perturbatur. Et hæc cum priore pertinent ad præviam dispositionem & *caussam ἀφορμήν*.

Cibo sumto in præcordiis tumor.) Hæc dicitur inflatio ventriculi, & est primus gradus βραδυπεψίας, fit autem ob calorem debilem; quia enim calor debilis est, mot⁹ ventriculi peristalticus quoq; imminuitur, atque ita cibos non recte complectitur. Deinde calor iste debilis, cibos aggrediens, multos quoque vapores excitat, qui tam intra illud spatium, quod inter cibos & ventriculum intercedit, collecti, illum tumorem præcordiorum excitant.

Veste laxata videri discussus.) Quia ventriculus spatium ita accipit.

Indies redire tamen.) Signant morbum jam factum, & spiritum jam eo redactum esse, ut non amplius bene concoquat.

Paullatim accedere dolor.) Signa *dyspepsiæ*, quia cum dolore fit concoctio.

Intensivus.) Est is dolor, quando venter, ut vulgo dicunt, quasi rumpi videtur.

Vibrans.) Est, quando pars quasi jaculo finderetur, dolet, & a flatu acri, nunc in hanc, nunc in illam ventriculi partem irruente, vel potius, a flatu copioso & sicco.

Appetitus abire.) Scil. consueto tempore non ferebatur ad cibos, & signat languorem spiritus.

A cibo gravitas instar lapidis.) Inducitur cibis quasi crusta pituitosa, ut videmus in pultibus, unde istud pondus a compacto ita chylo sentitur in ventriculo.

Densa respiratio.) Id est, quando multum cogimur, & frequenter respirare, & tamen in respirando impedimur; fit autem talis ob diaphragma oppressum, & usum auctum, propter calorem debilem.

Rugitus.) Est a flatu concluso in ventriculo.

Borborygmi.) A flatu concluſo in inteſtinis.

Ructus.) A flatu e ventriculo cum ſtrepitu exeunte.

Crepitus.) A flatu per inteſtina cum ſtrepitu exeunte.

Crebri.) Signant hæc omnia caloris majorem imminutionem, qui quidem cibos aggreditur, ſed eos non digerit, ſed vapores ſaltem excitat, unde flatus.

Jejuno vomitus &c.) quoad modum *facilis*, quoad quantitatem *parvus*, quoad ſubſtantiam, *aquoſus*, quoad qualitatem, *acidus*.

Jejuno,) quia noctu calor vitalis, utpote, qui non ab animali abſumatur, melius poteſt agere in cibos. Sed quia tamen, ob debilitatem multum adhuc pituitoſi relinquit, mane ſpiritus animalis excitatus & lancinatus a pituitoſo illo, per vomitum illud egerere tentat. Acidus fit a calore ſicco & tenui.

Poſt tempus mane nauſea.) Eſt ſignum caloris magis debilitati, conatur enim, ſed non poteſt egerere.

Ante veſperam vomitus dulcis.) Eſt principium *apepſiæ*. Nam, natura quidem adhuc adgreditur cibum, & eum colliquat, ſed non in perfectum chylum vertit; quoniam autem non rite rareſit cibus, concidit, & fundum ventriculi onerat; unde natura onerata eum per vomitum ejicit.

Urina albæ, craſſæ.) Albæ ob debilitatem caloris; craſſæ, ob copiam humorum crudorum, quæ jam in ſanguinem fuit traducta.

Pulſus parvus,) facultatem debilem; *rarus* uſum imminutum; *mollis* arteriam humidam, id eſt, ſpiritum cruditatibus obrutum.

Somnus longus.) Signat nebuloſum ſanguinem.

Ignavum corpus.) Id eſt, torpidum & ſegne, ad omnes actiones & motus, & ſignat languorem ſpiritus, ab oppreſſo & exhauſto. Totius itaque morbi hujus ratio in *ſpiritus debilitate* conſiſtit.

Curatio.

DUo hic potiſſimum occurrunt morbi: *Atonia ventriculi*, & *Cruditas*. *Atonia* conſiſtit in defectu calidi & copia humidi; ergo duo indicat: (1. *Calidi reſtaurationem & vegetationem*; (2. *Humidi exſiccationem*. *Cruditas* vero collecta ab indigeſtis cibis *indicat ſui ablationem*, & præterea, ſi venus adhuc continuetur, præbet illa *indicans præſervatorium*, & *abſtinentiam indicat*. Jam videndum, quodnam ex his ſit urgentius? *Cruditas* certe eſt, utpote, qua remanente, nec calor vegetari, nec humiditas exſiccari poterit. Ergo hæc tollenda, & jam inveniendum eſt remedium. Materia remedii commodiſſima, immo neceſſaria, eſt *vomitorium*. Sed quæritur, an hic *vomitorium* conveniat, cum ventriculus ſit bene flaccidus, qui ſe conſtringere non poſſit? Certe *vomitoria* in hoc caſu, etiam juſta doſi exhibita, nihil faciunt, ſed fruſtra adſumuntur: quid ergo tunc agendum? *Purgatio* non conve-

convenit, quia non indicatur: non enim *purgatio* potest vicem *vomitus* sustinere, immo prohibetur; quia vires magis dejiceret, & fermentationem & commotionem in sanguine faceret. Ergo tunc statim ab initio monendum, morbum fore longiorem, & danda talia, quæ cruditatem illam imperfectionis corrigant, & concoquant, (quia enim cruditas imperfectionis est, adhuc est coctilis, non item, quæ est corruptionis, etiam coqui potest.) Talia sunt, quæ calorem ventriculi resuscitant, humiditatem exsiccant, & laxitatem ventriculi aliquo modo adstringunt, ut calida & sicca. Sed hæc non debent dari in forma liquida, quia hæc ventriculum magis laxarent, neque in *pilulari*, quia in *pilulas* semper ingreditur *aloë*, & deinde non nisi in pauca quantitate adsumi possunt; sed hic medicamenta debent aliquantum in majori quantitate, quoad scil. consistentiam sumi. Convenient ergo hic optime *condita*, quale sequitur, quod ego soleo adhibere, & multoties expertus sum.

℞. *Rad. cond. cichor.* ℥iß.
helen. acor. aa. *cond.* ℥ij.
conserv. menth. crisp. absinth. Rom. aa. ℥ij.
rosar. r. flor. cichor.
miv. cydonior. aa. ℥ ß.
limat. ♂. ℥ij.
confect. alkerm. de hyacinth. aa. ℥iß.
theriac. vet. s. mithridat. ℥j.
syr. menth. cr. q. s. M. F. conditum.

Sumat quotidie mane jejunus, & in prandio ac cœna, statim a pastu, quantitatem *nucis juglandis*.

Conveniunt autem in hoc affectu potissimum *condita*; quia non statim effluunt, ut liquida, & quia facile dissolvuntur, a quavis humiditate. *Pilula* autem in talibus ventriculis pituita incrustantur, nec dissolvuntur, quemadmodum post aliquot hebdomadas vidi *pilulas* ita pituita incrustatas rursum per *vomitum* rejectas. *Pulveres* vero a pituita compinguntur & conglobantur. Mane exhibeo, ut præcaveatur nausea, quæ jejunis accidit. In prandio ac cœna statim a pastu etiam præbeo, ut simul cum cibis diluantur, ac per totam massam diducantur, & misceantur, & sic aliquamdiu cum cibis remaneant in ventriculo, ut ipsum roborent, & deinde quoque una cum chylo distribuantur, & spiritum in sanguine recreent. Potest talibus *conditis* præterea etiam addi *spir.* ⊖. rite præparatus, & bene *dulcificatus cum* 🜄. cujus unica etiam guttula efficaciter solvit pituitam. Quoad autem ingredientia hujus *conditi*, *rad. cichor.* ut & *flor. cichor.* valde temperant reliqua calida. *Rad. helenii* nunquam debet sola dari, nam tenue, quod habet, nimis est *volatile*, quam ut possit spiritum reficere; crassum autem ejus ventriculum replet. *Mentha* vero *crispa*, *absinthium Romanum* dulcius, (non autem *ponticum*;) *fl. rof. miv. cydon.* cum leni adstrictione ventriculum commodissime roborant. Quod si debilitas ventriculi major, potest

conditum efficacius reddi *nuce moschata*; si adhuc major, *theriac.* & *mithrid.* ad ℨij. additis; si flatus simul abundent, *philon. rom.* sed non ultra ℈iiij. Ego hanc proportionem servo, ut ad ℥j. *conditi* addam *theriacæ*, vel *mithridat.* ℈ß. *philon. rom.* gr. iiij. *vel* vj. Aliquando vero solum *cinnamomum* addo, ad ℥ j. *conditi* gr. v. *cinnam.* Nam hæc calida non debent in magna quantitate admisceri, quia valde siccant, atque ita sitim excitando cogunt ægros bibere in media concoctione, unde omnia rursus turbantur; quapropter monendi sunt ægri, ne in prandio multum bibant, præsertim de recenti cervisia, de veteri autem plus concedi potest, est enim instar vini. Cur autem in magna quantitate hæc *condita* præscribam, id facio ex Consilio prudentiæ, quia enim hæc medicamenta statim primis diebus levamen adferunt, ægri, si hac vice datum medicamentum consumserunt, illud non repetunt, & sic *recidivam* patiuntur: Si autem in majori copia ad ℥ix. vel ℥ x. fuerit præparatum, tunc evacuant illud, nec permittunt facile, ut pereat, a quo se levari indies sentiunt.

Sed accidit nonnunquam, ut ex horum medicamentorum usu alvus fiat adstrictior, quia calorem sc. vegetant, is vero vegetatus chylum fortius extrahit, quod si accidat, cavendum, ne purgans detur, sed imperandum salem ægris, ut consueto excernendi tempore semper conentur dejicere. Licet non statim sequatur excretio; tamen sensim sic stimulata Natura adsuescet rursus suo muneri; si vero per dies 6. aut ultra dejectio non sequatur, leni *clystere* alvus sollicitetur, e. gr.

℞. *Jur. carn. vitulin.* ℥viij.
mellis vilioris ℥ij. *vel* ℥iij. (braun Honig.)
♉. ℨß. *ad* ℨiß. *M. F. Clyster.*

Sed nunquam *purgatio* tentanda, ne *manna* quidem, nedum *pilulis Francofurtensibus*, quas describit *ROSENBERGIUS in Rhodologia*, & quorum Auctor est *AQUAPENDENS*, qui majori pondere eas assumsisse dicitur, quam ipse pendere, (mehr als er gewogen.) Nam illa *aloëtica* semper adstrictionem relinquunt, nec per lotionem *aloës* vis ejus adstrictoria corrigitur, sed potius *purgatoria* adimitur.

Deinde talibus ægris non statim *vinum* concedendum, nam calorem nimis subito excitat, hoc vero sensim fieri debet, juxta *aph. 7. lib. 2.* ubi HIPPOCR. efficax vocabulum ponit ἐπαναστρέφειν, quod nutrimento refici debeant tales sensim, quod simul vim habeat *roborandi*.

Quando autem simul adest maximus dolor, & pulsus frequentissimus, potest dari *laudanum* ad gr. ij. vel *philonium*, sed bene temperatum *frigidis*, *condito* addi.

Tandem post usum *conditi*, quærendum est, an ab ejus usu lingua aridior fiat, quod si fiat, statim temperari debet aucta quantitate *radicis cichorei*, *fl. bor-*

fl. borrag. vel ▽. *sigill.* aut *bolo armen.* additis.

Si autem hic affectus, quod sæpe accidit, ex cordolio oriatur, tunc commode additur *confectio hyacinth. alkerm.* vel pro divitibus *ambra ad gr.* iiij. vel vj. vel *magisteria Coral. vel perl.* vera non per *corrosivos spiritus* inde parata *salia*, sed, quæ in lingua, instar *butyri*, fluant.

Vinum Hispanicum & Malvaticum in tali imbecillitate ventriculi nocent, quod etiam notavit HOFM. *in Instit.*

Hic affectus descriptus vulgo habetur pro *hypchondriaco*, sed refutavit hoc MARTINUS MARTINIUS *in tr. de morb. mesent.*

Hist. VII.

Paraphrosyne.

STudiosus sensibus, ingenio, motu acutus, vividus, promptus, scientias mercatum mittitur in Academiam, quam, ut consequatur, animum castitate, corpus sobrietate, & modicis, pomeridiano tempore, exercitiis munitum. Prandium liberalius, cœna parcior. Corpori quiete data, animo ambulat per libros, legit aliquid, meditatur. Surgit in somnos nocte intempesta. In studia excitatur a gallo. Somnus initio placidus: inde tenuior cum insomniis, de rebus primo seriis, mox ridiculis, postea rixosis & igneis, tandem nullus. Pulsus parvus, frequens, siccus. Urina flammea cum nubecula. Venter officii valde negligens.



Resolutio hujus Casus.

Proponit *Paraphrosynen*, seu *mentis abalienationem*.

NB. Omnia vocabula, quæ desinunt in *itis*, signant *inflammationem* illius partis, a qua denominantur: Sic & *nephritis* non est calculus renum, sed est inflammatio renum. *Phrenitis* revera ap. HIPPOCR. est inflammatio diaphragmatis, sed post HIPPOCRAT. sumta fuit, & adhuc sumitur pro *inflammatione cerebri*, vid. *Aphor. 50. s. 7. Quibus cerebrum inflammatum est*; ita enim debet reddi, non *sideratum*: vid. HIPP. *lib. 2. & 4. de morb.* vid. & *FAVORIN. Lexicogr.* qui ita explicat.

Paraphrenitis est delirium ex febre, vid. *meletem. p. 223.* in *pathol.* *Paraphrosyne* oritur a spiritu subtili tincto, prout autem res illa est, quæ tincturam imprimit spiritui, ita nunc circa hoc, nunc circa illud mens aberrat. Tincturam spiritui impressam voco, quando superficialiter saltem character ille impressus est spiritui, ut in levibus deliriis, & aberrationibus mentis fit. Colorationem autem spiritus dico, quando spiritus totaliter infectus & inquinatus eo est, unde graviora deliria, & cum risu, de quibus *Aphor. 7. S. 6.* Si vero spiritus sit turbidus, fiunt *melancholia, mania*. *Deliria* autem ab intemperie cerebri deducere velle absonum, sed fiunt potius a valida impressione in spiritu, ut autem nunc talia vel talia fiant *deliria*, a sanguinis etiam dispositione pendet.

Studiosus.) Dicit vitæ genus labo-

 riosum

riosum, spiritus agitationem & æstuationem, &, per consequens, sanguinis impuritatem, quia aliorsum avocatur spiritus.

Sensibus acutus, ingenio vividus, motu promtus.) Signant spiritus tenuitatem, puritatem & copiam: ejusmodi autem spiritus facile afficiuntur, & impressionem suscipiunt, hinc tales etiam facile irritabiles.

Scientias mercatum mittitur in Academiam.) Pertinet etiam ad vitæ genus.

Ut consequatur animum &c.) Signant hæc omnia corpus non fuisse affectum, & multis cruditatibus obrutum; *castitas* autem spiritum multum, *sobrietas* spiritum purum faciunt. *Sobrius* autem est, qui tantum edit, quantum requiritur ad esse, non quantum ad robur, qui termini sunt HIPPOCRATICI. Exercitia modica negant adfuisse *cacochymiam*.

Prandium liberalius, cœna parcior.) Idem notant, & simul proponunt, quales esse debeant Studiosi. Cœna parcior, ut nox possit esse levis.

Corpori quiete data, animo ambulat per libros.) Lectio enim spiritu lasso statim producit somnum.

Surgit in somnos nocte intempesta.) Id est, se cubitum confert post 12mam ad tertiam horam, atque ita protrahebat studia, usque in mediam noctem, & sic inflammabat spiritum.

In studia excitatus a gallo.) Signat brevissimum somnum, & spiritum fuisse continuo agitatum & attenuatum.

Somnus initio placidus.) Id est, qui nullis jactationibus & agitationibus molestatur, & qui reficit.

Inde tenuior.) Id est, unde quis facillime excitari potest, & signat spiritum tum agitatiorem factum.

Cum insomniis.) Hæc signant tenacem & subtilem cruditatem, seu biliositatem in sanguine.

De rebus primo seriis.) Ex meditationibus prægressis.

Mox ridiculis.) Id est a fuliginibus biliosis, qui variorum colorum.

Postea rixosis & igneis.) Ob inflammationem, nam hæc omnia notant quoque jam inflammationem spiritus.

Tandem nullus.) Signat perpetuam agitationem & commotionem, quæ a nullo somno potuerit sedari, quod malum juxta HIPP. *Aph.*

Pulsus parvus, frequens, siccus.) Signat siccitatem sanguinis.

Urina flammea cum nubecula.) Signat exæstuationem sanguinis, cum nubecula, sed tamen adhuc coctionem hactenus bene fieri.

Venter officii valde negligens.) Signat absumtionem aquosi & tenuis illius in fecibus, & fecum exsiccationem.

Curatio.

QUia hic morbus fiens est, considerari debet *caussa fovens*, & illud quoque, quod jam factum est. *Caussa fovens* est agitatio spiritus a studiis & curis, hæc *indicat quietationem spiritus* & *obliterationem curarum*, seu tincturæ illius in spiritu. *Quietatio* spiritus, fit per *abstinentiam studiorum*: præterea spiritus tenuis incrassandus, igneus refrigerandus, siccus humectandus, nimis

mis motus sufflaminandus, tinctura imbutus ab ea liberandus. His scopis posset succurri *diæta*, sed quia morbus celer & magnus, citum remedium quærendum, quod faciet

(1. *Venasectio*. Locus, ubi instituenda *Venasectio* commodior est in pede, quia (α) tum semper *balneatio* debet præmitti, unde levis & blandus sudor excitatur, atque ita sanguinem temperat. (β) ibi sanguis non ita cum impetu effluit, quam in brachio.

Hic enim, quia spiritus fervet, plurimi effunduntur per vasa majora, qualia in brachio; ergo tutius in pede. Si autem necesse est fieri in brachio, per vices emittatur sanguis, scil. pollicem imponendo subinde venæ. Post *Venasectionem* autem semper sequitur somnus, ob defectum spiritus, qui ita reparationem quærit. Stultum autem est, post *Venasectionem* somnum prohibere, quod vulgo fit, & præcipue in hoc casu, quia hic *Venasectio* ob conciliationem somni instituitur, quod ego in *selectis* etiam demonstravi. Unus saltem casus est, ubi non licet semper dormire, scilicet in *plethorico peste* correpto: nam, si hic somnum caperet, venenum ulterius serperet: hoc enim, quia peculiare habet venenum pestilentiale, ut somnum excitet. Alias vero semper ego jubeo somnum capere; nam spiritum exhaustum per *Venasectionem* vigiliis ulterius defatigare, certe stultum est. Quantitas sanguinis mittendi potest ex subjecti constitutione determinari, in tali subjecto, quale hic describitur, ad ℔j. mitterem: nil autem refert, si ℥j. vel ij. supra elabatur. *VSio* itaque optimum est remedium ad agitationem spiritus sedandam, quia autem non semper certo excitat somnum

(2. Ad *obliterationem tincturæ illius* detur *somniferum* hora una vel altera ante *Venasectionem*, nisi autem jungatur *Venasectio*, nihil efficiet *somniferum*, tale sc.

℞. *Capit. papav. q. v. coq. in aq. simp. font. ad Decoct.* ℥ij. *add.*
sir. papav. ℥j. *vel* ℥iß.
⏀ *opt. depurat. gr.* viij. *ad* ℈j. *M.*

Nam ⏀ valde fervorem sanguinis temperat, & serum illud biliosum, ustum, per ⊡ educit. *Laudanum* vero *opiatum* hic non convenit, quia magis inflammaret spiritum.

Nitrum solvatur in ▽ & coaguletur sæpius, & est commodissimum in *febribus ardentibus*, & Sulphur ustum præcipitat, & longe præstat ⊖*i prunellæ*, nam in hujus præparatione perit anima ⏀ rubicundissima, quæ separata dulcissima est, & *sal acidus* relinquitur corrosivus.

Deinde animus avocandus a curis, bonis cibis corpus alendum, cito somnus capiendus & longius protrahendus, &, si non succedat, rursus *somniferum* repetendum. Si autem ita non cesset morb9, hæc omnia repeti debent, sed *VS.* non ita larga tum debet esse, juxta *Aphor. 52. S. 2. Omnia secundum rationem facienti, si non succedat secundum rationem* &c. Et præterea cibi humectantes cum *papavere* exhibeantur,

tur,

tur, ut *milium* cum *semine papaveris*, Gersten-Brüh/ nam *milium* simul sudorem movet. *Juscula* e *lactuca*, *flor. nymph.* &c. vesperi sumantur *pilulæ cynoglossæ*; sed maxime a *vino* abstinendum.

Alvus segnior *enemate* emolliente eluenda.

Hist. VIII.

Angina.

Vir pararius, æstate imbrida, multam agendi necessitatem habens, cudendum ferrum, dum calet, dum ætas & vires sinunt, ratus, rei familiaris & onerosæ satagit. Parcum prandium, cœna liberalior. Somnus, qui faciat breves tenebras. Concubitus concupitus, ita exercitus, ut corporis neque languor neque dolor sequatur. IX. Sept. jejunus, lassus, sub meridiem considet ad rimosum ostium. Domum exiens leviter horret. Ad mensam veniens deglutit cum dolore, in faucibus nihil apparet. Pranso subitum frigus, ingens æstus. Sitis magna. Potus faucium angustias vix superat. Dolor ibi acutus. Calor insignis, tumor tactui obvius, rubor flammeus intus, magnus foris in pectore summo, collo, facie, oculis. Pectus, cor ardere. Potus in nareis refundi, anhelanti lingua, canum instar, exseri. Strangulatio metui.

Resolutio hujus Casus.

PRoponit *Anginam*, quæ est inflammatio faucium, id est, *laryngis*, seu *pharyngis*. Κυνάγχη, & παρακυνάγχη, *laryngi*, Συνάγχη & παρασυνάγχη, *pharyngi*. Sed hæc distinctio Neotericorum est, apud HIPPOCRATEM occurrit saltem κυνάγχη & παρακυνάγχη; Sed hoc ultimum signat parvam κυνάγχην s. *anginam*, nam παρὰ sæpe HIPPOCR. imminuit & parvum dicit. Quamvis autem ego non negem, musculos & internos & externos inflammari in *angina*, non tamen tanti judico hanc distinctionem; nam impossibile est, ardere externa, & non simul calefieri interna. Item, si *larynx* inflammetur, necesse est, comunicari malum illud etiam *pharyngi*, ob continuitatem, jam enim tua res agitur, paries cum proximus ardet; Deinde, si concederetur alterutrum sine altero inflammari, nullæ indicationes inde peti possunt, nec aliquid ad curationem, sed saltem ad prognosin facere posset, de qua vide *Aphor. 25. & 49. S. 6.* Auctores adhuc addunt aliam speciem ex *Aphor. 35. S. 5.* ex luxatione vertebræ introrsum facta, sed casus in hoc *Aphorismo* descriptus mihi est ἐμπροσθότονος, scil. unius lateris musculorum colli convulsio, & non est species *anginæ*. Inflammatio est stagnatio sanguinis in parte. Stagnatio est, quando plus confluit sanguinis, quam refluit a parte. Aliud autem est statio seu στάσις sanguinis; hæc enim semper conjunctam habet *gangrænam*, quia sanguis stans necessario moritur. Stagnationis sanguinis caussæ (1. ebullitio sanguinis nimia, seu *plethora* apparens;

rens; sanguis autem ebulliens distendit vasa, non tamen propterea stagnat, nisi (2. grumi sanguinis simul ad ista vasa minora ferantur, vel (3. ex vase rupto sanguis in partibus circumjacentibus cumulatur, vel (4. quando glandulæ colli multo sero implentur, unde ab earum humore vasa circumjacentia comprimuntur, & ex illa compressione sistitur sanguis, ex quo tandem inflammatio, ut *Aph.* 16. *S.* 3. docet, & ex hac caussa frequenter accidit *angina*. In omni autem inflammatione sequentia sequuntur, sc. τὸ materiale (1. morbi, (quod sanguis est,) sequitur (α) rubor (β) calor. (2. formale, s. stagnationem sequitur (α) tumor, (β) dolor. (3. partem affectam (α) pulsatio, (β) durities. Et hæc omnia apparent in inflammationibus omnibus. Partem affectam semper sequitur catena actionum læsarum.

Vir pararius &c.) vitæ genus occupatum.

Parcum prandium, cœna liberalior.) In hoc peccavit, quod sanguinem per multas occupationes acriorem redditam, non justo prandio temperarit, in cœna vero nimiis cibis obruit.

Somnus, qui faciat breves tenebras.) Id est, brevis somnus, unde sanguis acrior & biliosior.

Concubitus concupitus, ita exercitus, &c.) Ab acrimonia sanguinis stimulum sensit, sed recte tamen sibi temperavit.

Non. sept. jejunus, lassus, sub meridiem considet ad rimosum ostium.) Est caussa ἀφορμὴ: Jejunus præter consuetudinem exierat sine cibo sumto, unde corpus segne & lassitudo in non consuetis, deinde talibus acuit jejunium sanguinem, imprimis quando labor succedit. Lassus a defectu spirituum, quia non reficiebantur soliti refici. Lassitudines spontaneæ sequuntur morbum, *Aph.* 5. *S.* 2. GALENUS explicat, signat futurum morbum, sed tale usurpavit HIPPOCRAT. φράζουσι, quod & tempus præsens & futurum indicat. Hæc *spontanea lassitudo* est (1. tensiva, (2. æstuosa, s. φλεγμονῶδες, (3. Ulcerosa, (4. Ossifraga. *Tensiva* est, quando corpus rigescit, ut flecti non possit, arguit plethoram ad vasa, ita, ut non solum impleantur, sed & impleta distendantur. *Æstuosa* est, quando corpus totum pulsat, & perpetuo simul calet, & facies rubore suffunditur; arguit autem hæc incipientem putredinem sanguinis, & nisi tunc statim fiat *Venæsectio*, incidunt in *synochum putridam*: Hujus putredinis in sanguine signum infallibile est pulsus undosus, non humidus, quando autem simul est humidus, signat sudorem futurum. *Ulcerosa* est, quando pruritus, quasi in ulceribus, per totum corpus sentitur, arguit plethoram biliosam, & talis esse solet, quando sanguis ex latenti jam putruit. Ὀστεόκοπος est, quando ossa videntur quasi fustibus

fustibus contusa, & quasi fracta, & est nihil aliud, quam extremus gradus *lassitudinis æstuosæ*, quando scil. sanguis putrescens usque ad periosteum transit, & illam membranam acrimonia vellicat; ergo hæc pertinet ad æstuationem, seu æstuosam. *Vid.* de his *GALEN.*

Considet, quia lassus fuit, *ad rimosum ostium*. Cutis inde fuit obstipata, unde fuligines recenti acriorem reddiderunt sanguinem, & fluxiliorem, unde caussa antecedens. Quoad morbum autem hæc fuit, quia cum æstuamus, maxime sudamus circa caput, quapropter constituti ibi vapores confertim per venas deorsum fluebant, & sic in collo colligebantur.

Domo exiens leviter horret.) Accessus *febris*, qui enim per motionem excitatus fuit calor, qui contra vapores insurrexit, unde *febris*.

Ad mensam veniens deglutit cum dolore.) Signat tumorem in partibus gulæ, & malum incipiens, quod se tantum inter deglutiendum manifestavit, & signat partem inflammari, non inflammatam esse.

In faucibus nihil apparet.) Signat κυνάγχην; scil. malum esse in profundo, & musculis interioribus.

Pranso subitum frigus.) Est plena inflammatio, nam propter cibum sumtum corpus magis calefactum fuit, & hinc sanguis exæstuans magis etiam influit in partem affectam. Febris autem est continua, nam ab omnibus inflammationibus oritur continua.

Frigus subitum, ingens æstus.) signant causam.

Sitis magna.) Signat humiditatem ab æstu isto consumi, quod & fit in *febribus ardentibus*. Hinc GALENUS largum aquæ frigidæ potum concedit: non enim pertimescendum est, quod *ZACUTUS* refert, *Gangrænam* ex aquæ potu secutam esse, non enim hoc fiet, nisi maligni humores, & quasi cauterizantes adfuerint.

Potus faucium angustias vix superat.) Signat incrementum mali, & affecta nunc esse quoque prima principia viarum circa summum *laryngem*; nam potum non posse deglutire, secundus gradus est, sed summus gradus est, si nec aër possit amplius transire.

Dolor ibi acutus.) Acutus est, quando quasi telo pars pertunditur, punctorius, quando quasi aciculis pertunditur. Est autem hic dolor acutus signum affluxus novæ materiæ, quapropter ad appulsum novæ guttæ sentitur, quasi novum telum acutum intruderetur.

Calor insignis.) Signat inflammationem summam, & multi sanguinis æstuantis collectionem.

Tumor tactui obvius.) Quia tactui, non visui obvius, signat inflammationem internam.

Rubor flammeus intus.) Id est, qui videtur instar flammæ splendere, & lucidas fauces reddit in interioribus, quia autem non possunt ipsi aperire os, speculo oris aperiendum est.

Magnus foris in pectore summo, collo, facie, oculis.) Signat fieri impetuosissimum

mum affluxum ad illas partes supernas.

Pectus, cor ardere.) Signat etiam pulmones incipere inflammari.

Potus in nares refundi.) Hoc ultimum malorum est in *angina*, & signat ita occlusas fauces, ut ne rimula quidem pateat.

Anhelanti lingua, canum instar, exseri.) Quia non possunt multum aëris adducere, ideo frequentius ducunt, & vehementissimam præcipue musculorum internorum inflammationem signat.

Strangulatio metui.) Hoc ultimum est malorum.

Curatio.

IN omni *inflammatione* duo sunt: *Stagnatio* & *affluxus*. Sed hic affluxus fit vel ob caussam externam, vel morbum alium sanguinis. In hoc casu est seu *cacochymia* sanguinis biliosa, seu *phlegmone* biliosa, quæ commota ad has partes, a caussa externa, scil. refrigeratione subita, postquam incaluerat, illuc copiose affluxit: postquam autem affluxisset, quam refluere posset, ibi stagnavit. Quando itaque adest *plethora*, signat *evacuationem*. Si verò sanguis impetuose affluit, indicatur *revulsio*, sin minus impetuose, *aversio*. Sanguis stagnans vel est mobilis, & tum aversio indicatur, vel immobilis, qui iterum vel resolubilis, unde discussio, vel irresolubilis, unde suppuratio, tandem post hanc puris abstersio. *Revulsio* hic debet fieri in pede, non brachio. In quo autem latere debeat fieri revulsio? existimo in eodem; quia HIPPOCRATES annotat, inflammationem hepatis critice curari per hæmorrhagiam dextri naris. Optime autem secaretur *vena poplitea*, sic enim fortior fieret revulsio. Quoniam autem hæc jam non secatur, (*a*) in utroque pede secarem, & in tali casu, qualis præsens, ad ℥xxx. non una vice, sed repetita per 2. vel 3. horas. Quando autem post *revulsionem* impetuositas quidem, sed nondum cessat totalis affluxus, tunc adhibenda aversio, quæ hic potest fieri in *brachio*. Derivatio vero est humoris in parte stagnantis evacuatio; hæc fit, quando illa vena aperitur, in quam suum sanguinem exonerat pars affecta. Sic hic ad derivationem recte inciditur *vena ranina*, & hinc in principio, ubi incipit demum stagnare sanguis, sæpe Chirurgi præveniunt, licet inscii. Hoc malum sæpe etiam vena in brachio secta sæpe præveniunt, quando scilicet nondum impetuosus adest affluxus. Minime hæc conveniunt, nisi præmittatur revulsio in pede: sed longe melior revulsio fieri poterit, si Chirurgi possint *arteriotomiam* administrare.

Ad motum præterea sanguinis corrigendum possunt dari *refrigerantia*, v. gr.

℞. *aq. hord. tenuiss.* ℥iiij.
⊖. prun. a ℈ß. ad ʒß.
syr. portulac. ℥j. M.

Hoc modo succurritur morbo, qui se ha-

(*a*) *hic videtur esse vitium in textu.*

se habet instar *caussæ*. Jam morbo alteri, seu stagnationi quando satisfaciendum sit videbimus. Si materia resolubilis, conveniunt *resolventia*, calida blande & humida, tam externa, ut *cataplasmata* & *unguenta*, quam interna, ut *linctus* & *gargarismi*; sed hi non movendi, ita, ut consuetum est, quia motus iste calorem excitat. *Repellentia* autem non conveniunt, tum quia repulsio occludit poros, per quos debet fieri resolutio. Si materia est irresolubilis, indicatur *suppuratio* per *maturantia* & *suppurantia*, quibus semper addendum *stercus canis*. Quia autem *suppuratio* auget tumorem, quia in *suppuratione* resolvitur materia, atque sic *suffocatio* metuenda, *laryngotomia* instituenda. Rupto tumore absterso & consolidatio fieri cum *hydromelite*, vel *decocto hordei cum melle rosato*.

Hist. IX.

Pleuritis.

Scoparii uxor, feminea forma, ætate integra, quinque liberorum diligens mater, autumno aquilonio & sicco bene valet. Sola alvus vix triduo semel respondet. Ad initium hiemis octavo mense cum puero gravida, die nundinario pluvio, sedet in foro cum scopis, quarum reliquas domum vespere bajulantem, subito dolor acutus sub dextra mamma, horror febris prehendunt. Spiritus frequens, parvus, tussis sicca, pulsus parvus, durus, aridus. Nocte intempesta vocatur Medicus, facit officium. Nox pervigil, sitis magna, tussis sicca. Conticinio revisens Medicus reperit dolorem & calorem auctos. Audet, quod morbus audendum suadet. Mane reverso ostenditur sputum flavum. Cernit faciem cum splendore rubicundam. Cætera nihil remissiora.

Resolutio hujus Casus.

PRoponit *pleuritidem*. *Pleuritis* est inflammatio lateris. Hæc genuina est definitio. Ἡ πλευρὰ in singulari signat costam, & interdum *synecdochice* totum latus; τὰ πλευρὰ in plurali, semper latus & latera signat: Membrana autem costas succingens non debet dici *pleura*, sed membrana *pleuritica*. Latus hic proprie signat *membranam succingentem*, musculos internos & costas, non autem externas partes. Membranam seorsim inflammari impossibile est, sed communicatur ei inflammatio a musculis internis; licet autem musculi interni inflammentur, non opus est inflammari etiam externos musculos & contra; sed calefieri quidem possunt ob continuitatem, & hinc *pleuritis* alia est externa, alia interna.

Alia differentia desumitur a loco, & hinc alia adscendens, alia descendens. Hæc distinctio deinde etiam præbebit fundamentum in curatione circa *Venæsectionem*.

Ex hac distinctione etiam patet jam, quando ascendens ad jugulum pertingit, descendens vero ad inferiora. Alia rursus est dextra, alia sinistra, quæ in prognosi utilis; dextra enim frequentior & facilior, sinistra rarior, sed periculosior

culosior, quia in dextro latere majora vasa, unde facilior affluxus, sed & facilior refluxus: sed in sinistro omnia arcta & angusta, unde refluxus impeditur; præterea in dextro frequentior, quia in dextras partes calidior sanguis mittitur, *unde dextra validiora:* unde autem fiat, cur naturaliter in alterutram saltem partem calidior sanguis mittatur, nescio.

Et hæ differentiæ sunt partis affectæ. Jam, ratione materiæ, alia est sanguinea, alia biliosa. Alii addunt & pituitosam; & eam probare conantur ex *histor.* ANAXIONIS *ap* HIPP. *de morbis popularibus lib.3. ægrot. 8.* Quia demum 34. die fuerit judicatus morbus. Sed, si recte consideretur, apparet fuisse biliosam, sed præcessisse affectum pulmonis, & ultimo demum supervenisse *pleuritidem*, cum 20. die rediret *febris* & *tussis*, & excernerentur sputa: qua via autem sputum ex latere per os excerni possit, fateor me ignorare? Inter initia autem prodeunt sputa cruenta, deinde biliosa, & tandem purulenta; sæpe autem tribus vel 4. sputis cruentis & purulentis vidi absolutam *pleuritidem*. Signa communia inflammationum vid. *in Coll. m. pathol.* Propria hic sunt (1. *Respiratio crebra*, intercisa, breviter inspirant, sed longius exspirant; crebra fit, quia usus augetur ob brevem inspirationem, & deinde acuta & strepera. (2. *Tussis* parva, quia ægri vitant magnam inspirationem. Signa materiæ peccantis petuntur ex sputo; sputa autem statim prodire bonum. *Vid. 1. Aph. 12.*

De *pulsu serrato* quod addunt Auctores, sunt nugæ. *Febris*, quæ adest, est *tertiana continua*, vel *synochus putrida*, si majus malum: quæ, si mutetur in *hemitritæum*, actum.

Aliquando in *pleuritide* dolor non est punctorius, sed rosivus: & quidem in periculosissima est talis, cujus exemplum vid. in ZACUTO.

Scoparii uxor.) Laboriosum vitæ genus.

Feminea forma.) Id est, neque formosa nimis, neque nimis deformis, & signat constitutionem sanguineam, sed magis cum siccitate, quam humiditate conjunctam.

Ætate integra.) Id est circa 30. annum.

Quinque liberorum diligens mater.) Signat etiam vitæ genus laboriosum, & liberalitatem sanguinis, sed siccioris & tenuioris.

Autumno aquilonio & sicco bene valet.) Est hoc ex *aph. 18. S. 3. & 14. S. 3.*

Sola alvus vix semel triduo respondet.) Signat caliditatem, siccitatem & biliositatem sanguinis.

Ad initium hyemis.) *Caussa procatarctica* ex *Aph. 23. l. 3.* *Hyeme frequenter* PLEURITIDES, *quia per antiperistasin impediuntur transspirationes*, factus fuit sanguis acrior & fluxilior, & præterea calidior, ex *Aph. 15. lib. 1.* quia *ventres hyeme calidiores.*

Octavo mense & puero gravida.) Dicit vitæ genus & conditionem seu statum personæ. *Gravida* dicitur post motum infantis, *prægnans* ante motum, dicitur *inciens*, quando jam cietur ad

 partum,

partum, id est, quæ in ultimis diebus consistit ad parturiendum; *parturiens* denique dicitur, quæ jam in ipso actu parturiendi versatur, vid. *meletem p.* Signat autem hoc corpus plenum sanguine, tum ob vitæ genus, tum ob hunc statum.

Die nundinario, pluvio, sedet in foro cum scopis.) Est *caussa ἀφορμὴ*, ex pluvio enim aëre per totum diem hausto augentur humiditates in corpore, & sanguis fluxilior fit. *Vid. Aph.* 5. *lib.* 3.

Quarum reliquas domum vespere bajulantem.) Est *caussa ἀφορμὴ* proxima, lassatur enim ex onere, & incalescit inde, unde vapores humidi ab aëre pluvio impressi & agitati, sanguinem ad fluxum irritant.

Dolor auctus sub dextra mamma.) Est principium *pleuritidis* descendentis. Dolor auctus signat ipsam invasionem, nam invadit, quasi telo perfoderetur, sub dextra mamma, id est, sub papilla fere.

Horror, Febris prehendunt.) Facta est inflammatio, unde dolor auctus. Spiritus a dolore aucto læsus, se contraxit subito, unde horror subitus, qui statim rursus cessavit, & *febrilis* calor statim secutus, & ita omnes *febres* inflammatoria invadunt.

Spiritus frequens.) Ab usu aucto.

Parvus.) Quando pectus vix videtur moveri, & signat instrumentum impeditum.

Tussis sicca.) Est, quæ asperum tinnit, signat cruditatem adhuc materiæ, unde nihil adhuc potuerit egeri, & simul biliositatem sanguinis, hæc enim facit *tussim ξηρὴν*, sed quando saltim sangnis inflammatur; fit *tussis ἄπτυστος.*

Pulsus parvus, durus, aridus.) Parvus ob oppressionem facultatis, durus, ob multitudinem sanguinis, non tantum implentis, sed & distendentis arteriam; aridus, qui præsiccus & plus quam siccus est, & hoc signat sanguinem biliosum, siccum, incensum.

Nocte intempesta vocatur Medicus.) Notat inflammationem valde auctam.

Facit officium.) De hoc postea videbimus.

Nox pervigil.) Summam incensionem spiritus, & absumtionem humidi, seu roridi illius.

Sitis magna.) Magnitudinem inflammationis tum partis, tum sanguinis.

Tussis sicca.) Hæc fuit *tussis ἄπτυστος.*

Conticinio revisens Medicus.) Id est, circa tertiam & quintam matutinam, signat in subitis malis Medicum debere esse diligentem.

Reperit dolorem & calorem auctos.) Id est, augmentum morbi.

Audet, quod morbus audendum suadet.) Id est, VS. administrat.

Mane reverso ostenditur sputum flavum.) Initium coctionis. Quando autem flavum illud excernatur, non video alias vias, nisi statuatur cum saliva excerni. Saliva enim non aliunde ad

de ad ductus salivales pervenit, quam ex arteriis. Hæc enim pro veris vendito. Mirandum enim, quomodo materia illa ex loco affecto pene immutata perveniat, ut nobis signum præbere possit humoris peccantis & coctionis.

NB. *Pleuritis* periculosior a sanguine, quam a bile, nam bilis non ita facile coit in grumum & suppuratur, quam sanguis, sed Natura separat biliosum, & remittit sanguinem ita liberatum rursus per vasa ad corpus. Si autem bilis ibi corrumpatur, νέκρωσις & mortificatio partis, & propterea etiam purgatio ab initio tam periculosa.

Cernit faciem cum splendore rubicundam.) Rubor est a sanguine, splendor ab incensione spiritus, & ita signat flammeum spiritum in sanguine, & dicit, jam ipsum sanguinem acquirere incensionem, atque sic periculum gemini morbi. Hinc Auctores dicunt, febrim symptomaticam hic frequenter mutari in essentialem. Cur autem nova inflammatio in sanguine excitata fuerit, caussa est, quia ab ista inflammatione priori spiritus irritatur, atque hic in disposito, sanguine scil.ślbilioso, facile ardentem febrem excitat.

Cætera nihil remissiora.) Morbum augeri dicit.

Curatio.

Pleuritis hic nondum consistit, sed adhuc augetur, & sic jam duo morbi, inflammatio lateris, (2. affluxus impetuosus, (3. biliositas sanguinis, (4. copia sanguinis, & (5. alvus adstricta adsunt simul.

Dolor hic non indicat, quia hic merum est symptoma, & si dolorem quis sedaret, *gangranam* excitaret, quia coctio ita impediretur. Ultimo inventus morbus est *alvi adstrictio*, qui *indicat solutionem.* Deinde *copia sanguinis indicat imminutionem*, *biliositas sanguinis defecationem seu correctionem, affluxus revulsionem vel aversionem*, *stagnatio sanguinis vel discussionem, vel suppurationem.* Jam videndum, qui morbus magis urget, hic est *affluxus*. Hic, quia impetuos⁹, *revulsionem indicat per VS.* Hic in brachio dextro, quia est *pleuritis* descendens, ergo ad contraria revellendum. Alter urgens est *copia sanguinis*, hæc indicat evacuationem sanguinis per VS. Porro biliositas sanguinis indicat sublationem illius biliosi, quod excedit. Hoc biliosum etiam tolli potest per *VS.* (alias etiam per ⊡, per sudorem, per alvum.) Hic, quæ biliositas urget, postulat subitum remedium & magnum, tale *VS.* *Purgatio* autem non convenit, quia non potest biliosum sanguini confusum a purgatione separari, sed separatum a Natura potest deinde per purgans educi. An vero in dextro, an in sinistro latere debeat fieri *VS.* quæritur? Quæ controversia fuit inter GALENUM & AVICENNISTAS; Nota, quoad revulsionem in eodem, quoad aversionem vero in contrario latere. Porro, quoad rectam administrandam *VS.* Sciendum, magnum

gnum foramen esse faciendum, quia magna & subita requiritur evacuatio, deinde per vices emittatur, quia gravida. Si autem *pleuritis* in valde debili accidat, & debilitas renuat magnam evacuationem, ego *soporiferum* & simul *diureticum* præscriberem, ut ita motus sistatur sanguinis, & fuligines simul per urinam educantur. In pueris autem ob ætatem *VS.* non omitti debet, sed moderari secundum ætatem, ne nimia fiat. Dum autem fit *VS.* interim præparetur *clyster*, ut post statim injiciatur. E.gr. ℞. *Decoct. emolliens*, si paratum habetur, si non, saltem *jus carnium*, si nec hoc, *Decoctum hordei cum* ♉. *a* ℥ß. ad ij. ut certe operetur *clyster*: non autem debet huic addi *oleum*, pinguia enim impediunt operationem, quod habeo a Parente meo.

Hæc quoad impediendum morbi incrementum pertinent, jam, quoad morbum ipsum, considerandum, an materia, quæ influxit, adhuc sit fluxilis, an non? Si est, aversionem & derivationem indicat, si non, debet discuti & resolvi, quod fit & per externa & per interna. Externa *digerentia* & *discutientia* sunt, *fomenta, emplastra, linimenta ex emollientibus parata*, præcipue laudantur *balsam. Sulph. & empl. Sulph. RULANDI*. Interim specifica sunt, *dens apri, mandibula lucii piscis, oculi* ♋. *in* 🜄 *soluti, in Dec. diuretico, v. gr. rad. fœnic. exhibita*, nam per 🜔 sæpe ista materia resoluta educitur. Quod si vero nec resolvi amplius se patiatur materia, *suppurantia* danda, & sputa promovenda per *linctus* & *decocta*, non quod credam, *linctus* immediate ad pulmones transire, sed ut placeamus potius ægris. Facta *suppuratione* debent dari *abstergentia* & *expectorantia*, v.gr. *hydromel, looch de squilla, &c. Suppuratio* autem ista incipit post 14. dies. *vid. Aph. 8. lib. 5.* qui dicit, *materiam pleuriticam solere excerni intra 14. dies, quod si non tam excernatur, fit empyema*, id est, fit suppuratio, seu abscessus, seu conceptio puris intra partem affectam. Non autem *empyema* hic significat, puris facti in cavitatem pectoris evacuatiorem, & *Aph. 15. lib. 5.* dicit, *si empyema rumpatur, & tunc in cavum pectoris effundatur, fiunt tabidi*. NB. Rectius hoc ultimum dicitur *suppuratum*, prior autem coctio, quæ intra 14. dies accidit, rectius dicitur SUPPURATIO.

Quando itaque tunc suppuratum factum est, pus illud evacuandum, quæ evacuatio, monente FR. ARCÆO in *tr. de vulneribus*, ubi agit de *Ulcere pulmonum*, optimo fit per *sudorifera*, & ibi ARCÆUS egregium *decoctum* refert. Quomodo autem per sudores pus evacuetur, ut & per 🜔, nescio. Quoad *paracentesin*, ego non vidi unquam feliciter administratam, & nullum evasisse; nam fere semper rebus jam desperatis administratur. Deberet autem statim fieri, semel ac pus in cavitatem pectoris evacuatum fuerit, antequam scil. pus pulmones & reliquas partes offenderit.

An convenit *vomitus* in *pleuritide*?

RULAN-

RULANDUS hunc modum habuit curandi *pleuritidem*, & probat hanc suam curationem in discursu egregio de *pleuritide*. Dedit scil. ad revellendum primo, & tandem etiam ad abscessum rumpendum. Quidam per *diuretica* statim ab initio curant *pleuritidem*, quia sic serum acre educitur. *Purgantia* vero non conveniunt, nisi cocta plane materia.

Hist. X.

Lethargus.

MErcator quadragenario major, viduus, mollis habitu, caute casteque vivit. Sæpe polluitur. Ambit hyeme, ducit Juvenculam primo vere. Libidinatur egregie. Convivatur frequenter laute. Idibus Maji interest nuptiis Affinis. Hilarat convivas. De media nocte domum se & cubitum confert. Somnus dubius, brevis. Postridie torpet corpore, animo. Pandiculatio, oscitatio frequentes. Abstinet toto die. Somnus profundus, mane vix evigilat, aliena loquitur, obdormit, excitatus nihil respondit ad rem, hiante ore redormit, oculos aperit, poscit matulam, accepta non mingit, redormit. Febricula continua sub noctem ingravescens. Respiratio rara, parva. Pulsus magni, rari, undosi. Tussicula sic satis frequens. Alvus liquida. Urina instar Jumentorum. Extremorum sudor multus, frigidus, aquosus.

Resolutio hujus casus.

PRoponit *Lethargum.*

Carus est sopor a vino. *Coma* sopor a *febre*, *Lethargus* sopor cum *febre*. *Typhomania* sopor delirans. HIPPOCRATES saltem *Lethargum* inter morbos refert. De *Comate* multa prognostica habet in *Coacis*. A *Comate* non differt *Typhomania*, nisi quod simul delirent, & in somno inconcinna loquantur. Hæc *Typhomania* frequentissima est in moribundis, nam præ consumtione spirituum videntur quasi dormire, & oculos claudunt, simulque delira loquuntur. Sed hic affectus ab Auctoribus proponitur, tanquam rarissimus, cum tamen sit frequentissimus. Ita autem hæc verba debere accipi, ex omnibus locis HIPPOCRATIS patet, ut ex HESYCHIO. Solus autem *Lethargus* est vocabulum morbi, reliqua sunt symptomata aliorum morborum. Est autem *Lethargus* sopor; sopor est affectus spiritus. Si enim somnus naturalis est affectio spiritus, sequitur necessario, eundem p. n. se habentem ab eo læso quoque esse deducendum. Duo autem potissimum occurrunt in *Lethargo*, somnus profundus & delirium; somnus profundus a spiritu obnubilato a vapore humido, non enim dormit spiritus, sed vigilat, obnubilatus saltem isto vapore, hinc delira sæpe loquuntur, quando scil. ei offeruntur objecta, quia occupatus est circa vaporem istum humidum, non recte ea judicat, sed terrorem concipit, & ita varia sibi spectra fingit. Existimo ergo *Lethargum* consistere in nimia humiditate totius corporis, ita, ut spiritus per sanguinem, quasi

quasi in nebula, versetur, & optime potest comparari cum *ebrietate*, ita, ut ego *ebrietatem* vocem *brevem Lethargum.* Abscessum autem Cerebri hic adesse nonnunquam. (*NB. hic aliquid omissum videtur.*) Aliquot tamen curavi, & existimo in illis casibus non adesse verum *Lethargum*, sed simile quid.

Mercator quadragenario major.) De ætate *vid. Aphor. 30. l.3.* ubi virilem aptiorem dicit.

Viduus.) Dicit congestionem seminis, unde corpora fiunt molliora.

Mollis habitu.) Mollis ad tactum, & leniter humidus, signat vaporosum sanguinem.

Sæpe polluitur.) Signat copiam seminis. *Pollutio* differt a *gonorrhœa*, quod illa accidat in somno, cum insomniis venereis, & semen coctum profundant, in *gonorrhœa* vero incoctum & in vigiliis quoque profluit semen.

Gonorrhœa autem duplex est: Ordinaria & inordinaria. Est autem *Gonorrhœa* profluvium humoris seminalis, sed non seminis. Iste humor seminalis in *Gonorrhœa* est ex vesiculis seminalibus, quod experientia testatur, quod in *Gonorrhœa* virulenta humor viridis in iis continetur, ut FALLOPIUS refert.

Ambit hyeme.) Qui ambiunt Virginem, solent circa vesperam præprimis exire, in hyeme autem tum frigus gravius, unde cohibetur perspiratio, & inde cumulantur multæ humiditates.

Ducit Juvenculam primo vere.) Dicit agitationem caloris. Nam, cum a tempore anni calor magis evehitur, nimis fuit agitatus porro libidine.

Libidinatur egregie.) Consumtionem caloris & refrigerationem totius corporis.

Convivatur.) Repletionem corporis cruditatibus.

De media nocte.) Perspiratio subito compressa.

Somnus dubius.) Id est, ubi sopor saltem est, & signat agitationem & simul compressionem spiritus; agitatio est a vino, oppressio ab humoribus.

Postridie torpet.) Initium morbi. *Torpor* est, quando corpus fit segne, & difficulter movetur, & signat oppressionem a vaporibus & humoribus.

Animi torpor.) Habet caussam imbecillitatem spiritus, quæ vel ex exhausto, vel ex oppresso, hic ex oppresso.

Pandiculatio.) Est affectus potissimum musculorum brachiorum, & vaporibus circa illorum cava collectis in musculis pectoralibus & dorsalibus.

Oscitatio.) Est multus & copiosus vapor ex ventriculo confertim surgens, & Oesophagum cum ore distendens.

Abstinet toto die.) Voluit sibi ipsi mederi, ut cruditatem tolleret: magnum enim remedium cruditati ventriculi est tempestiva abstinentia.

Somnus profundus.) Blande dormivit, spiritus enim valde fuit obrutus.

Mane vix evigilat.) Signat magnam oppressionem, sed non totalem.

Aliena

Aliena loquitur, obdormit &c.) Hæc cum prioribus signant *Lethargum* ipsum.

Excitatus nihil respondet ad rem.) Confirmat affectum. Excitabilis enim erat: ergo non erat *Apoplexia*, nec *Carus*, nec *Coma*, in his enim non excitantur ægri: quod nihil responderit ad rem, signat delirium, & ita distinguitur *Syncope* ab *Apoplexia*.

Hiante ore dormit.) Signat oblivionem a spiritu obruto.

Oculos aperit.) Qui ⊡ gravabat, atque ita motus signat, eum excitabilem esse.

Poscit matulam.) Excitatus ab acrimonia urinæ.

Accepta non mingit, redormit.) Signat oblivionem & oppressionem.

Febricula.) Distinguit a *Comate*, *Coma* enim supervenit magnis *febribus*.

Continua.) Distinguit a *Comate* inter initia paroxysmorum accidente.

Sub noctem ingravescens.) Est inde, quia tunc spiritus se intus concludit, atque ita magis materiam peccantem agit.

Respiratio rara, parva.) Ab usu imminuto. Calor enim refrigeratur ab humidis vaporibus.

Pulsus magni, rari, undosi.) Magni a vapore replente arterias: rari, ab usu imminuto, undosi a vapore multo.

Tussicula sic satis frequens.) Est ab ichorosa saliva & liquamine quoque seri, quod destillans ad asperam arteriam, acrimonia iritat.

Alvus liquida,) Signat copiam serositatum.

Urina instar jumentorum.) Est urina confusa, & signat multorum humorum abundantiam, & conatum Naturæ frustraneum circa eorum coctionem.

Extremorum sudor multus, frigidus, aquosus.) Signat ad extremas partes non tam urgeri sanguinem, quam serosum sanguinis, & hinc ille sudor multus, frigidus, undosus. Habetis hunc etiam in moribundis, quia spiritus adeo debilis est, ut non possit amplius humores retinere. Hinc *Galenistæ* hoc videntes, peculiarem vim retentricem posuerunt.

Curatio.

Plures hic sunt comitati affectus. (1. *Plethora* pituitosa, seu cruditas sanguinis. (2. *Cruditas* ventriculi. (3. *Sopor*. (4. *Delirium*.

Plethora pituitosa fuit orta, quia frequenter & longe convivabatur. *Libidinatio plethoram* monstrat.

Urgentius hic est *sopor*, qui indicat *excitationem*.

Delirium, quod indicat *reductionem mentis*, scil. in suis instrumentis. Mens enim non ipsa est alterabilis.

Porro *plethora* pituitosa indicat hic *sublationem*. Est autem *plethora pituitosa*, quando major chyli quantitas immittitur massæ sanguineæ, quam possit in sanguinem converti, atque ita *plethora pituitosa* est nihil aliud, quam abundantia chymi in sanguine, & respondet cruditati ventriculi dulci, ubi adhuc Natura retinet materiam suam, ut coctionem adhuc suscipere possit: non autem corrupta est; sic etiam *ple-*

thora pituitosa coctionem adhuc recipit: *Cacochymia* autem *pituitosa*, quando materia ista simul corrumpitur, & hæc coctionem non suscipit. Hic ergo *plethora pituitosa* duo indicat: *Plethora sui imminutionem*, *pituitositas concoctionem*.

Tandem superest *cruditas ventriculi*, quam monstrant illa: Convivatur frequenter large, hilarat convivas, de media nocte &c. Ex his enim coctio fuit læsa, & cibi fuerunt corrupti, nam hinc somnus dubius, brevis, non enim hæc postrema esse saltem a *plethora pituitosa* potuerunt, quia prius non læsus fuit ita, ut nunc a cruditate ista pituitosa. *Cruditas* autem *ventriculi* hic *evacuationem* seu *vomitionem* postulat.

Hæc jam ad inventionem remediorum: jam inquiremus etiam materiam remediorum. *Soporis* remedium dictum fuit *excitatio spiritus*. Hæc potest fieri per *dolorifica*, seu molesta. Nam, per dolorem cogendus est spiritus ad evigilationem. Talia sunt ex pharmaceuticis (1. *Sternutatoria*. (2. *Vomitoria*. (3. *Clysteres acres*. Ex Chirurgicis (1. *Frictiones dolorificæ*. (2. *Ligaturæ fortes*. (3. *Scarificationes*. (4. *Cucurbitulæ*. (5. *Ignita sartago*, quam supra caput tenere jubent *Itali*.

Deliris remedium dictum fuit, *reductio mentis*. Hic autem fiens adhuc est *delirium*, ergo sublata caussa tolletur & ipsum. *Caussa* autem est, oppressio spirituum, qualis est in somniante, qui in somno loquitur: oritur autem ista oppressio a *plethora pituitosa*, & flatibus crassis, a ventriculi cruditate submissis. Ergo jam *plethoræ* & *cruditati* satisfaciendum.

Plethoræ remedium diximus esse ablationem, quæ debet fieri per *Venæsectionem*. Oppressio enim spiritus magnum remedium postulat. *Pituitositas* indicat *concoctionem*, quæ fiet *abstinentia & bona diæta*. *Cruditas* ventriculi indicat *evacuationem*, quæ optime fit ventriculum evacuando.

Jam videndum, quando recte administrari debeant hæ materiæ Remediorum. Considerandum ergo, an omnibus indicationibus possit simul satisfieri, an uni solum? Hic & excitationi spiritus, & cruditati ventriculi satisfieri potest per *vomitorium*, sed, quod modeste agat, ut ita excitet & irriget spiritum; Tale *Mercurius vitæ*, quia simul etiam pituitosum sanguinis fundit. *Dos. ad gr.* ij. *vel* iij. *vel* iv. Vel *crocus metallorum* in substantia *ad gr.* v. vel ultra; nam in his ad *granum unum* dosis augeri potest. Melius autem fit, si *Mercurius vitæ ad gr.* vj. *vel* vij. infundatur in ℥ij. *vini Hispanici*. Vel, si maxime in copia vultis parare, ℥ij. *ad* ℔ij. *vini Hispanici* sumite; nam ita infusum *Mercurium* sine periculo poteritis sumere. In substantia autem periculosus *Mercurius vitæ*. *Ad gr.* ij. in substantia datus in *partu difficili & fœtu mortuo*, secretissimum remedium.

Non autem sufficit unum *vomitorium* tantum exhibere; sed, si perseveret malum, repetendum adhuc semel est. Ventriculus enim raro uno *vomitorio*

torio evacuatur. Exhibitis autem *vomitoriis* porro accedendum ad *Clysteres* acres, quod simul excitent spiritum, & deinde illa cruda in intestinis a vomitu relicta educant. Vomitoria enim nunquam in talibus, ubi spiritus torpet, simul alvum movent, unde humores sursum feruntur, & sic plurima in intestinis cumulantur; quod etiam fit in humoribus viscidis & tenacibus: Ubi autem humores tenues, serosi & biliosi sunt, semper *Vomitoria* sursum deorsumque purgant. *Clysteres* autem hic possunt fieri ex *aromaticis* & *stimulantibus*. v. gr.

℞. *Rad. imperat. acor. aa.* ℥ij.
pyrethr. ℥j.
herb. majoran. mj.
thym. serpill. summit. aneth. aa. mß.
bacc. laur. pulp. colocynth. in nodul. lig. aa. ℥j.
coq. ex hydromelite. Colat. ℥ix. *add.*
elect. benedict. laxativ.
confect. Hamech. aa. ℨvj.
♉. & ⊕. aa. ℥j. *M. F. Clyster.*

Deinde *plethora* indicat *depletionem sanguinis*; quia autem *plethora* opprimit spiritum, ideoque urget, atque ita urgens quoque remedium postulat, quale *Venasectio*, quoad quantitatem emittendi hic levis saltem evacuatio facienda, quia spiritus oppressus magna evacuatione posset magis dissipari; ergo saltem ad ventilationem sanguinis sufficiens quantitas emittenda, ut deoneretur ita spiritus.

Pituitositas sanguinis indicat sui corruptionem, quia est concoctilis. Ergo spiritus roborandus & excitandus, ut concoctionem hanc adgrediatur & perficiat. Roboratur per *aromatica*, ut, *majoranam*, *melissam*. Dentur in *hydromelite* cocta: debent enim incidere, attenuare & abstergere. Ego praescriberem solum *Decoctum rorismarini*, *ejus* mj. *coquendo in hydromelitis* ℔.iij. in vase optime clauso, quod *Decoctum* his scopis satisfacit, & simul egregie sudorem movet, & meatus spiritus aperit. Nam in talibus, docente HIPPOCR. *lib. 3. de Diata*, meatus spiritus occlusi sunt, ut sanguinem permeare non possit; aperiunt autem meatus illos, quae sanguinem attenuant, rarefaciunt, & dilatant. Idem faciunt *Decoctum Satureja, melissa, pulegii, &c.*

In forma autem *pulveris* medicamenta hic non debent dari, quia pulveres debent extrahi, quod hic non potest fieri, quia spiritus languet.

Malo autem *spiritum rorismarini* dare, si habeam, quam *Decoctum*. Et omnia, quae faciunt ad *epilepsiam*, hic etiam plurimum possunt, ut ∾. *lil. conval. fl. tiliae, &c.* Si autem malum totum non cesset, quoad pituitositatem sanguinis, continuandum in his ultimis dictis medicamentis, & bona *Diaeta* praescribenda. Praeterea *Indicatio praeservatoria* est, ut *abstineat* ab illis, quae eum in hoc malum deduxerunt, & potius se liberaliter exerceat in motibus & exercitiis corporis.

Hist. XI.

Affectio Hypochondriaca.

MUlieri per ætatem a menstruis defectæ in hypochondriis murmura, dolor, æstus oborti. Dolor itidem capiti. Noctes insomnes, vel insomniosæ. In his sæpe videtur opprimi, excitari, anxie. Expergiscenti horrores, membrorum concussiones, crebri. Sola mœret. Frons coram teste Serena, apud Amicos læta, in Consortiis effusa. Comedere bene, omnia facere apposite. Postea punctiones multæ in sinistro hypochondrio: in lumbis lancinationes. Stranguria sæpe, sæpe tormina, leipothymia. Urina crassa, nigra. Dejectio surgenti magna, compacta, rubra; die frequens, pauca, subnigra.

Resolutio hujus Casus.

PRoponitur hic *Affectio hypochondriaca.* Dicitur *hypochondriaca*, quia ex aliqua parte in aut sub *hypochondriis* sita oritur. vid. *Aphor, 18. sect. IV.* ubi debet ὑπὲρ non supra, sed ultra exponi, Ultra *septum transversum* partes sunt in abdomine; Si enim pectus designaret, hic *Aphorismus* plane falsus esset. Ultra septum dixerunt Veteres, quia incipiebant a capite sectiones, & inde progrediebantur ad pectus, & tandem ultra septum transversum ad abdomen. Nam Veteres in *Anatomicis* saltem demonstrabant partes & nominabant, nihil autem de earum usu addebant, quæ annotavit HOFMANN. *in Instit.* Præterea, quid sit κάτω & ἄνω κοιλία, exposui in *Selectis.*

Per *hypochondria* autem determinabant omnes illas partes, quæ sunt *infra septum* & *cartilaginem ensiformem*, ita, ut alia *hypochondria* sit *splenica*, alia *stomachica*, alia *hepatica*, alia *uterina*, alia *pancreatica*, &c. Hic proponitur *hypochondria pancreatica*, seu ex *pancreate*, quæ affectio hic apud nos frequentissima est, & oritur a glocibus seu fecibus sanguinis usti, atque ita hæc *Affectio potest dici colluvies glocium sanguinis ustorum in pancreate.* Et existimo, interesse, ne vocemus hunc Affectum *Melancholiam hypochondriacam*, ne abripiamur ad *melancholiæ* solius curationem, quæ hic saltem est symptoma. Est autem Affectus hic valde difficilis curatu, nisi *febris* superveniat. Si enim hæc superveniat, bene est.

Jam ex singulorum examinatione videbimus, quomodo hic Affectus ex pancreate, & non aliunde oriatur.

Mulieri per ætatem a menstruis defecta.) Dicit ætatem & conditionem ægræ, sc. septimum septenarium, in quo naturaliter subsistere solent menses, quia per ætatem fit siccior & frigidior sanguis, unde non amplius in tanta copia generatur, nec etiam ita ebullit. vid. *Meletem. p.* 122. Cum autem cessat menstruatio, plerumque incidunt in mala quædam; non enim Natura uno ictu quasi intercidit istam superflui generationem, sed paullatim. Hinc etiam fit, cum primo mulier ita incipit mutari, quod per longiora intervalla, per 5. vel 6. septimanas, vel secundo mense tantum instituatur men-

menstruatio; tamdiu enim cessat, donec vel quantitate vel qualitate Naturam lacessat, & tunc sæpe una mense bis fluant; nam sanguis tunc fit acrior: uritur enim illud sanguinis, quod superfluum est. Hinc etiam feminæ albissimæ tum temporis fiunt rubicundæ, vel subnigræ. Ex hac caussa fit, quod Virgines innuptæ, & Matronæ, quæ Viris quidem junctæ sunt, sed non pepererunt, tam obnoxiæ sint *cancrosis affectibus*. Sanguis autem hic ustus, qui constituit gloces sanguinis, per pancreas solet expurgari a Natura, quod videmus ex fecibus, quæ nigro sæpe colore inficiuntur.

Dicunt autem hæc *caussas*, ἀφορμὴν quidem ætas, πρόφασιν autem mulier, quia mulieres solent copiosius evacuari; quo autem copiosius solitæ sunt evacuari, eo magis læduntur a suppressione; continentem tandem defectio menstruorum.

In hypochondriis murmura.) Signant intestinum colon, quia in utroque hypochondrio expanditur: Murmura autem in dextro fiunt, quia a ventriculo distento comprimitur colon, unde flatus majori impetu moventur, & fluctuando retro citroque murmura faciunt; in sinistro vero, ob refluxum intestini coli ibi duplicatum. Murmura autem sunt a flatibus, flatus autem sunt magis sonori, quo sicciores & tenuiores; nam, præter angustiam partis, per quam debet transire, ipse flatus requiritur siccus & impetuose motus, si debet murmura facere. Flatus autem fiunt a materia vel viscida, vel tenui, vel cruda. Signant ergo hic murmura flatus multos, siccos, & hinc crudam materiam & calorem.

Dolor.) à flatibus rarefactis & intestina distendentibus, quem ægri determinare non possunt.

Æstus.) Signat, qualis sanguis sit in corpore; scil. acrior & siccior, qui affluens ad has partes, æstu suo, calore tenui, acri, eas lancinat. Signat æstus talem calorem, qui per vices accedit, & rursus decedit, qualis est æstuantis aquæ, & est ex copiosiore affluxu sanguinis tenuioris & acrioris ad intestina.

Dolor itidem capiti.) A sanguine tenui & vaporoso.

Noctes insomnes.) A subtilitate spiritus.

Insomniosæ.) Signant spiritum nullis phantasmatis indutum.

In his sæpe videtur opprimi.) Signat detentam respirationem.

Excitari anxie.) Hæc sunt signa *Incubi.* Anxietas autem est a corde constricto. Constrictio autem fit a spiritu vitali & animali. Vid. *Meletem.* *c.* 133. Jam vero anxietas est vel naturalis, vel animalis, vel mixta ex utraque.

Expergiscenti horrores.) In initio somni pulsus contracti, quia calor se contrahit ad cibos coquendos, postea plenior fit, & gradatim vigescit, ex quo potissimum probo, spiritum vitalem dari.

Horrores.) Accidunt a vaporum multi-

multitudine; vapor autem ille tenuis & siccus, seu melancholicus, seu flatus siccus.

Membrorum concussiones.) Sunt subsultus membrorum, nunc hujus nunc illius.

Sola mœret.) Amant solitudinem, ut mœreant; ratio est, cur ament solitudinem, quia spiritus subtilis & tenuis est, etiam valde mobilis; quo autem mobilior, tanto patibilior, de quo *vid.* COMPANELL.

Frons coram teste Serena.) Sunt signa *melancholiæ*: *Melancholici* enim in conspectu aliorum lætitiam simulant.

Comedere bene.) Dicit Appetitum auctum ab æstu interiore sanguinis.

Omnia facere apposite,) id est, quoad omnes actiones externas non delirat. Nam deliria circa varia accidere possunt. Quidam delirant in multiloquio, ut, si incipiant loqui, non inveniant finem. Quidam delirant tantum circa unum objectum, ut amantes. Ultimum *Melancholiæ* genus est *insania*, cujus insaniæ tres species affert CELSUS, *lib.* 3. *cap.* 4. quod admirabile caput est. Hic *Delirium* tantum intra cogitationes fuit.

Postea punctiones multæ in sinistro hypochondrio.) Signant colon siccis flatibus distentum, isti autem sicci flatus ab æstuante sanguine, qui multum transspirat in cavitatem intestinorum.

In lumbis lancinationes,) quæ sunt dolores, quales in sanguificatione fiunt. Lancinari proprium est fibrarum carnium, ut in musculis, suntque a materia acri & sicca. Hæ ergo lancinationes in hoc casu fiunt, tanquam a caussa externa.

Stranguria.) Sæpe a cineribus, seu adustis particulis sanguinis præcipitatis, & cum sero mixtis.

Sæpe tormina.) In intestinis tenuibus, ileo potissimum; & fiunt a sanguine fervido & acri, & ebulliente, cum per tunicas intestinorum defertur.

Lipothymia.) Hæc differt ab ἔκλυσις. Ἔκλυσις enim nondum habet defectionem. Lipothymia vero est animi defectio: Ἔκλυσις est defectio spiritus vitalis; lipothymia animalis. Ista autem hic fuit leipothymia.

Urina crassa, nigra.) Urina atra est braunroth/ sed nigra est summus gradus. Est enim, quoad substantiam, Urina nigra duplex: crassa & tenuis. Crassa nigra est opaca: tenuis est splendida, non tamen pellucida. ☐ crassa nigra semper notat ustionem sanguinis.

Dejectio surgenti magna.) Quia multos cibos ingesserat, excreta autem respondent assumtis.

Compacta.) ratione materiæ, ob glutinositatem secum, ratione efficientis, ob calorem siccum.

Rubra.) a glocibus sanguinis.

Subnigra.) ab ustione. Sic vidi HARLEMI in gravida copiosissimam materiam instar picis nigram ad tres amphoras excerni. Tam copiosa autem materia

materia est tum a sanguine, tum a colliquatione carnium: hinc videmus ita corpus emaciari. Sic vidi in Juvene 18. annorum intra bis 24. horas 256. secessus fuisse factos, quorum singuli implebant vas satis capax, & post hanc excretionem plane emaciabatur.

Curatio.

MElancholia hypochondriaca est ipsa definitio hujus affectus. *Melancholia* autem omnis pro subjecto habet sanguinem & quidem sanguinem ustum pro materia. Occasio autem hujus affectus fuit cessatio menstruorum, sed hæc non indicat, quia caussa est; nulla autem caussa indicat, nisi continens, scil. ratione effectûs, cum quo conjuncta est. *Melancholia* stat loco generis. Est autem *Melancholia* Desipientia, atque ita affectus spiritus, qui unus morbus est; alter autem morbus est in sanguine, hinc additur sanguinea.

Desipientia quidem indicat serenationem spiritus, sanguinis vitium vero indicat correctionem: jam si considerem utramque indicationem, apparet correctioni sanguinis utrique posse satisfieri, quia obscuritas spiritus dependet a sanguine isto usto.

Correctio sanguinis debet esse renovatio sanguinis, quia tota Massa sanguinea ita est comparata, ut non possit corrigi, neque concoqui. Renovatio autem est nova generatio. Species materiæ includit omne, quod est considerabile in re. Sanguis ergo, quatenus sanguis, est pars corporis, vehiculum spiritus; quatenus vitiosus, est siccus, crassus, lentus. Talis autem reduci in pristinum statum non potest, debet auferri, & novus restitui. Jam habemus duas rursus *indicationes*: quomodo autem his satisfaciendum? *Restitutio novi* debet fieri per *Diætam*; *ablatio* autem *Veteris* debet fieri per *Venæsectionem*: quia ipse sanguis debet evacuari; hic autem non potest aliter, quam *Venæsectione*, evacuari; & præterea etiam morbus magnus remedium magnum postulat. Est autem hoc vitium tale in sanguine hic, quale in vino, quando plane lentum fit. Quando autem nondum totus sanguis degeneravit, tum illud, quod degeneravit in sanguine, potest adhuc per *purgationes* evacuari. Si autem totus est corruptus, non nisi *Venæsectione* sæpius, sed per intervalla manifesta, instituta, sed singulis vicibus parva quantitate ad ℥iiij. vel v. Parva enim quantitas levat Naturam, nec debilitat, nam hic multum concedendum Naturæ. Altera pars curationis debet fieri per *Diætam*, & quidem per *alimenta substantifice humectantia*, & quidem potissimum *assa*, *non elixa*, quod vulgo statuitur. Hic ergo convenit *Diæta* ex alimento boni nutrimenti, & pauci excrementi, vid. CELS. *cap.* 30. e.gr. *ova gallinacea*, *caro vitulina*. Hi autem cibi præterea possunt præparari cum *endivia*, *lactuca*, *amygdalis*, *semine melonum*. Potus debet esse *cervisia recens*, somni longi, labor rarus, lætitia animi, usus frequens *lactis* cumprimis, quin tales possunt curari

rari solo *lacte*, si nihil bibant, nisi *lac* cum *sacchare*: *Oryza cum lacte, triticum cum lacte, cibus ex fagopyro*, humectat egregie.

Hist. XII.

Icterus.

NAupegus, musteis cervisiis deditus ætate & æstate primum inclinante, longo profluvio detinetur. Novembri mespilis persuasus, utitur multis. Stat alvus. Appetitus melior. Sitis major. Facies rubicundior. Hiems acris, longa. Feriæ. Manus semper calida. Redeunti ad laboris, lassitudo insolita. Pruritus toto corpore. Pallor in vultu. Strictura Zonæ. Respiratio difficilis. Tussis crebra, sicca. Pulsus frequens, parvus. Homerda argillacea. Urina crocea.

Resolutio hujus Casus.

PRoponit *Icterum*, cujus signa infallibilia sunt, *homerda argillacea, Urina crocea.*

Naupegus,) dicit vitæ genus laboriosum, ex quo multum incalescunt, unde multum bibunt, & quater, vel quinquies die comedunt, & quidem multum *panis*; qui cum valde fermentetur in ventriculo, magis famem excitat, quod ego in me ipso in *peste* expertus sum. Nam *jentaculum quotidie sumebam ex pane cum butyro*. (Nihil enim magis præservat a veneno, quam pinguia; nam omne venenum pestiferum est sulphureum; si ergo istud venenum hauriatur ore, & in ventriculum vacuum perveniat, ulterius pergit, sin autem pingue offendat, cum eo per alvum excernitur,) *& incidebam inde in tantam esuriem, ut præ fame rabiem, non possem tolerare famem.* Sumebam autem *panem roggeum*, a cujus acido mihi accidebat ista fames.

Musteis cervisiis deditus,) multos flatus gignit, & multis humiditatibus sanguinem implet.

Longo profluvio detinetur.) Est *diarrhœa*. Oritur autem *diarrhœa* a corruptione ciborum in ventriculo, quod discetis ex *HIPPOCR. lib. 2. de Diæta*, & ex *MART. RULANDO* in sua *Empeiricâ*, non discursu, sed curationibus, quia semper *vomitum* adhibet.

Ætate & Æstate primum inclinante.) Ætas inclinans est circa annum 50. Æstas inclinans signat finem *Julii* aut principium *Augusti*. Accidere autem tali ætate solet *diarrhœa*, ut *Aphor. 30. f. 3.* monstrat, ut & æstate, quod *Aph. 21. f. 3.* dicit: Nam quale est temperamentum æstatis, tale & hujus ætatis.

Novembri mespilis persuasus utitur multis.) Voluit adstringere alvum, sed minus recte. Hic etiam considerabimus, quomodo *Diarrhœa* tractari debeat: Rectius autem deberet definiri; *Profluvium ventriculi alvinum*; loquimur enim hic de *Diarrhœis* morbidis, non criticis. Ventriculus dicit subjectum, scil. cruditate obrutum; alvinum dicit materiam, scil. flatulentam. Profluvium dicit vitium, scil. in motu, & irritationem expultricis, & imbecillitatem retentricis dicit, hoc est, laxitatem & flacciditatem ventriculi,

culi. Indicantia hic sunt (1. *materia aliena & acris*; (2. *motus inordinatus* seu *concitatus*; (3. *flacciditas* seu *laxitas ventriculi*. Indicata ergo erunt (1. *Materiæ corruptæ ablatio*, quia non potest concoqui. (2. *motus sufflaminatio* per contrarium, seu revulsionem. (3. *Ventriculi flaccidi roboratio*. Hic autem *Diarrhœam* hanc esse ex ventriculo, constat ex antecedentibus, quod musteis cerevisiis usus fuerit; musteæ enim cervisiæ faciunt ad cruditatem in ventriculo, unde, si paululum saltem gravetur ventriculus, statim excitatur ab illo relicto fermento, ebullitio & agitatio, quam sequitur deinde *diarrhœa*. Ergò, quia ventriculus hic cruditatibus obruitur, ista cruditas per *vomitum* tollenda, per quem simul motus ille humorum revellitur: postea autem ventriculus roborandus, & ejus humiditas corrigenda per *calida* & *sicca*, reliquiæ autem tandē per leve *purgans* evacuandæ, scil. per *rhabarbarum tostum* ad ʒß. Vel potest infundi in *vino absinthite* hoc *rhabarbarum*, sic enim non tam purgat, quam abstergit reliquias.

Stat alvus.) Scil. *mespila* non constringebant orificium forte ventriculi inferius, sed spiritus irritabilitatem tollit. Sistunt refrigerando spiritum, & simul adstringendo poros tunicarum ventriculi, unde spiritus non ita copiose influunt.

Appetitus melior.) Appetitus naturalis nihil aliud est, quam Defectus humidi in sanguine, sedes itaque hujus est in ipso sanguine. Si enim deficit humidum illud in sanguine, acrior & calidior fit, & quasi biliosior, ad ventriculum affluens, acrimonia sua vellicat tunicas ventriculi, unde dolor: ista doloris perreptio est appetitus animalis, ut appetitus naturalis est defectus humidi in sanguine. Fit autem melior, quia sublato fluxu alvi chylus melior in ventriculo perficitur, & deinde ad sanguinem delatus, ejus acrimoniam temperat.

Sitis major.) Sedes sitis naturalis est in lingua, quia humida lingua non oritur sitis, nec potest restingui, etiam toto ventriculo frigida repleto, & ⌽ saltem linguæ admoto sistitur sitis. Sitis ergo major hic ex constrictione, indicat retenta esse, quæ debebant excerni, scilicet aërea, quæ retenta faciunt sitim.

Facies rubicundior.) A caliditate & siccitate sanguinis, & est signum ustionis.

Hiems acris, longa.) Impedit transspirationem, & ita cohibitis fuliginibus, sanguis fit acrior & biliosior.

Feriæ.) Dicunt cohibitam respirationem, quia calor laboribus non excitatur.

Manus semper calida.) Signant sanguinem inardescere.

Redeunti ad labores lassitudo insolita.) Cum jam rediret ad labores longo tempore intermissos, erant ei molesti. Fuit autem *lassitudo ulcerosa*, quod ex sequentibus patet, quæ est a collectione biliosi.

Pruritus toto corpore.) Fit a fuliginibus biliosis in sanguine.

Pallor in vultu.) Notat biliositatem sanguinis: qualis autem color in facie, talis humor in sanguine, quod dicitur apud HIPPOCR.

Zona strictura.) *Zona* est regio, ubi cingimur. Strictura est, quasi cingulo constringeretur, unde difficilis respiratio. Duæ autem partes sunt, quæ stricturam suo pondere possunt facere, ventriculus & hepar. Hic est ab hepate; etenim biliosum debet separari in hepate, sed quia acre quoque urit hepar, & ibi deponitur in ejus parenchyma, unde durescit & fit ponderosius, atque sic detrahit diaphragma.

Tussis crebra, sicca.) *Tussis* hæc deducitur ex vaporibus acribus, ex hepate surgentibus, & ad diaphragma appellentibus, ab Auctoribus. Sed longe alia caussa est, scil. quando sanguis biliosus & acris defertur ad pulmones, lancinat illos, & ita *tussim* facit. Hinc *tussis* in *febre hectica* incipiente, hinc *tussis* in *febribus ardentibus.*

Crebra.) Quia continuo materia acris transit ad pulmones.

Sicca.) Quia materia saltem transit, non hæret.

Pulsus frequens.) Ab usu aucto, quia sanguis ustus ventilatione indiget.

Parvus.) Est a facultate languente, & signat spiritus paucos.

Homerda argillacea.) instar *argillæ cinereæ.* & simillimæ sunt hæ feces pulti ex *fagopyri farina*, quoad colorem & quo ad modum substantiæ. Est autem *argillacea* a defectu Tincturæ bilis; quia porus choledochus est occlusus, & *hoc est infallibilile semper signum icteri.*

Urina crocea.) A bilioso sanguinis multo, & quidem usto: Visui apparent obscuræ, sed croceæ apparent, si linteum immittas urinæ, tunc illæ tingentur colore croceo. Oritur autem hic *Icterus* quia biliosum sanguinis in hepate non separatur, sed ibi stagnat.

Curatio.

Color flavus in habitu corporis signat effusionem bilis: effusio autem bilis pertinet ad morbos digestionis. Digestio est, quando humor in cutim diffunditur. (*in Meletem. 24. Patholog.*

Icterus ergo, quatenus est vitium cutaneum est digestio biliosa in habitu corporis. Quæritur, an hic æger integre sit curatus, vel non? sed & caussa hujus tollenda. Effusio bilis dependet a vitio sanguinis, quod est *polycholia*, ab hac dependet illa digestio in cutem. Non autem hic biliosum sanguinis secedit tantum, sed ipse sanguis fit biliosior, quemadmodum totus sanguis fit *melancholicus*. Et *Icterum* posse a solo vitio sanguinis fieri, probant venena, quæ *Icterum* producunt.

Omnia autem venena agunt eo, quod simile est, bilioso sanguinis, biliosum autem constat ex Sulphure & ⊖. Collectio itaque bilis in hepate fit ob acrimoniam biliosi, illa autem acrimonia orta fuit, quia in alvi fluxu semper incalescit corpus, unde sanguis fit acrior

fit acrior & biliosior, & quia illud acre, quod debuit adhuc excerni, subito usu mespilorum fuit suppressum.

Ultimum inventum erit nobis in *curatione* primum. *Stagnatio biliosi in hepate*, signat *sublationem biliosi ex hepate.* Conditiones autem biliosi stagnantis sunt: Fit ibi siccius, lentius, crassius, quia stagnat. Ergo biliosum sanguinis in hepate stagnans, *quia siccum, humectandum*, *quia lentum incidendum*, *quia crassum attenuandum.* Materia remedii sufficiens est *purgans*: *Forma* optima est *Apozema*, quia hæc crebro assumuntur, ac ita melius materiam istam expurgare possunt. Ergo

℞. *Rad. cichor. ab.* ℥j. *ad* ℥ij.
chelidon. maj. ℥ß.
(hoc est *arcanum* curandi *Icterum*, quia autem valde acre, quapropter in minori dosi debet præscibi; simul autem purgat, nec aliud purgans addendum.)
herbar. endiv. mij. *marrub.* mß.
fragar. mj.
fol. senn. ℨj. *Tartar. vin. alb.* ℥j.
Coq. ex 🜄. com. vase probe clauso. Colat. obiter expressa detur ad ℔iß. sine ullis *syrubis*, quia dulcia vitanda.

Interdum fit, ut linioso pituitosum quid admixtum sit, & hoc apparebit ex colore, quando quasi albor videtur sub flavore, tum necesse est, ut semper Tartar. sub finem *apozemati* ad ℨß. addatur ad summum. Debet autem ℔iß. *Decocti* per 3. dies bibere, ita, ut quotidie tertiam hujus *apozematis* partem sumat. *Icterum nigrum* fœdissimum unico hoc *apozemate* curavi: per 4. septimanas frustra adhibui, sed 5ta septimana videbam in ☐ mutationem, & intra decendium evanescebat omnis *Icterus.*


Dn. TULPIUS, *Ictericos* solet curare *Infuso Rhabarbari*, cui *theriacam* miscet. Quoad materiam in habitu latentem, illa non opus habet per *sudorifera* discuti, sed sponte tandem evanescit. *Purgantia* autem fortia & *sudorifera* inter initia non debent adhiberi, quia per hæc serum subducitur sanguini, unde biliosum magis incenditur, & fit *Icterus* incurabilis. Hinc etiam, si *febris ictero* superveniat, desperata res est. *Aph. 46. Sect. IV.* Per *sudorifera* autem plus biliosi deducitur in habitum corporis & fit obstructio major hepatis.

NB. *Succus stercoris equini curat Icterum.*

Historia XIII.

Chlorosis.

PUella florida, sororianti, fons Natura, aperitur tertio lustro, Aprili clauditur, Victus plenus, bonus. Vita fœminea. Julio albescit, pigrescit. Fames, Malacia, deliciæ salis. Rugitus. Palpitatio hypochondrii, cordis. Respiratio anhela, inprimis ascendenti. Noctu febricula. Tempora, dorsum pulsantia. Satietas, Asitia, Languor, Mœstitia. Urina albæ, crassa, turbida.



Resolutio hujus Casus.

PRoponit *febrem albam, seu Virgineam.* Qui morbus, quando adhuc est sine *febre*, dicitur *cachexia Virginum.* Est autem morbus sanguinis. Omnia autem symptomata, quæ in hoc casu proponuntur, solùm pertinent ad pituitositatem sanguinis.

Puellæ.) Dicit ætatem, scil. a 12. usque ad 20. annum dicitur puella, &, cum 20. annorum, dicitur Viripotens; quæ autem nondum attigit 12mum, dicitur puellula, quæ nondum tertium, dicitur Infans. Dicit autem puella ætatem humidam, in qua tamen calor assurgit.

Floridæ.) Signat sanguinem calidum, sed multum humidum, seu chymosum.

Sororianti.) Quando mammillæ incipiunt crescere, quod fit circa 15. annum. Pueri autem apud HIPPOCR. dicuntur *fratrare*, ἀδελφίζειν. Crescunt autem hoc tempore mammillæ, quia tum Natura præparat corpus ad speciem propagandam.

Foris natura aperitur.) Id est, menses incipiunt fluere. In sacris dicitur, mulier hæmorrhousa.

Tertio lustro.) Incipiunt autem menses fluere ab Anno 12. ad 21.

Aprili.) Hæc enim aëris constitutio invitat quasi Naturam ad fontem aperiendum.

Clauditur.) Id est, menses cessant; semel scil. menstruata est. Clauditur autem, quia in principio menstruationis adhuc nutriuntur, atque ita sanguis non ita copiosè abundat, quapropter Natura tum aliquot menses solet expectare, ut rursus colligat.

Victus plenus, bonus.) Quando sumitur cibus multi nutrimenti, ut ova. Victus autem plenus suppeditat multum sanguinem. Bonus victus est, quando non peccatur, nec in copia, nec in qualitate ciborum; ideoque necessario debebat *plethora* fieri.

Vita fœminea.) Dicit vitam mollem, ignavam, atque ita multum sanguinis gigni, sed paucum consumi.

Julio albescit.) Dicit pituitositatem sanguinis se hic manifestare. Apparuit autem albor in *Julio*, quia a calore per sudores subducitur aquosum, & viscidum manet.

Pigrescit.) Pigritia est a repletione, & hæc est symptoma imminuti motus.

Fames.) Scil. præternaturalis, vel, quod insuetis temporibus appetat, & fit a cruditatibus corruptis in ventriculo.

Malacia.) Differt a *pica*, quæ gravidis est familiaris. Oritur autem *malacia* a corruptione putida in ventriculo, & hi, qui hoc affectu laborant, semper saporem cinereum in ore habent, sed simul fetidum, nonnunquam piscium, nunc carnium putidarum.

Deliciæ salis.) Delectatur ⊖e, quia ⊖ abstergit.

Rugitus.) A flatibus conclusis.

Hypochondrii.) Scil. dextri, pro dextro enim *hypochondrium* simpliciter accipitur.

Palpitatio cordis.) Palpitatio cordis & hy-

& hypochondrii fit ab anemia sanguinis.

Respiratio anhela, inprimis ascendenti.) arguit talis respiratio paucitatem spirituum & cruditatem sanguinis.

Noctu febricula.) Noctu fit, quia in talibus noctu partes inferiores calent, atque ita multi vapores excitantur, qui tamen non transspirare possunt, unde excitatur *febricula*; parva autem, quia hic calor fit oppressione potius, quam irritatione.

Tempora, dorsum pulsantia.) Sunt symptomata *febris* & signa plenitudinis.

Satietas.) Hic habet significationem illam, in qua accipitur *Aphor. 4. Sect. II.* In genere vero semper signat plenitudinem; in specie vero alimenti. Et hæc satietas est vel cibi, vel potus, vel sanguinis, vel habitus corporis plenitudo.

Asitia.) Est appetitus plane dejectus, sed nondum *Apositia*. Est autem *Asitia* seu non-appetentia illa a satietate.

Languor.) Est penuria spiritus. Hic autem penuria spiritus est partim ab exhausto, quia non degeneratur sufficienter, partim ab oppresso, quia ille spiritus, qui adhuc superest, a cruditate sanguinis opprimitur.

Mæstitia.) Partim ab oppressione, partim ab obscuratione spiritus.

Urina alba, crassa, turbida.) Signant cruditatem & paucitatem caloris, qui quidem cruda aggreditur, sed non perficit.

Curatio.

Concurrunt hic (1. *Cachexiæ* habitus, hæc est à (2. *pituitositate* & *putredine sanguinis*, hæc a (3. *ventriculi cruditate*.

Pituitositas sanguinis, si non potest concoqui, *evacuationem* postulat, quia autem Natura à multitudine pituitositatis opprimitur, evacuatio magna requiritur. Talis magnæ depletio potest fieri *Venæsectione*. Non autem opus est, totum sanguinem evacuare, sed levari saltem ab onere suo. Plenitudini itaque sanguinis per *VS.* satisfaciendum, pituitositati vero per *evacuationem* aliam. Hujus remedii materia invenienda est ex conditione materiæ. Potest itaque fieri *Decoct. ex lign. sanct. roremar.* ut:

℞. *Raf. lign. sanct.* ℥viij.
cort. ejusd. ℥iiij.

macerentur horis minimum 48. in vini & ▽. aa. ℔vj. *Deinde coque in diplomate vase accuratissime clauso, sub finem addendo*

herb. rorismar. & puleg. aa. mj.

ubi sufficienter cocta sunt, remove ab △, & cola cum forti expressione, & in ejus adhuc calentis aliquota parte misce

hermodactyl. alb. leviss. trit. ab ℥j. *ad* ℥ij.

& M. cum toto: Sumat omni mane summo ℥iiij. vel ℥v. & sudet. Deinde utatur etiam alio & simili *Decocto*, sed leviori pro potu ordinario, nihil aliud debent bibere, cibus debet esse frugalis in prandio ex *assis*, in cœna vero saltem *passula* debent usurpari.

Hermo-

Hermodactyli adduntur, ut alvum apertam servent, non autem purgent. *Vid. CELS. lib. 3. cap. 1. in fine.*

Debent autem ægri tales subinde corpus movere & agitare.

Tandem *ventriculi cruditas*, quia non est a multa materia, sed saltem particulæ quædam subtiles in tunicis hærentes, non debet per *vomitoria*, nec *purgantia* tolli. Non enim natura multis oppugnanda medicamentis, sed unum & alterum in quovis membro sufficit, & blande procedendum, & lente ubique, non enim existimandum, semper amphoras materiæ peccantis adesse, sed sæpe minimum graves morbos facit, ut in *pleuritide* &c. Quapropter hic saltem *corroborantia* & *exsiccantia* ventriculum danda: e. gr.

℞. *Conserv. menth. crisp. absinth. Rom.* aa. ℥j. *vel* ℥iß.
meliss. rof. r. aa. ʒvj.
quajac. tenuiss. ras. ʒß.
rad. Zedoar. spec. diambr. aa. ʒij.
mithridat. ʒj. *sir. e menth. q. s.*
M. F. Conditum.

Sumat ter in die ad quantitatem *nucis moschatæ*.

Hist. XIV.

Syncope Cardiaca.

PRofessor sexagenario minor, statura egregia, corpore quadrato, colore vivido, cælebs, liberalis, magnanimus, pransor egregius, cœnator parcus, vinosus, supremo anno plenior & speciosior & coloratior factus, placet sibi. D. VIII. Kal. Nov. excurrit ad Amicum. Vespere domum vinolentus cymba redit. Imprudens Nauta hanc pene subvertit. Impletur aquis. Vectores poplitibus tenus madefieri. Noster vehementer irasci, tremere. Postridie vino dolorem de corde abluere. VI. Kal. ob sabbathum domi se continere. V. ante Vesperam accipere familiarem, excipere bene. IV. a prandio in tabernam Vinariam evocare congerronem. Noctu concubia domum cubitum ire. III. Mane famulo salutanti, appellanti, excitanti non respondere. Nullum membrum movere. Manupressionem non sentire. Facies tumida, florida. Respiratio magna, rara. Pulsus valde parvus, debilis, inæqualis. Medicus familiaris, inexpertus, insolentia morbi & magnitudine territus, spectatorem agere. Propridie truncus iners, facies flammea. Respiratio rarior. Pulsus deficiens. Pridie pallor in ore. Oculorum album subapparare. Respiratio parva rarissima. Pulsus nullus. Extrema frigida. Kalendis moritur.

Resolutio hujus Casus.

PRoponit *syncopen cardiacam*. *Syncope cardiaca* est stagnatio sanguinis circa cor. Sed hæc stagnatio non recte appellatur cardiaca, quia omnis syncope est in corde. *Syncope cardiaca* ergo potius est illa syncope, quæ oritur ex morsu oris ventriculi. Quemadmodum autem non recte dicitur *cardiaca*, sic etiam nec *syncope*, quia *syncope* subitus affectus est, & si ex *syncope* quis moriatur, statim moritur. In hoc vero morbo per 3. dies adhuc vita protracta fuit. Alias *syncope* proprie est, quæ subito invadit, & repente tollit e medio, ex *Aphor. 41. Sect. II.*

Pro-

Professor.) Vitæ genus dicit.

Sexagenario minor, statura egregia.) ætatem & staturam dicunt.

Corpore quadrato.) Qui ita crassi & lati sunt.

Colore vivido.) Id est, pleno & fulgido rubore.

Cœlebs, liberalis.) Vitæ genus dicunt.

Pransor egregrius, cœnator parcus.) Consuetudo ejus hæc erat.

Vinosus.) Vino deditus.

Supremo anno plenior.) Dicit habitum sanguinis & carnium pleniorem.

Et speciosior.) Fulgor magis.

Et coloratior.) Id est, floridior. Hæc omnia autem signant summam *plethoram*, & huc spectat *Aphor. 3. Sect. 1.* nam spiritus ad coquendum validus. &c.

IIX. Cal. Nov.) Primo hæc dicunt occasionem externam.

Vinolentus.) Est vino oppressus, non tamen plene ebrius.

Imprudens nauta, &c.) Dicit refrigerationem & æstuationem rursus spiritus contracti prius.

Irasci, tremere.) Inflammationem spiritus.

Postridie vino.) Et hæc caussa rursus extremam *plethoram* signat.

Ob Sabbathum domi se continere.) Coluit *DEUM* mane.

Ante vesperam &c.) Nova repletio.

Nocte concubia.) à 9. ad 11. quibus solemus cubitum ire.

Mane &c. usque movere.) Dicunt sensum & motum sublata fuisse, quæ symptomata etiam communia *apoplexiæ.*

Facies tumida, florida.) Hoc est signum hujus affectus proprium.

Respiratio magna, rara.) Est quoque signum diagnosticum, nam in *apoplecticis* est parva & rara.

Pulsus parvus debilis, inæqualis.) Parvus ab usu imminuto, debilis ab oppressione, inæqualis, quia facultas contra urget, est quoque signum pathognomicum hujus affectus.

Medicus &c. spectatorem agere.) Id est, a Medico esse neglectum, nam debuisset liberaliter *secare venam.*

Propridie truncus iners.) Signant morbum augeri, & pergere ad lethalitatem.

Facies flammea.) à sanguinis exæstuatione.

Pulsus deficiens.) Est *myurus* deficiens, qui tandem deficit, perpetuo imminutus.

Pridior pallor in ore.) Signat plane oppressum spiritum, & incipientem extingui in extremis partibus.

Oculorum album subapparere.) Est convulsivum quid.

Respiratio parva, rarissima.) Extrema.

Curatio.

DEbuisset hic curari liberalissima *Venæsectione*, & quidem una vice ad ℥xxx. fere, quia stagnatio sanguinis adfuit, & maxima *plethora*, atque ita sola *Venæsectione* potuisset curari, quæ postera die potuisset repeti quoque, si fuisset necessum.

 Hist.

Hist. XV.

Suffocatio Uterina.

MAtrona egregia, ætatis duodetrigesimo, connubii septimo, viduatur marito desideratissimo. Luget, modeste premit altum corde dolorem. Menses stati, parciores, acriores, quavis vice semestre terit domi. Prodit. Lassitudo. Agit suas res. Amicum adit consultum. Alienatum repetit. Renovatur vulnus. Tristitia major, collabitur facies, cibum cum nausea sumit, potum cum voluptate, cordis crebra palpitatio. Mens hebes. Oblivio. Ridet sæpe, sæpe lacrimatur. Accubitura sentit repentinum motum, pubem inter & umbilicum. Manu premit. Deficit. Pulsus abolitus, respiratio parva, rara. Mortua creditur sat diu. Murmurant intestina. Naturalia madescunt. Pulsus obscurus. Rubescunt malæ. Suspiria profunda. Sensus. Motus. Vox. Sermonum in paroxysmo memoria. Vires languidæ. Corpus quasi contusum.

Resolutio hujus Casus.

PRoponit *suffocationem uterinam* veram, quam quinquies tantum vidi intra 32. annos meæ praxeos. *Suffocatio uterina* est ipsa Definitio. *Uterina* dicitur, quia focus est in *utero*. Locus est *Cor*. Et qualis hæc est *syncope*, talis omnis est, quæ non fit a caussa externa. Sic novi aliquem, qui, cum audiret serram trahi, statim animo linqueretur. Materia autem in utero latens, latet in ipsa substantia uteri, hæc enim instar spongiæ est, quam ante aliquot annos inflavimus, & vidimus humores illos contineri intra illam substantiam, quæ in puerperio excernitur. Intra hanc ergo substantiam spongiosam si sanguis colligitur & grumescit corrumpiturque, aura venenata inde surgens facit deinde *syncopen*.

Matrona.) Est femina, quæ viro cohabitat, sed nondum peperit;

Egregia.) Id est, generosa & statura egregia.

Ætatis duodetrigesimo.) 28. annus signat florem ætatis muliebrem.

Connubii septimo.) Consuetudo viri & experientia Veneris.

Viduatur marito desideratissimo.) Est ἀφορμή, & pertinet ad animi affectus.

Desideratissimo.) Includitur in hoc verbulo, quidquid femina desiderat in Viro.

Luget.) Hoc est, magnum animi vulnus accipit, magno tamen animo tulit, scil. pressit dolorem.

Menses stati, parciores, acriores, quavis vice.) Stati, quia stato tempore redeunt, atque ita bonam constitutionem signant, eamque non fuisse inidoneam ad concipiendum.

Semestre terit domi.) Signat intermissionem motus corporis, & mœrorem, & hinc exustionem sanguinis.

Lassitudo.) Dicit oppressionem, seu proprie imbecillitatem spiritus, nam est spontanea lassitudo, nam & à copia vel humorum vitio onerabatur.

Agit suas res.) Quamvis lassitudo adfuerit, tamen agit res, atque ita majorem sanguinis —

Ami-

Amicum adit.) Hæc pertinent ad majorem animi mœrorem.

Collabitur facies.) Id est, nasus acutus, oculi excavati, frons rugatur, mentum acutum.

Cibum cum nausea sumit.) Est a spiritu, scil. spiritus tristitia. Spiritus enim æger valde irritabilis est, prout ita illa sunt, quæ eum afficiunt, nunc suâ modestiam nunc ità, nunc ita prodit, nam talibus ægris omnia molesta.

Potum cum voluptate.) Pendet a spiritu calido, tenui, arido.

Cordis crebra palpitatio.) A flatulentia sanguinis, quæ flatulentia est ab imbecillitate spiritûs, qui non potest chylum perfecte concoquere. Crebra, signat non fuisse perpetuam.

Mens hebes.) Hebes est, qui nec in percipiendo promtus est, nec in judicando: & est stupor mentis; Est ab oppressione spiritûs.

Oblivio.) Est delirium circa præterita, seu est somnus p.n. mentis.

Ridet sæpe, sæpe lacrymatur.) Delirium. De Risu & Fletu GOSTERIUS elegantem tractatum scripsit. Egregius est locus in HIPPOCR. *lib. de partu septimestri de Risu & Fletu*, qui locus fuit valde corruptus, sed restitutus est a *Medico Gallo.*

Accubitura sentit repentinum motum.) Signat accedere paroxysmum.

Manu premit.) Videbatur extrorsum eniti velle, intumescit enim ille locus.

Deficit.) Est ipsa *syncope*.

Pulsus abolitus.) Confirmat idem. Abolitus autem dicitur, qui per multos ictus intermittit.

Respiratio parva, rara.) Parva oppressionem spiritus, rara usum imminutum.

Mortua creditur.) Respiratio hic plane cessavit, & hinc fuit mortua credita.

Sat diu.) Sæpe per triduum jacent.

Murmurant Intestina.) Murmura sunt a flatibus.

Naturalia madescunt.) Quando se recolligunt, pulsus rursus redit, sanguis movetur, calor augetur, unde credo humorem seminalem agitari a calore, & hinc naturalia madescunt. Sic in virgine, quæ sæpe suffocationibus uterinis erat afflicta, mortua tandem hydropica, dissecta. Nihil apparuit vitii in ulla parte, quam in sinistro teste, qui nigerrimus erat, & nigerrimam materiam in se continebat, unde fœdissimus odor exspirabat.

Pulsus obscurus.) Signat redire ad se.

Rubescunt malæ.) A calore redeunte.

Suspiria profunda.) Fit a contractione diaphragmatis in tristibus quando ergo usus urget, rursus valde dilatatur diaphragma, unde respiratio sonora. Et hæc omnia tribuo orificio superiori ventriculi.

Sensus, motus, vox.) Signant augmentari semper spiritum redeuntem.

Sermonum in paroxysmo memoria.) Debet hoc intelligi de principio & fine paroxysmi.

Vires languidæ.) Signant magnam spirituum

consumtionem ex non refectione. Spiritus enim habet essentiam suam in fieri.

Corpus quasi contusum.) Est a crassis vaporibus, qui se insinuarunt musculis, est enim species lassitudinis.

Curatio.

DUo hic sunt spectanda: *Paroxysmus* & *tempus extra paroxysmum.* Et quidem in *paroxysmo* est morbus spiritus, ergo *excitatio* indicatur ejusdem. Materia ergo remedii, quia spiritus est △, debet esse △ea, quia est subtilis, debet & hæc esse talis, quia spiritus est in profundo, debet esse penetrans, talia sunt omnia *aromatica*, quibus jungenda *specifica* contra auram malignam, qualia *Tinctura castorei*, *cinnamomi*, 🝆 *succini* & præcipue 🜈, & medicamenta e 🜈 parata, hic enim spiritus familiaris est nostro spiritui; hinc si *succinum cum* 🜈 destillatur, egregium *spiritum compositum* contra *suffocationem uterinam* accipimus; sic etiam in præparatione *Tinctur. castorei* 🜈 prius debet per aliquot dies *castoreo* affundi, ac ita in macerationem poni, deinde *destillari*, & aliquoties ☉ affundi & iterum destillari. Huc pertinent omnes *aquæ hystericæ compositæ.* Si autem tales spiritus non sufficiant, tunc ultimum est remedium, si 🜈 ⊡*sus* instrumento GLAUBERI imbuatur in spongiola, & Naturæ intrudatur. GLAUBERUS 🝆 *Tartar. cum* ∽ ⊖✱*ci conjungit*, sed melius esset, *si* ∽ ⊡ *supra* 🝆 *Tartari rectificatum* sumeretur.

Historia XVI.

Hemiplegia.

COnsularis, climactericum magnum totus viridis ingressus, nuptui dat filiam novissimam. Ante nuptiarum tempus se lætitiæ & lautitiæ dat, parcus alias & sobrius. A nuptiis non pridem præter consuetudinem jejuno, ante meridiem vertigo. A triduo eadem pranso: deinde ternis alternis repetere incertis horis. Ab hac semper tinnitus aurium. Somni longiores. Mane mens obnubila, cervix obrigida, non diu. Tussicula, sputum paucum aquosum, labores soliti. Ambulatio matutina, cura publica, prandium elixa. Meridiatio. Pomeridianum amicis confabulationibus, tesseris datum. Cœna assa. Somnus altus. Hæc Majo. Nona Junii valde serena. Ambulatio in umbra. Sudor tenuis. Quies. Prandium apud amicos, serum, protractum. Quinta domum revertitur, comite Collega. Hunc exeuntem ad propulaum prosequitur. Manum tollit ad pileum. Recidit vertigo. Concidit. Complectitur famulus. Totus flaccidus deponitur in lectum. Postridie velut e somno evigilat, rogat, quæ hora? Uxor secunda. Miratur tam se diu dormisse. Siticula. Petit potum. Ad calicem porrigit lævam. Eâdem os tergit.

Resolutio hujus Casus.

PRoponitur *Hemiplegia.* Verisimillimum videtur mihi, ab humiditate spiritus hoc malum esse.

Consularis.) Vitæ genus, luxui deditum. Nominantur enim Consulares, qui

qui antea fuerunt Consules, & ita corpus multis cruditatibus obrutum.

Climactericum magnum.) dicit Annum 63.

Totus viridis.) id est, optimæ constitutionis.

Nuptui dat filiam.) Occasiones ad convivationes, adeoque hæc cruditatum collectionem signant.

Ante nuptiarum tempus lætitia.) idem signant.

Partus alias & sobrius.) signant insuetis magis lædi corpus.

A nuptiis non pridem præter consuetudinem jejuno vertigo oboriebatur.) quia sanguis calidior factus, quia vapores delati ad oculos faciunt *vertiginem*. Et hæc origo mali.

A triduo eadem.) progressus mali.

Tinnitus aurium.) signat plurimos flatus per arterias ascendere in cerebrum.

Somni longiores.) A copia vaporum in sanguine crudo.

Mane mens obnubila.) id est, quando non recte cognoscimus, an matutinum an vespertinum tempus sit. Hæc obnubilatio fit, quia spiritus est obrutus nebula cruditatum in sanguine.

Cervix obrigida.) Rigor iste ab inflammatione musculorum cervicis est.

Tussicula.) a cruditate aquosa ventriculi, unde & sputum paucum, aquosum.

Labores soliti.) scil. ad ambulationem & curas.

Prandium elixa.) dicit, hinc humiditates corporis fuisse fotas & auctas in cibis humidis.

Meridiatio.) Est post sumtum cibum dormire, auget autem humiditates corporis.

Pomeridianum &c.) Omnia arguunt humiditatem corporis.

Cœna assa.) tales cibi præbent multum alimentum humidum.

Somnus altus.) signat etiam multas humiditates.

Ambulatio in umbra.) refrigerat & humectat.

Sudor tenuis.) Arguit copiam crudi sanguinis; quod etiam a levi agitatione sudor prorumperet. Vid. *Aphor. 38. Sect. IV.*

Quies.) signat, quod, cum videret sudores prorumpere, statim eos voluerit detinere.

Prandium serum, protractum.) id est, diutius coactus fuit expectare præter consuetudinem.

Manum tollit ad pileum, recidit vertigo.) Sunt ipsa signa concomitantia hunc affectum.

Concidit.) Ob defectum spiritus.

Totus flaccidus.) Signat mollitiem & humiditatem omnium musculorum.

Reponitur in lectum.) signat impotentiam motus.

Postridie velut e somno evigilat.) dicimus spiritum fuisse depressum.

Rogat, quæ hora.) Signat omnimodam obnubilationem mentis a vaporibus.

Siticula, petit potum.) Est ab incrustatione linguæ a fuliginibus, quia tales ore aperto jacent.

Ad calicem porrigit lævam.) Est signum *hemiplegiæ.*

Curatio.

PAralysis, quidquid tandem de ea sit, non potest aliunde esse, nisi a spiritu concluso. Intercluditur ab obstructione nervorum. Si itaque est a tali obstructione, *obstructio reseranda*: hoc faciunt *calida, digerentia, penetrabilia, exsiccantia*: talia *sudorifera*, quæ simul quasi in intima & medullam ossium penetrant. Ego sane hactenus nullis aliis, quam *sudoriferis* & *linimentis* aliquid efficere potui.

Ante *sudoriferum* mox primo die *vomitus* ciendus, quia hic cruditas ventriculi est; potest autem optime dari *Mercurius vitæ in vino generoso infusus*: Cujus ℥ ß. danda: (*ad.* ℔ ij. *vini*; ℥ ß. *Mercurii vitæ.*) Deinde vitium in sanguine respiciendum, quod est Chymositas sanguinis, unde sanguis humidior debito, qui sanguis, quia est imperfectior, *indicat perfectionem*, non autem *ablationem per VS.* nisi ita multus sit, ut opprimat, tunc enim concedi potest *VS.*

Si autem hæc oppressio non adsit, istud imperfectum seu crudum sanguinis *concoquendum*, quæ concoctio juvanda *apozemate ex herbis appropriatis*, *majorana*, *rosmarino*, *thymo*, *satureja*, *radice Ostrutii*, *chamædr. cort. aurant. citr.* Item ex *Iva arthritica*, *herba paralysi* & *hydromelite* additis paucis leniter *purgantibus*, & in hoc perseverarem aliquot dies, donec concoctio facta esset, quod apparet ex ⊟. *Sudorifera* autem debent esse efficacia. Ego darem *Decoctum ligni Quajaci*, *addito semper junipero*, vel *lign. junip.* simul decoquatur, vel etiam *lign. rhod.* Quos ego curavi, curavi per *talia Decocta.* Quando autem maxima cruditas consumta est, tum addendus 🜄. *Tartarisatus* ita *destillatus*, *ut super* ⊖. *Tartari calcinatum, donec fiat cæruleum, affundatur, & super hoc* ⊖. *cæruleum* 🜄. *destilletur*; *& hic* 🜄. *ad* ℥ß. *Decocto addi debet.* Quoad Linimentum, habetis egregium in FEL. WÜRZ ad restituendam nutrimentum membris.

Hist. XVII.

Cholera.

MEdicus doctus & gratiosus, sanus, bene valens; in generali convivio epulatur opipare. Secunda mensa, bellaria, armeniaca, avellanas, & Marsilsensis vini binos calices pitissando degustat. De mensa maturius surgit visitatum. Primis tenebris redit. Secundum mensa strata. De acetario sumit avidiusculè. Addit nobilis vini poculum. Satis. Omnes domum. Noster cubatum. Facilis somnus. De media nocte excitatur ad hystericam. Ad conjugem reverso quæsitus somnus, redormienti brevis. Postquam surrexit ructus calidi, nidorosi. Ardor ad præcordia toto die. Sitis. Prandium lac ebutyratum cum acido cremore coctum. Cœna gallinula cum lactuca suffocata. Solvitur alvus ante somnum. Tota nocte desiderium dejiciendi. Somno obrutus retinet. Diluculo surgit. Procincto tenebricosa vertigo. Solvitur.

vitur alvus. Simul vomitus est, in ventre inflatio, tormina. Luctat anxietas. Urget sitis. Anima deficit. Frigidi artus, manus, cubito, pedes genutenus. Pulsus inæqualis inordinatus intermittens. Excreta similia aquæ, lutea, alba subviridia, nigra, varia. Ardor in faucibus, podice, ingens. Ructus assidui.

Resolutio hujus casus.

PRoponit *Choleram. Cholera* est profluvium ventris cum orgasmo, seu profluvium alvi turgens.

Medicus.) dicit varium vitæ genus.

Doctus & gratiosus.) Doctus dicitur, qui hoc novit, quod ad suam artem pertinet. Gratiosus dicitur, qui omnibus se præbet gratum, & austeritatem omnem abjicit.

Sanus, bene valens,) est, qui simul robur habet, ac validus est.

In geniali convivio epulatur opipare.) Est prima occasio, quæ signat caussam procatarcticam.

Secunda mensa bellaria.) *Bellaria* significant omne genus delicatorum ciborum, qui apponuntur secunda mensa.

Armeniaca.) Græcis βερικοκκα dicuntur, unde corruptum Apricosen/ quæ facilis concoctionis.

Et Marsiliensis vini.) Vinum nobilissimum & suavissimum.

De mensa maturius surgit visitatum,) auget calorem & non sinit concoctionem rite fieri.

Primis tenebris redit secundum mensa strata.) Sic crudum crudo semper additur.

De Acetario sumit avidiuscule,) quia sensit æstum in ventriculo, voluit eum restringere, acetaria autem propter 🜔 & 🜕 suppeditant fermentum.

Addit nobilis vini poculum,) atque ita corpus plane accenditur.

Omnes domum, noster cubatum.) Hæc caussam procatarcticam proximam proponunt.

Facilis somnus,) qui promte obruit, & in quo æger bene dormit.

De media nocte excitatur.) Nova occasio, nam concoctio fuit interrupta.

Ad conjugem reverso quæsitus somnus.) Voluit dormire, non potuit, & signat incipientem agitationem humorum in corpore, & agitationem spiritus.

Redormienti brevis.) Inquietudine rursus spiritus agitari cœpti.

Postquam surrexit, ructus calidi, nidorosi.) Signa corruptionis nidorosæ in ventriculo.

Ardor ad præcordia tota die,) ab æstuante ventriculo.

Sitis.) Signat ardorem quoque in sanguine.

Prandium lac ebutyratum cum acido cremore coctum,) ad restinguendum æstum hoc adhibuit, & in *febribus ardentibus* & biliosis nullus cibus convenientior hoc ipso.

Cœna gallinula cum lactuca suffocata.) Gallinula tenuissimum præbet alimentum: Lactuca etiam nocet, habet enim quid amari in se.

Solvitur alvus;) subito scil. signat orgasmum humorum.

Tota nocte desiderium dejiciendi,) id est,

est, continua stimulatio ab orgasmo humorum in sanguine.

Somno obrutus retinet.) Per somnum oppressa fuit alvus ob spiritum lassum.

Diluculo surgit.) Hæc proxima caussa. Hæc enim quietem postulant, non agitationem.

Nausea,) principium mali, & signat naturæ conatum irritum se liberandi a materia ista corrupta.

Procincto tenebricosa vertigo,) a vaporibus ad oculum delatis.

Solvitur alvus, simul vomitus est.) est ipsa *cholera*.

In ventre inflatio, tormina,) sunt a flatibus.

Jactat anxietas,) scil. in corde ob constrictionem ejus.

Urget sitis,) ab acri materia, & effervescentia sanguinis.

Anima deficit.) Ob nimiam & repentinam evacuationem.

Frigidi artus.) Hoc arguit summam profusionem spiritus, adeo, ut non possit calefacere, nisi, quæ proxima ei sunt.

Pulsus inæqualis, inordinatus, intermittens.) Illa tria I.I.I. denotant tria κάππα κάκιστα.

Excreta aquæ similia,) signant sola serosa primum fuisse excreta.

Lutea,) signat biliosi secessionem a sanguine.

Alba,) signant pituitam ab intestinis & ventriculo venientem.

Subviridia,) corrupta a ventriculo prodeuntia.

Nigra,) gloces sanguinis ustæ.

Varia,) id est, varii coloris: *Aph. 21. Sect. IV. & 14. Sect. II.*

Ardor in faucibus, podice,) signat acrimoniam humorum excretorum.

Ructus assidui,) ab agitatione & conatu inani ventriculi post vomitus.

Curatio.

Subita defectio spiritus est hic morbus principalis. Deinde Orgasmus attendendus, qui est motus furibundus & inordinatus Naturæ. Orgasmus humorum non sistendus ex *Aphor. 20. Sect. I.* Simul quoque omnia *purgantia*, etiam *enemata*, prohibentur, quia nihil movere debemus. Maxime autem cavendum ab omni frigido; plerumque autem ægri ob sitim vehementem maxime appetunt potum, quapropter tunc vel solum *Decoctum hordei, cujus* ℔j. *vini cochl.* j. *vel* ij. *& tantillum sacchari* additum, calide detur. Sed cavete, ne in hoc casu addatis *syrubum violaceum*, sed, si quid vultis addere, addite *Julebum rosarum*, & si habetur ▽. *rosarum* sine empyreumate, aliquot guttulas addite; non autem ∾ *rosar.* neque ▽. *cinnamomi* inter initia, neque ∾ Vitrioli.

Quoad alterum vero morbum, languorem scil. spiritus. Spiritus autem defectio *indicat refectionem*. Frigus extremorum calidis linteis perpetuo fovendum, deinde ventri etiam calida lintea applicanda; & his ipsis primum diem debet transigere. Reliquum sola *diæta* peragendum. *Diæta* autem debet esse, quæ celeriter reficiat, ex *Aphor.*

27. *Sect.*

27. *Sect. II.* Optime convenit *Kandel,* *ex part. ij. aquæ pluvialis & part. ß.* ▽. *rosat. & vini Rhenani part. j. deinde inter initia unum vitellum ovi addi debet, & folium macis, cum tantillo cinnamomi cum sacharo.* Nempe debetis *saccharum,* quantum sufficit ad gratum dulcorem, *aquæ pluviæ* infundere; non autem sumite *saccharum candidissimum:* quia illud cum ♆ præparatur. Cum ergo *saccharum* ita cum *folio macis* adjecto coctum, despumatum & totum solutum fuerit, tunc debet *ovi luteum* conquassari, & cum *vino* & ▽. *rosar. misceri* cum tantillo *cinnamomi,* & hæc inter se confusa cum priori ▽ ab △ remota bene misceri. Et ita prima & secunda vice sine *pane* sumere debent, & saltem parum singulis horis de eo bibere.

Hist. XVIII.

Hæmoptysis incipiens.

DElphinus, *calidus, juvenis, vernantibus agris, cum patre Rege venatum equitat. Incidit in cervum venabilem. Persequitur longius. Aberrat a comitatu. Ex cursu labor, sudor, fames, sitis. Divertit casu in casam obviam. Postulat lac. Bibit affatim. Oberrat. Reperitur. Prandet plus justo. Cœna abstinet. Somnus facilis jucundus. Ante diluculum evigilat. Intra pectus, sub clavibus tepor, ceu a vapore punctiunculæ. Tussicula. Sputum spumosum, floridum, sincerum. Nulla febris.*

Resolutio hujus Casus.

PRoponit *Hæmoptysin incipientem. Hæmoptysis* est sputum sanguinis.

Delphinus.) Est primigenius *Regis Galliæ,* & dicit optimam diætam & delicatam.

Calidus,) dicit temperamentum.

Juvenis,) est a 21. anno. Signat vigorem spiritus in sanguine bono.

Vernantibus agris,) id est, mense Aprilis, quo tempore agitatur & dilatatur magis sanguis; unde in ipso tempore est occasio hujus mali. *Aphor. 20. Sect. III.*

Cum Patre Rege venatum,) Occasio externa proxima.

Equitat.) Est motus & conquassatio vehemens.

Persequitur longius.) Dicit magnam & continuatam sanguinis agitationem. *Caussa* ἀφορμή.

Aberrat a Comitatu,) signat continuationem caloris excitati.

Ex cursu labor, sudor, fames, sitis.) *Labor* dicit molestiam, *sudor* magnam dilatationem vasorum; *fames,* ob defectum humidi nutritii; *sitis,* ob defectum humidi aquosi.

Postulat lac.) Lac hic conveniens fuit, quia fames erat, & sitis simul.

Oberrat. Reperitur.) Continuationem in motu, & quod non refrixerit.

Prandet plus justo.) Fames fuit aucta ob consumtionem sanguinis.

Cœna abstinet,) forsan ex Consilio Medicorum.

Somnus facilis, jucundus,) quia vesperi non cœnavit. Jucundus est, in quo somnia Jovialia accidunt: hæc signant humiditatem sanguinis naturalem.

Ante diluculum evigilat.) Signat concoctionem ciborum feliciter peractam.

Intra pectus sub clavibus tepor, ceu a vapore.) Tepor iste percipitur in arteria aspera, ubi bronchia divaricantur.

Punctiunculæ.) Vasculum per anastomosin fuit apertum. Signant autem aliquid sanguinis in bronchia illabi.

Tussicula.) Ob punctiunculas irritatur Natura *ad tussim* parvam.

Sputum spumosum, floridum, sincerum.) Spumosum est ab 🜁e contento intra substantiam humidam. Sputum autem est effectus *tussiculæ*. Floridum est a sanguine admixto. Sincerum, plane impermixtum alio humore.

Nulla febris.) Indicat absentiam inflammationis.

Curatio.

ATtrendendum est (1. ad *anastomosin* vasis, (2. ad *copiam sanguinis*. Sanguinis autem copia indicat sui *ablationem*. Non autem fuit vera *plethora*, sed apparens, quæ orta fuit ab agitatione sanguinis, & tollitur *VS*. Et prima vice ad ℥vj. vel vij. emittendus, in tali corpore vigoris pleno. Post *VS*. omne exercitium prohibendum, etiam sermones & risus vitandi. Si tamen metuas de continuatione mali, ad ruptum vas consolidandum detur consolidans ex *lapide hæmatite, bolo armena, cum sirubo consolidæ majoris, vel conserva rosarum.*



Hist. XIX.
Calculus renum.

A *Libellis memorialibus magno Mercatori e Tertiana æstiva reconvalescenti, diu e lotio præsertim matutino, rubicundum sabulum accrescit matulæ. Toto deinde anno non observatur. Piscis cibus suavissimus, frequens. Potus cerevisia tenuis, clara, pauca. Vinum Gallicum nobile, & in quo natare possit piscis. Bene pransus redit ad opus. Scribenti & de subito vertenti se, ad ile sinistrum supra coxam anterius, dolor exurit vehementissimus, perforans, ad pubem pertigens. Nauseat, vomit magna vi, molestiore vacuus. Inter vomendum aque subito cessat dolor. Cœna jucunda. Nox placida. Mane omnia bene. Tentat. Exit ad Dominum. Descendens de limine impingit. Exclamat. Idem dolor altior in lumbis velut palus fixus. Vomitus cibi varius, biliosus, meracus. Urina crassa, quasi terrea, tenuis, aquosa.*

Resolutio hujus Casus.

PRoponit *Calculum Renum*, & quidem duos, unum in uretere delitescentem, alterum in rene ipso. Ex *silicibus potest* 🜄. *destillari, qua* ☉. *solvit*, & hæc 🜄. est △. humidus.

A libellis memorialibus,) dicit vitam sedentariam, quæ apta ad generandos *calculos*.

E tertiana æstiva convalescenti, &c.) dicit discussionem ad *calculum*, ob materiam a *febre* relictam.

Toto deinde anno non observatur,) signat revera fuisse a *febre*.

Piscis

Piscis frequens,) dat alimentum glutinosum & viscidum.

Potus Cervisia pauca,) quia paucum assumsit, non recte temperavit sanguinem.

Tenuis, clara,) exsiccat corpus.

Vinum Gallicum,) habet Sulph. valde △eum & crassum & simul fœtivum, & præcipue vina nobilia Gallica.

Bene pransus redit ad opus,) piscibus autem delectabatur: quia habebat calorem acrem & ardentem.

Scribenti, & de subito convertenti se ad ile sinistrum.) Dicit initium mali & quidem *calculum* in uretere.

Perforans dolor,) quasi a terebra. Fit autem talis dolor, quia *calculus* sibi sensim debet facere viam dilatando ureterem.

Ad pubem pertingens,) præbet signum plene diagnosticum *calculi*.

Nauseat, vomit,) Fit ob debilitatem spiritus a dolore.

Inter vomendum aeque subito cessat dolor.) Nam, per vim vomendi excutitur ex uretere *calculus* in Vesicam.

Jentat,) Jentaculo assumto calor excitatur.

De limine descendens impingit, exclamat,) non descendimus, nisi ope musculorum *psoarum*.

Vomitus,) ab eadem nausea.

⊡ *crassa? quasi terrea,*) quasi terrarum pulvis esset immixtus ⊡æ.

Curatio.

Requirit *calculus* curationem *intra* & *extra paroxysmum*. Considerandum autem an integer, an vero fractus debeat excerni, hoc nemo potest definire. Tentanda igitur ipsa *excretio*, sed, ut felicius procedat, viæ laxandæ prius. *Laxatio* viarum debet præstari per *pinguia*, ad hanc ego sæpissime expertus sum sequens *apozema*, quod mirabile est ad laxandas vias, & simul promovendum *calculum*.

℞. *Cicer. rubr.* ℥iij.
Sem. hord. mundat. ℥ij.
alth. malv. aa. ʒiij.
4. *frig. maj. rec.* aa. ʒij. (*vel potius melonum tantum* ℥j.).
ficus pingues n. IX. *sebest. n.* vij.
glycyrrh. ras. ʒvj.

Coq. ex ℔iiij. Aquæ ad medietatem, Colatura detur pro Apozemate.

Bibat de hoc aliquoties in die.

Ad *laxationem Clyster* quoque multum facit, sed debet esse plane emolliens.

Quod ad præservationem, curandum, ut Tartar. sanguinis separetur, & præcaveatur *generatio calculi* per *lithontriptica*; ad hunc usum ego habeo *pulverem* a patre meo expertum.

℞. *Magist. ocul.* ♋. ʒß. *lapid. Judaic.* ℈j. (hic admirabilis in *calculo*.)
☿. ℈ß. *terebinth. laric. aq. petrosel. lot.* ʒj.
M. F. Massa.

Ex ea formentur *pilulæ* magnitudine *pisi*. Detur quovis mane una cum *hydromelite*.

NB. Valde quoque laudatur *pellicula interior ventriculi gallinæ*.

Historia XX.

Mola.

SEnatoris conjugi, viragini, ut virgini menstrua respondent, toto sexennio. Septimo ante æquinoctium vernum emanent iterum tertio. Appetitus dejectus. Nausea, vomitus matutinus. Uterus, mammæ tolluntur. Lac. Gravatur lumbos, inguina, ile, in quod decumbit. Gestatio persuasa. Apparantur crepundia. Verum, longa decem tulerunt fastidia menses. Posthæc dolor in lumbis. Labores. Fluxus ab utero vehemens, ingentes grumi. Detumet mirum venter. Uterus nihilominus gravidus. Retumescit. Post sesquimensem novus labor. Similis excretio quarto.

Resolutio hujus Casus.

PRoponit *molam*, & quidem singularem. *Mola*, est morbus Naturæ alienæ. Quæritur, an virgo possit habere *molam*? Ego diu habui pro fabula, sed intra annum didici, hic, in hac urbe, Virginem 15. annorum singulis mensibus parere *molam*.

Senatoris conjugi, Viragini.) Viragines sunt, quæ habent gradum caloris virilis, & tales raro concipiunt.

Ut virgini.) id est, semper stato tempore & parce.

Emanent menses.) id est, dum expectantur, non veniunt.

Appetitus dejectus.) quando uterus concepit.

Nausea, vomitus matutinus.) ex cruditate in ventriculo collecta, ob spiritum debilem.

Uterus, mammæ tolluntur.) sunt signa conceptus.

Lac.) est ἀνάλογον lacti, ex *Aphor. 39. Sect. V.*

Gravatur lumbos, inguina, ile, in quod decumbit.) in primipara hæc possunt esse signa *molæ*: in primiparis enim uterus sursum intumescit.

Gestatio persuasa.) ab iis, qui non recte considerarunt.

Posthæc dolor in lumbis.) labores ad deonerandum uterum.

Fluxus ab utero vehemens.) Ipse partus falsus, nam in genuino vivo fœtu aquæ paucæ procedunt.

Ingentes grumi.) *Molæ* grumosæ signum.

Detumet mirum venter.) a depletione, & signant non esse verum partum.

Uterus nihil minus gravidus &c.) certissima signa *molæ*.

Curatio.

INdicatio est, esse *expellendam molam* per talia, quæ cient labores partus: e. gr. *sabina*, *testes equi*; & in *fetu mortuo* extremum remedium, quando nulla alia spes vitæ est dentur gr. ij. *Mercurii vitæ*. Ut autem hæc expulsio rite fiat, debet (1. *calor vegetari* (2. *irritari*; (3. *sanguis debet fundi*. Meum ad facilitandum partum hoc est:

℞. *Cin-*

℞. *Cinnam. acerrim. off. dactylor. borrae. ven.* aa. ℈j. *M.*

Si validius debet esse, addite ℈j. *troch. myrrh.* Datur in vino.

Ad *fetum mortuum*, *secundinas*, *molam* ejicienda, mirabile est medicamentum in ♀*e secundin. primipar.* ad ʒj. cum *vino*; si hoc non sit ad manus, detur in *Decocto sabinæ Buglossæ herba* ad ʒj. & *troch. myrrh.* ad ʒß. & semper *cinnamomeum* aliquod, seu ▽, *seu* ♌*l. sive* ♀*is cinnamomi.*

Sabina fundit valde sanguinem.

Historia XXI.

Colica.

THeologus *Eristicus, longius provectus ætate, junceus, sedentarius, alvum siccam, os humidum, calidos renes, frigidos pedes habet. Magni Amici Tullianum visens excipitur frugali & delicato prandio. Submotis epulis rhenani musti, diu non gustati, neque tam boni, propinatio invitat ad delibandum paullo liberalius. Curru revecto in via tormina quædam circa umbilicum. Domi cupiditas dejiciendi. Dolor in ano. Cum eo exiguum aliquid emittitur. Prima nocte, subito vehemens inflatio: vehementes dolores dextra magis parte inter inguen & hypochondrium. Sudor in fronte. Vomitus, pituita, bilis. Cruciatus, qui intolerabilis, prope spiritum elidit. Mictio frequens, pauca, ardens.*

Resolutio hujus Casus.

PRoponit *Colicum affectum. Colica* autem est inflatio intestini, quia æque potest esse in tenui, quam crasso intestino. Et est vel flatuosa, vel biliosa, vel fixa, vel vaga.

Theologus eristicus.) id est, contentiosus, signat constitutionem biliosam.

Longius provectus ætate, junceus.) est *longurio*, qui habet corpus tenue.

Alvum siccam, os humidum.) nam in calidis illud humidum magis subtiliatur, & sic non per alvum, sed salivam prodit.

Calidos renes, frigidos pedes habet.) quia viscere aliquo calente calor magis in interioribus occupatur, & sic frigent externa.

Magni amici Tullianum visens, excipitur frugali &c.) Occasio ad hunc morbum.

Submotis epulis rhenani musti &c.) *Caussa* ἀφορμή. De *musto* vid. HIPPOCR. *lib. de diæta.*

Curru revecto tormina.) exagitatione in curru excitata fermentatio.

Circa umbilicum.) fermentationem fuisse excitatam in tenuibus intestinis.

Cupiditas dejiciendi.) a flatibus exitum quærentibus.

Dolor in ano.) a flatu advoluto & revoluto.

Cum eo exiguum emittitur.) propter expressionem a flatu aliquid muci emittitur.

Subito vehemens inflatio.) id est, distendebatur abdomen.

Vehementes dolores dextra magis parte.) dicunt Decubitum flatuum in hanc partem.

Inter inguen & hypochondrium.) quia ibi flatus impediuntur a valvula coli.

Sudor in fronte.) ob graves dolores, nam primum sudor in fronte incipit.

Vomitus, pituita, bilis.) ab agitatione spiritus.

Cruciatus &c.) magnitudinem doloris.

Mictio frequens, pauca, ardens.) Est à sanguine & sero acri, salso, quod factum est tale, quia fermentatione a *musto* excitata ⊖ in sanguine præcipitatur.

Curatio.

AD duo hic attendendum, ad *discussionem flatuum*, & *mitigationem doloris*. Hæc duo simul possunt præstari, sc. *Clystere*: *Enema* autem hoc debet esse *emolliens*.

℞. *Flor. chamom.* mij. *bacc. laur.* mß.
sem. lin. ℥ß.
Coq. ex ▽. vel potius Vino Hispanico ad ℥viij. Colat. add. elect. bened. laxativ. ℥ij.
sal. gemm. à ʒj. *ad* ij. *M. F. Clyster.*

Flatus discutientia hic non debent esse nimis ignea: talia inprimis *cort. aurant. abraso omni albo interiori*, item ☍. *eorundem*, *cortex exsiccatus* & *pulverisatus debet dari*.

Discussis flatibus, tum demum materia illa, quæ idonea est ad flatus novos generandos, ejicienda *purgantibus*, & quidem optimum *purgans* in hoc casu est *extractum guttulæ Cambodiæ*, seu *Jemu*, & si sit quis obnoxius valde huic malo, ille semel singulis mensibus hoc medicamento purgetur, & bonam Diætam observet.

Historia XXII.

Dysenteria.

A*Ntecessor, natura* θερμόκοιλ☉, *virili ætate, æstivo vere immodicum sitiens, serum acidum edulcatumque magna aviditate quovis tempore bibit. Æstas sicca. Potus cervisia tenuis, vernalis, multa. Augusto ad fratrem excurrit, divertit biduum, in victu parum delinquit. Cervisia recens, insueta, ingrata, attamen urgente siti, paullo amplius sumta. Hinc domi statim tormina. Fluxus ventris. Dejectiones mucosæ, saniosæ, arces. Subditus clyster. Hæmorrhoides irritatæ, & fluere uberius, & dolere gravius. Auxilium ab adstringentibus petitum. Ventri emplastrum de crusta panis admotum. Intus Armena Bolus, cum Dec. tormentillæ data. Stat fluxus. Res bona. Post paucos dies inexpertus malleolis dolor, rubor, tumor. Jalappa data: purgatio Copiosa.*

copiosa. Cœna brevis, somnus levis. Cum aurora tormina. Dejectio pauca, mucosa; sequuta cupiditas quædam desidendi. Parum excernitur, & nunquam sine dolore. Eo quoque tormentum intenditur, id post tempus aliquod levatur. Descendunt muci similia, suberuenta. Exigua requies est. Somnus interpellatur, Febricula oritur.

Resolutio hujus Casus.

PRoponit *Dysenteriam*. *Dysenteria* est profluentia, seu *Diarrhœa* cruenta. Et hæc est vel cum, vel sine dolore, juxta HIPPOCR. *lib.2. Epidem. Sect.2.*

Antecessor,) est Professor Juris. Hi enim in Corpore Juris Antecessores vocantur.

Natura θερμόκοιλος.) Hoc respicit *Aph.25. Sect.1. Ventres calidi.*

Æstivo vere,) fundit & liquat humores & sanguinem calidiorem.

Immodicum sitiens,) signat absumtionem humidi in sanguine.

Serum acidum edulcatumque,) acida faciunt secessionem in sanguine: tale autem serum acidum facit ad restinguendum æstum in *febribus ardentibus.*

Magna aviditate, quovis tempore.) commisit errorem in quantitate & tempore assumendi, & sic implevit acribus sanguinem.

Æstas sicca.) facit quoque sanguinem acriorem.

Potus cervisia tenuis.) hæc non multum humidi præbet, sed transspirat.

Vernalis.) calida & sicca est.

In victu delinquit.) hæc dicunt occasionem ad victum mutandum.

Cervisia recens, insueta.) subita mutatio victus, de qua *Aph.50. Sect.II.*

Hinc domi statim tormina.) id est, cum rediret ad consuetum potum.

Fluxus ventris.) est principium *Dysenteriæ.*

Dejectiones mucosæ.) fiunt a pituita abrasa ab intestinis.

Saniosæ.) sunt ex sanguine corrupto, & apparet instar illius ichoris corrupti, qui ex ulceribus profluit.

Acres.) a præcipitatione salsi.

Subitus clyster.) id est, ad abstergendum, & dolorem leniendum.

Talis clyster fit ex *Decocto hordei cum furfuribus & additur saccharum Thomaum* (ad ℥viij. ℥ij. *sacchari.*) & *duo vitella ovorum.*

Hæmorrhoides irritatæ.) ab acrimonia sanguinis & forsan alias etiam obnoxius fuit *hæmorrhoidibus.*

Et fluere uberius, & dolere gravius.) Signat fluxibilitatem & acrimoniam sanguinis.

Auxilium ab adstringentibus petitum.) ad tollendam *Dysenteriam*, sed minus recte, quando enim parva eunt, licet symptomata sint, non debent sisti.

Ventri emplastrum.) etiam ad sistendum fluxum.

Intus armena bolus cum Decocto tormentillæ.) Hic determinantur *adstringentia;*

gentia. Convenit autem in tali casu exhibere *rhab. tost.* & *diascord.* ℈ij. *rhabarb.* ♀*is.* ʒß. *syr. e ros. sicc. q. s.* Melius est præscribere *rhabarb.* ♀*isat.*

Stat fluxus.) dicit effectum medicamenti *adstringentis.*

Post paucos dies inexpertus malleolis dolor, rubor, tumor.) Signum inflammationis *arthritica*, ob saniem retropulsam, quæ debebat excerni. Et significat orgasmum materiæ.

Jalappa data.) Hæc serum potentissime & tutissime ducit.

Mechoacanna infra ʒj. vix purgat: *jalappa* autem certius purgat: Ad stimulum in segnioribus potest addi *gr.* j. *vel* ij. *scammonei.*

Cœna brevis, somnus levis,) signat plurima adhuc acria in sanguine, quæ non poterant illa *purgatione* una tolli.

Dejectio pauca, mucosa,) signat pituitam intestinorum abstersam esse.

Sequuta cupiditas desidendi,) est *Tenesmus*, qui omnem gravem *Dysenteriam* comitatur.

Parum excernitur, & nunquam sine dolore.) Consequens *tenesmi.*

Descendunt mucis similia, subcruenta,) signa *Dysenteriæ.*

Exigua requies,) conatus Naturæ.

Curatio.

DYsenteria est profluentia cruenta.

Cruentum illud est sanguis corruptus: ergo *excerni* debet, non *sisti.* Sed notandum, quod sit profluentia cum dolore, qui *leniendus.* Tria ergo sunt Indicantia: (1. *Conatus Naturæ promovendus*, (2. *Materia peccans excernenda*, (3. *Dolor leniendus.* Conatus itaque Naturæ promovendus roboratione. Roboratio consistit in moderamine motus; Natura autem roborata separat materiam peccantem in sanguine. Separat autem optime in quiete. Ergo danda talis materia Medica, quæ (1. *motum Naturæ nimium moderetur*, (2. *Materiam peccantem excernat*, (3. *Dolorem leniat.*

(1. *Moderatio motus* spiritus debet fieri per *quietem*, quies conciliatur per *anodyna.*

(2. *Materia peccans* debet excerni, scil. per *purgans*, & quidem per *purgans lene.*

(3. *Dolor leniendus.* Quia hic fit a materia acri in intestinis, abstersio requiritur. Præscribendum itaque *enema*, quod abstergat, leniat, & expurget, & quidem cum tali *Decocto*:

℞. *Flor. verbasc. melilot. furfur.* aa. ℥ ß.
Coq. ex ▽. *hord. Colat.* ℥viij. *add. mell. rosat. aut sacch. Thomæi* ℥ij.

Hoc sufficiet, si magis abstergere volumus, si autem simul lenire volumus, tunc addi debent duo *vitella ovorum*, & hoc *enema* bis, terve in die injiciendum: postea intra quoque medicamentum exhibendum: plurimum autem faciet in priori casu propositus *bolus.* Interdum opus est, ut liberalius purges, quod ego hac æstate feci cum *rhabarb.* ʒß. *cum vin. absinth.* ℥ij. *vel* iij. puro puto sine *aloë* exhibito; si autem his ad-

his adhibitis nondum cesset, tunc addatur bolo *laudanum opiatum*.

NB. *Enema* mane injiciatur, & *bolus ex rhabarb.* vesperi detur. *vid.* MINDER. *Medicin, militar.* qui egregius libellus.

Hist. XXIII.

Fractura Cranii.

DUodecennis puer pirum scandit, delabitur, vomit cibum, pituitam, bilem. Redit ad se. Febris. Sitis ingens. Bibit, vomit. Queritur caput. Nuspiam vulnus, aut tumor, aut livor. Summo occipite dextro latere fovea. Tacto loco subsessio, dolor, nausea.

Resolutio hujus Casus.

PRoponit *fracturam Cranii.*

NB. *Contrafissura Cranii*, quemadmodum describunt Auctores, non potest fieri, obstant enim *suturæ*. *Contrafissura* autem HIPPOCRATI est, quando exterior lamina est contusa, interior vero fracta.

Vomit cibum pituitam.) Est signum *cranii* fracti: nam quando cranium fractum est, tum pungitur illa membrana, vel a particulis cranii, vel etiam in sanguine extravasato, & sic ex lancinatione illius membranæ spiritus laceratur & commovetur, qui, cum in orificio ventriculi valde sensilis sit, ibi potissimum turbas & *vomitum* excitat.

Curatio.

EGo hunc puerulum ita curavi. Jussi inungi primum *oleo myrtin.* & *rosar.* locum affectum, & postridie applicavi *emplastrum* ex FRANC. ARCÆO *Vol. I. p. 45.* Hoc *emplastrum* attollebat ossa, quæ subsederant, & fracta consolidabat, spatio XII. dierum. *Balsamum Capitale* ARCÆI nobilissimum ad omnia *vulnera capitis.*

Hist. XXIV.

Fistula.

LOtrici, vitam domi colo toleranti, & diu pravo victu, ob annonæ caritatem, utenti, hæc: Menses parci, pallidi. Fluor albus, fœdus color. Vesperi pedes tumere, impressum digito vestigium diu servare. Hyeme nimio illi frigere. Multo △ supposito ad femen medium pustulæ pallidæ, fabam magnæ. Ex his neglectis dolor, supra magnitudinem earum, & fere noctu. Incisis forfice, effluere humor subflavus. Intus reperiri exulceratio mucosa. Diachalciteos imposito nihil profici. Continuare fluxus humoris majore majoreque copia, acrimonia. Exedi caro, & cavari multis sinubus.

Resolutio hujus Casus.

EST *fistula* è *Cachexia pituitosa*. Principale malum est *cachexia*, quam insequutum est *ulcus sinuosum*; omne autem *ulcus sinuosum* est *ulcus fistulosum*, non omne *ulcus fistulosum* vero est *sinuosum*. *Cachexia* est alienitas pituitosa habitus. Hæc igitur *cachexia* pendet a *cacochymia* sanguinis. *Cacochymia* enim est alienitas sanguinis. Auctores *cacochymiam* dicunt esse vitium qualitatis in sanguine, ut *plethoram* vitium in quantitate, quæ ipsa PLEMPIUS correxit in *Instit.*

Lotrici.) signat pravam dispositionem corporis, nam semper sordibus inhærent.

Vitam domi colo toleranti.) signat paupertatem & tenuissimum victum, unde paucus sanguis spirituosus.

Et diu pravo victu.) signat *cacochymiam*.

Menses parci, pallidi.) signa *cacochymiæ* sanguinis. Parci signant penuriam sanguinis: pallidi signant ex biliosa pituitosam *cacochymiam*.

Fluor albus.) est profluentia pituitæ ex utero, non seminis. Non autem ex ipso corpore uteri, sed ex collo profluit. Hujus *fluoris albi* simplex cura est, per *Decoctum rorismarini* cum vino in diplomate, sed diutius usurpent, & quidem mane bonum haustum, & supersudare debent, & rursus in prandio sumant, & cœna. Si autem purgetis, venam secetis, nihil efficietis, sed, si primæ viæ sint impeditæ, leniter liberentur *Vomitorio*, vel leni purgante, & detur *Decoctum* dictum. Debetis autem per 3. vel 4. horas bene coquere in diplomate. Huic *Decocto* potestis quoque addere *olei rosmarini guttam unam vel alteram.*

Fœdus color.) Color fœdus est, quem aversamur & horremus. Signat sanguinem, in quo parum est nativi humidi, & parum spirituosi, sed multum melancholici, & bilis vitellinæ ustæ.

Vesperi pedes tumere.) vesperi tument, quia ab agitatione diurna, multi humores deducuntur ad pedes.

Impressum digito vestigium diu servare.) tument pedes vel a flatu, vel a pituita, vel a sero.

Hyeme nimio illi frigere.) signat debilitatem caloris.

Multo △ supposito.) signant occasionem ulterioris mali.

Ad medium femen pustulæ pallida.) femina sunt pars crurum interior, femora exterior.

Ex his neglectis.) Debuissent pustulæ pertundi, & acris ichor emitti.

Dolor.) ab acrimonia seri.

Supra magnitudinem earum.) modus doloris excedens speciem mali.

Et fere noctu.) signat humores malignos & acres.

Incisis forfice effluere humor subflavus.) a sero bilioso.

Intus reperiri exulceratio mucosa.) signat sordes latentes.

Diachalciteos imposito.) est *emplastrum diapalmæ*.

Continuari fluxus humoris.) Natura enim

enim solet ad partem affectam humores vitiosos mittere.

Exedi caro & cavari multis sinubus.) signum *ulceris sinuosi.*

Curatio.

ATtendendum hic (1. ad *ulcus* (2. ad *cachexiam* (3. ad *cacochymiam.* Quoad *ulcus* (1. abest quod debet adesse (α) caro (β) cutis. (2. Adest, quod debet abesse, humiditas & sordes.

Purgantia autem tantum adhibeantur ad liberandas primas vias; sufficit cæterum *Decoctum Guajaci*, cujus optimam præparationem vide in ARCÆO *lib.* 2. *cap.* II. de *ratione curandi morbum Gallicum cum Decocto Guajaci.* De hoc *Decocto* sumatur bonus haustus mane, & operam dent, ut sudent.

Hist. XXV.

Vulnus thoracis.

MIles Veteranus, gloriosus, lacessit Tyronem. Patientia læsa fit furor. Stringit gladium. Thraso fugere. Alter insequi, & respicienti latus summo telo fodere. Hæmorrhagia pauca. Vulneri plantaginis folium imponi. Pectus velut vapore perfundi. Post biduum spiritus gravior. Tussicula sicca. In sinistrum facilis decubitus, difficilis in oppositum latus. Vigiliæ. Chirurgus accersitur. Detegitur vulnus sub quarta costa cæcum, obligatur. Furiales somni. Inquies. Febris acuta. Anima fœtida. Nausea. Vertigo tenebricosa. Deliquium.

Resolutio hujus Casus.

EST *vulnus thoracis* penetrans, cum effusione sanguinis in thoracem.

Casus per se non meretur resolutionem, quilibet ipse pro ingenii modulo.

Curatio.

STatim per *VS.* sanguis minuendus, ne *febris* succedat, deinde *dissolventia grumos* danda, qualia *diuretica.* Herbæ huc facientes sunt *pyrola*, *sanicula*, *artemisia rubra.* Ex his potest *Decoctum fieri*; sed principale debet per *oculos* ♋. præstari, dissolutos in 🜊 *Rhabarbarum* quoque in talibus convenit, si *Decocto* aliquid adjiciatur, nam per ⊡ educit. *Vid.* ARCÆUS *lib.* 2. *cap.* 1. Sed hoc in casu melius vos informabunt Scriptores *Chirurgici Germanici*, quam *Italici.*

Epilogus.

ISti Casus non eo fine a nobis communicantur, quod vel cum principiis recentiorum aliis, vel nostris maxime conveniat eruditissimus Auctor, sed, ut Practicis aliis exemplum solertiæ Medicæ luculentissimum præberemus, quo pacto per diagnostica etiam aliquibus minutissima, & quæ vix attendatur, necessaria judicata, in verum morbi genium penetrare, in-

 dica-

dicationesque e suis fontibus eruere liceat. Casus enim Medicinales hoc modo tractari & tam accurate evolvi, nondum vidi. Præterea Regulæ quædam & cautelæ Practicæ hinc inde occurrunt, non ubivis reperiundæ. Stylus nitidus in ipsis Historiis, sententiosus ac brevis. Dolendum tamen, quod passim in Manuscripto quid omissum aut erratum videatur; quod alicubi pro nostro captu supplevimus, alicubi clathros relinquere, quam sensui Auctoris minus congrua intercalare maluimus. *Euporista* quoque hic aliqua, & *specifica* disperguntur, quorum in aliquibus morbis esse possit usus insignis. Cæterum, quemadmodum etiam in laudatissimis hujus Auctoris scriptis elucescit, quam sedulus fuerit HIPPCRATICORUM scriptorum Lector & enucleator; Sic & in his casibus nusquam non HIPPOCRATICI quidam radii effulgent, quibus *Medica praxis* collustretur. Si qui vero sint, quorum delicatis auribus, ista superiorum annorum *meletemata*, molestè strideant, iis liberum esto, quaterniones istos prætervolare.



Quo

* * *

Quo ſine nil altum mens inchoat,
Auſpice Chriſto!

AMBROLOGIA,

ſeu

THESIUM PHYSICO-MEDICARUM SEMI-CENTURIA,

De

Natura & Uſu Ambræ odoratæ conſcripta,

a

GEORGIO BALTHASARE METZGER,
MEDICINÆ D.

& exhibita
Gratioſo Naturæ-Curioſorum Collegio.

L. S. B.

ROSINUS LENTILIUS.



Um Illuſtris *Academiæ Leopoldino-Imperialis Naturæ Curioſorum* membris vigore *Legis nonæ*, quibus ſe obſtrixerunt, incumbat certam *Materiam* ex Regno ſive *minerali*, ſive *vegetabili*, ſive *animali* elaborare, *Illuſtri Societati* elaboratam exhibere, exhibitam typis evulgare; Beatus ſocer meus, Vir Excellentiſſimus, & per orbem eruditum famigeratiſſimus, DN. GEORGIUS BALTHASAR METZGER, *Medicinæ Profeſſor in Academia Tubingenſi*, ut legi dictæ ſatisfaceret, *Ambram odoratam* elaborandam ſuſcepit. Quo autem fato factum, ut ingenii tanti fetus in occulto maneret, nos equidem ignoramus, niſi fortaſſe A. 1666. in lucem prodiens JUSTI FIDI KLOBII *Ambræ Hiſtoria*, Beatum Virum, ut ſua cogitata ſuppprimeret, permovit. Poſtea vero, quam Vir inclytus non tantum quarto & ſexageſimo ætatis anno propemodum completo,

mundanis rebus valedixit, eamque septennio post uxor sequeretur, e chartacea supellectili *Ambrologiam* ita, ut typis mandari posset, absolutam eruimus. Quamvis itaque thesibus istis perlectis, varias interea temporis de *ambra* ortu & genesi sententias successive ortas diffiteri nequeamus, ejusque historiam accessoriis multis hactenus in physicorum libris auctiorem exhiberi, quin ipsammet quoque KLOBII volucrem *Aschibobuch* e terraviventium propemodum disparuisse, vel *ambram* ad minimum cacare dedicisse, ab aliquibus certum quoddam *submarinum mellificium* in hujus vicem surrogatum, imo plura aliunde excogitata fuisse odoratissimi magmatis primordia, sciamus, sic, ut hodienum forte dubium existat, quæ cui sententia sit anteferenda, &c., annon, excussis penitius omnibus aliis, ea denique solium conscendat, quæ *bituminis* nomen profitetur? Nos, cum pietate in socerum, nobis equidem, qua faciem, haut unquam agnitum, ducti, tum *legis Academiæ* nostræ *curiosæ*, cui & ipsimet sacramentum diximus, *nonæ decimæ* memores, qua sanctum est, ut, *si quis Academicorum ante opusculi editionem e vivis excesserit, fragmenta ab alio Collega colligenda, cum præscitu Præsidis sub nomine Auctoris demortui edi possint, ac debeant*; *Ambrologiam* hancce e suis fragmentis jamjam in corpus unum diu coalitam, *Illustr. nostro Dn. Præsidi Vindelicorum Augustam* transmisimus, ejusque de editione promovenda sententiam exoravimus, qui dignum judicavit, quod lucem videret, opusculum. Ac, tametsi primo decrevissemus quasdam hinc inde notas inserere, per alia tamen negotia distracti sententiam mutavimus, & schediasma κατὰ ῥητόν, prout a B. Soceri manibus exaratum ad nostras pervenit, immutatum tradimus, Lectorem benevolum, ut ossibus beati viri quietem precetur, obnixe rogantes.

* * *

Thesium Physico-Medicarum, De Natura & usu AMBRÆ odoratæ.

PROOEMIUM.

PErpetua Naturæ lex est, opes recondere, &, quo quid charius, quo quid rarius parturit, eo magis lucem fugit, & tenebras quærit. In tenebricosa uteri profunditate fingit hominem, delicias suas: *Aurum & gemmas*, lucidissima corpora, quæ puritate & nitore ipso cum sole certare videntur, sub cœcis Terræ mineris coquit: *margaritas* mare tegit: *Corallium*, secundum Poëtam,

— *mollis fuit herba sub undis*.

Sed dolendum, vix millesimum esse, hæc qui attendat! Plerique se totos generali *Physicæ* parti mancipant, aut, si mitiori fato, ad specialem interdum delabuntur, tum breves ducunt lineas, ut Canem e Nilo bibentem, ut loquitur SPERLINGIUS *in Physica*, aut murem ad antrum properantem imitentur. Hi profecto Naturæ ridentis amœnitatem, ludentis varietatem & utilitatem ne primis quidem labris degustant.

Longe intimius penitrandum ei, qui, relicto cortice, nucleo frui, & veritatem, in profundo penitus abstrusam eruere velit. Nos felici huc Auspicio præibimus, &, in excutienda AMBRÆ Natura & generatione, secretos Terræ recessus, marisque profundum tentabimus, inde rei ἀπόδειξιν extracturi. Ibimus, quo possumus, &, si prima subsellia attingere non possumus, sciamus laudi esse, vel in secundis, vel in tertiis subsistere. Faxit DEUS, ut propitiis fiat Vialibus.

Thes. I.

A Nominis notatione limen etit & auspicium.

NOmen *Ambræ*, *Ambaris*, *Ambari* &c. (utrum enim dicas, nihil interest,) apud Latinos Autores ita receptum est, ut civitate fere donetur. De primis autem natalibus, si quæris, bellum moves *Grammaticis*. Plerisque vox *Arabica*, אמבר, & ex *Arabico* in *Romanum* forum deducta videtur, nec temere videtur. Sane *Alambar*, quod vocabulum cum *Ambra* paria facit, & sono & significatione iisdem gaudet, præfixo solum emphatico, pro hujus linguæ more, articulo *al*, æquipollente *Græcorum* ὁ, ἡ, τὸ, quod idem fit in voce Chimica *Alchimia* &c. *Arabicum* omnium consensu salutatur. Hi tamen in reddenda hujus *etymologiæ* tatione in diversas abeunt sententias, concertantque, an ab *Ambara*, certo inter balænas, prodigiosæ admodum formæ, piscium genere, *al azelo* dicto, *Nili Nigrique*, *Æthiopicorum* fluviorum Incola, unde *ambra* extrahi creditur; an ab oppido ejusdem Nominis in *Taprobana* sito, nomen hoc mutuari velint. vid. M. GOTARDI ARTHI, *Histor. Ind. Or. cap. 4. p. m. 28.* MAJOL. *in dieb. canicul. Colloq. IX. de piscibus.* ANDR. LIBAV. *part. 3 sing. l. 4. de Ambra.* Alii, posthabita hac soni identitate, ob fragrantissimi, quem spirat, odoris excellentiam, viriumque dotes egregias, nomenclationem ab *Hebræo* אָבִיר, quod sonat, *robustus*, *vehemens* &c. deducere malunt. MATTH. MARTINIUS *in Lexic. Philol. sub tit. succinum*, secundum MATTHESIUM *in Sarepta* fluit ab *Hebræo Chambar*, *camphora* aut *caphura*, quam derivationem MATTHESIO AVERRHOIS forte autoritas extorsit, qui *S. Collig. cap. 56.* *caphuræ* genus inveniri scribit, natum in maris alveo, quod aquis supernatet, & *ambari* genus constituit. Sed errorem hunc, tanto Philosopho indignum, suo merito, duplici potissimum nomine, refutat GARZIAS *ab Horto in aromat. histor.* & quidem (1.) quod maris partum *caphuram* faciat, (2.) quod *caphuram* vulgo, & ipsi AVERRHOI, frigidam & siccam, cum *Ambra* calida & sicca confundat.

Thes. II.

A *Græcis* *Ambræ* nomenclaturam qui peteret, quibus, teste *L.* FUCHSIO *l. 1. de compos. med. c. 20. it.* SYLVIO *in compos. medic.* ἄμπαρ, ἢ ἄμβαρ dicitur,

dicitur, ab ἀναπρᾶν, obsoletum *Græcorum* verbum, aut ἀντιβαλλόμενον ἀναπρῆθειν, *accendere, urere* &c. confugere posset, quod inflammabilitas, peculiaris *ambræ*, aut rectius *succini*, cui commune cum *ambra* nomen est, affectio suadere videtur, persuadeatque forsan *Germanis*, vernaculum ipsis esse vocabulum Amber / ab antiquato *Saxonum* vocabulo anbernen / cujus hodienum usus notatur in *S. S. litteris* apud *Job. cap. 30.* aut usitato nostro anbrennen.

Thes. III.

LAtini, præter adducta, non admittunt alia, hisque ex pari respondet *Italorum ambra*, *Hispanorum ambar*: nec in cæteris peregrinis linguis novi quid auditur, sed eadem ubique vocula retinetur, mutatis solum dialectis. Ita *Gallis ambre*, *Belgis* Amer / Offtamer / &, secundum nonnullos Walschatt / quod genitale *balænarum* ejectamentum notat, Wolrath oder Baldrath / quasi præsentem opem spondens, vocatur, teste HADRIANO JUNIO in *Nomencl.* licet illo potius *succinum*, hoc vero *sperma ceti* intellectum velint. *Ambracane* vulgariter notatur: in consilium adscitus BACCIUS, quid sibi velit hoc nominis, corruptum esse scribit, & *ambar canum* aut *candidum* legit, a *candore*, quo intuentium se oculis commendat. Risum ergo, non applausum, meretur CARDANUS, qui *ambracanum ambram caninam* interpretatur, ac si esset *Germanorum* Hund-Amber / sicut Hunds-Violen / Hundsperlen / pro sylvestribus & nothis dicere consuevimus. Magis ad palatum BACCII loquuntur, qui nominis caussam in *colorem* rejiciunt, *cineritium* puta, aut *canitiem*, quam canibus jam vetulis (quod limatiorum tamen aurium pace dixerim,) & *ambræ*, quæ hinc *grysea* audit, communem vident. MONARDES in *Galliam moschatam Mesuæi* pronunciat *ambra canni*, & explicat *succinum orientale*, nec, quam semel jecit, opinionem mutat, in *elect. de gemm. Succinum* autem Orientale *ambram* primus appellavit, hujusque nominis inventor celebratur HERMOLAUS BARBARUS ap. SENNERT. *in Phys. l. 5. c. 3.* LEVIN. LEMN. *de occult. nat. mirac.* LIBAV. *part. 3. lib. 4. Sing. cap. 1. in sch*[illegible] ob aliqualem forte saporis, odoris, loci natalitii, virium &c. cum *succino* affinitatem. Ita suum cuique pulcrum. Nos nemini de nomine litem movebimus, cum nihil plane referat, secundum GALENUM, utrum res hoc vel illo nomine veniat. *Si non vis ita vocare*, inquit HOFM. *in præfat. diatrib. de us. cerebr. sec. Arist.* BLETYRI *voca, aut* SCINDAPSON, *aut* DARAPTI, FELAPTON, modo constet de re.

Thes. IV.

AD planiorem autem rei cognitionem quantum faciat *æquivocationis* enodatio, nemo nescit, nisi, qui nomina rerum involucra esse ignorat. SCALIG.

SCALIG. *in comm. in* HIPP. *de insomn.* & *exerc. 140. Sect. I.* Circa *homonymiam* igitur parum adhuc subsistemus, &, quid *ambra* nomine audiendum, pauculis inquiremus.

Thes. V.

OCcurrit quadruplex apud illustriores Autores, vocis *ambra* acceptio: modo enim *halosanthon*, modo *sperma ceti*, modo *succinum*, modo *ambram odoratam* indigitat. Communissimum tamen *succino* nomen est, monente SENNERT. *l. d.* QUERCET. *Pharm. dogmat. p. m.* 664. præsertim apud *Italos, Gallos, Hispanos*, &c. Congener *succinum ambra* est, quia utrumque *ambra* vocatur, argumentum CARDANI ridiculum: Dicitur *cancer cœlestis*, dicitur *cancer morbus*, ergo ejusdem naturæ sunt? *Non semper nomina rebus conveniunt.* Raro tamen, quod notatu dignum, hæc ipsa vox in sequiori hoc sensu sine additamento prostat, *Italisque succinum ambra gialla* est, quos secutus HERMOLAUS BARBARUS, *ambram fulvam*, *nigram* (*nevam* barbare,) vulgatem interpretatur. MICHAEL NEANDER, PARACELSUS, WEKKERUS, & alii, *citrinam*; CORDUS *in Dispensat. Germanicam*, duram; BACCIUS *l. 5. therm. c. ult.* & cum hoc MONARDES *coronariam*, quem Pontificiis in *Rosariis* vulgo dictis, aut *corollis precariis* recitandis præstant, appellant. *Ambarum colliquatum* nonnullis audit, secundum MONARDEM, *cap. 1. de simpl. ex Ind. Or. c. 5.* ex materiæ confluxu collectum, quanquam circa hanc denominationis rationem suam confiteatur ignorantiam LIBAVIUS. *Halosanthos* & *sperma ceti albidum ambar*, & *alba recentium*, describitur apud Auctores. *Ambra* videtur intra *halosanthon* & *succinum* subsistere, quod salibus non constat, & tamen piguedinem coagulabilem congenerem *succino* habet, firmiorem *halosantho*. LIBAV. *part. 3. sing. p.* 334. Plura qui volet, adeat eos, qui ex professo de *succino*, cæterorumque *etymologia* plura collegerunt. Nos ad *Ambram veram Arabum*, seu *Arabicam*, εὐόσμον *Græcorum*, GRYSEAM *officinarum*, *ambram gris*, quæ itidem aliquibus *chrysea*, ab aureis quibusdam puncticulis intermicantibus dicitur, aut potius Sulphureis; *Poxambar* SCALIG. *exerc. 104. §. 10.* H. FABRON. *in hist. totius mund. p.* 582. patrio sermone dictam nos convertimus.

Thes. VI.

DEscribimus: BITUMEN *concretum fragrantissimum, ex exhalatione pingui coagulabili, ab interno architectonico principio, in primæva creatione, Terræ abditis concesso, adjuvante nonnihil calore subterraneo, ortum, quod tandem vel terra erutum, vel per varios ejus tubos ductusque percolatum, circa marium potissimum littora colligitur, in universi complementum, humanæque vitæ subsidium.*

Thes. VII.

SUb hujus *descriptionis* frontispicio memoriam vellicat pronunciatum SCALIGERI *exerc. 80. sect. 9. non mirum esse, si res multis abdita difficultatibus, diversis quasi vultibus rationum alliciat alios atque alios, ad suam quemque sententiam.* Quod certe, si in aliis, tum inprimis in *ambræ* natura & generationis explicatione elucet: quippe, quæ inter rerum naturalium Candidatos ἄνω καὶ κάτω ita agitatur, ut raro duos, in circulo expositionis suæ idem centrum tetigisse videas. *Corpus* esse *ambram* dimensiones ostendunt; *naturale*, materia & forma. Communi autem Doctorum voce *corpora naturalia*, alia *perfecte*, alia *imperfecte mixta* salutantur. Inter *imperfecte mixta ambræ*, cum cæteris *mineralibus* & *metallis*, locum dederunt CÆSALPINUS *lib. 1. de metall.* PICCOLOM. *lib. de meteor. c. 5.* CORNEL. VALERIUS *phys. cap. 29.* qui postremi *meteoris* associarunt, sed, quo jure, ipsi viderint. Nos in refutandis horum somniis actum non agemus. Cæteri fere omnes *ambram corpus perfecte mixtum* concordissime proclamant, licet in specie non una omnium vox sit, non mens una. Cum enim in triplici serie, *animalium, vegetabilium & mineralium perfecte mista* collocentur, dubitarunt plurimi, sub quonam horum censu *ambra* habenda esset. In singulis ergo *perfecte mistorum* classibus quæsitum est.

Thes. VIII.

ANimalem esse, & ab *animalibus* oriundam, non paucis ex Veteribus placuit, utut in primo statim limine hæsitarint, quo eundum esset. Hic *pisces*, ille *aves*, hic *ex mari*, ille *ex aëre*, genitorem adducit, & quilibet pro sua sententia stabilienda decertat tanquam

— *Danais pro Avibus Ajax.*

Thes. IX.

PIscium patroni partim inventionis locum urgent, & *ambræ* faciem adeo mutatam, naturam adeo diversam, a cæteris *marinis*, partim ad fallax Mercatorum testimonium provocant, qui extractam ex *balanis ambram* suis se oculis vidisse, manibus palpasse, tantum non jurant. Quasi vero necessaria esset consequentia: Diversa res, qua substantiam, qua vires a cæteris *marinis ambra* est, ergo a *piscibus* petenda. Mille hic elabendi rimæ sunt, quæ ex sequentibus patebunt. Mercatorum hac in re testimonium merito suspectum est, quos ditescendi potius, quam naturalia cognoscendi cura vexat inanis. Si tamen omnino quid veri alit, *particulare* est, nec ab hoc ad *universale* progredi licet, quod hic vel maxime requiritur, nec assertioni nostræ contradicit, qui ultro largimur cum AVICENNA, FUCHSIO, LONICERO, & aliis non obscuri nominis Viris, *ambram* interdum a *balanis* venatu exceptam, non vero in ipsis genitam, inveniri. Persistunt autem in præcon-

concepta semel opinione, sed magno animorum divortio. Pars integralem *piscis* partem, e.gr. *hepar*; pars *partem* in eo postgenitam, *adipem*, *semen*, *excrementum*, & nescio quid aliud in medium producunt. Singula singularum opinionum fundamenta videbimus.

Thes. X.

AGmen autem ducant, qui pro *hepate* pugnant, rationibus ab externa *ambra* figura, colorisque fuco depromtis. *Hepatis*, inquiunt, naturam sequitur *ambra* rotunditas, substantiam prodit color nigricanti hepatis Tincturæ non absimilis: & hæc non vilia probationis suæ argumenta jactant. At vero vilia nimis & exilia. Naturæ enim vim faciunt, quasi internam rei perfectionem accidentibus mutabilibus concredat, levitatis rea. Quid enim, si non eundem semper habitum inter concrescendum *ambra* induat? Si Protheum agat versicolorem? Ergo ob mutatam hanc externam faciem; *ambram* cæteris perfectam, *ambram* esse negabis? Spectandum te & deridendum dabis cum *homine* PLATONICO. Aliud longe, quam internam rei naturam, accidentaria hæc figura monstrat, concretionis sc. modum, materiam affluentem copiosiorem aut parciorem, cubile &c. ad quam externa res concrescens faciem fingit & effingit suam. Exempla apud Artifices quotidie obvia sunt. Tinctura etiam aliena est & heterogenea, quæ impuris & heterogeneis corporibus inter concrescendum *ambræ* permistis debetur. Igitur

> —— *nimium ne fide figuræ externæ*; *nimium ne fide colori*; *fallit enim*.

Sed demus hoc ex hypothesi, licet impossibili: Sit *ambra balanarum hepar*: in omnibus ergo *balænis* se offerat, oportet; cui tamen assertioni contrarius est MONARDES & occisorum αὐτοψία. Ergo aut *hepar* esse negabis, aut *balænarum* quasdam sine *hepate* vivere contra ARIST. *3. de usu part. 7. qui hepar omnibus sanguineis concedit*, παραδόξως immo ἀδόξως asseres. Hæres, ut mus in pice. Cæterum ad quantitatem quid vis? unde tot *balænarum hepata* corradas, quæ magnitudini *ambræ* olim inventæ, & Autoribus notatæ respondeant? *Anseres lacte nutriti hepatis incrementum patiuntur magnum*; *majus, qui ficubus*: quo olim artificio claruisse *Judæos Pragenses* ab amicis accepit HOFMANNUS *l. 5. Instit. Med. cap. 20.* & hodienum apud *Italos* ars *Judæorum* propria audit. At, quis *Balænas* hoc docuit artificium, quæ, quantæ quantæ sunt, hac quidem opinione, nil nisi *hepar* sunt: *Ambræ* enim frustum 300. ℔. in BRASILIA *Insula* repertum esse, refert OCCO, aliud trium fere millium pondo vidit circa *promontorium* COMORINENSE MONARDES, descripsit OSORIUS *de reb. Ind. in præfat. p. 24.* Immo *Insulas integras* somniarunt alii.

Thes. XI.

QUi *adipem balanarum* pro *ambra* nobis obtrudunt, confidunt pinguiori *ambræ* substantiæ, quæ adeo affinis, adeo plane similis est huic & aliis animalium partibus, v.gr. *medullæ, sevo*, ut ex ore LIBAVII *part. 3. sing. pag. 32.* vix finienda lite inter summos decertetur, quo potius referenda sit; urgent naturam, temperamentum, affectiones & vires *ambræ* & *adipis* communes, quæ aliam ab *adipe* substantiam & formam sequi nec debent, nec possunt. *Resp.* qui ad externam rei faciem respiciunt, de interna ex hac judicaturi, iis sæpe usu venit, ut res ejusdem generis segregent & discernant, diversas vero conjungant & confundant. Pinguis quidem *ambræ* est substantia, & communes ideo actiones, affectiones, accidentia & proprietates cum *adipe* possidet, ob aliqualem materiæ communionem, & quidem speciatim, beneficio generici principii sulphurei aut *bituminosi*, quo utrumque gaudet, hinc utrumque *inflammabile*, utrumque *calidum* &c. Sic in quibusdam etiam animalibus communia quædam cum *metallis* deprehendimus: ineptum vero esset, communem inde formalitatem colligere. Verum præter hæc plura alia sunt, quibus inter se invicem maxime discrepant, quæ ex *specifica* cujusque *forma* prosiliunt. Hæc est, *quæ dat distingui, quæ dat ambræ esse specificum* non *adipis*, sed *ambræ*; *quæ dat operari* contrarios *adipi* effectus: hinc *spiritus corroborat, veneno pestilentiali resistit*, quod de *adipe balanarum* dicere erroneum est. Ex abundanti hæc addimus: *adeps balanarum* aut immutatus statim *ambram* refert, aut per prævias demum mutationes in *ambram* abit. Prius nemo, quod meminimus, Autorum asserere ausus est: at tacentibus fide dignis Autoribus quis loquatur? *Adeps* per se calida & humida, *ambra* calida & sicca: quis confundat? abire ergo demum in *ambram* per aliqualem alterationem dicendum. At hæc *qua, qualis, quanta, & ubi?* an in corpore, an extra id? in corpore id fieri nemo hactenus observavit, aut vim ἀμβροποιητικὴν notavit: vulneratæ enim *balænæ* & frustis divisæ copiosum & fetidum in mare liquamen evomuere, non *ambram*: extra corpus igitur demum concrescat opertet, post prævias & diversas in maris salsedine macerationes & digestiones. Sed & hoc experientiæ & Autorum relationi refragatur. Conditæ enim *balænæ* in *garo* nil *ambræ*, satis *adipis* deponunt. Immo, secundum GESNERUM plane non concrescit *balanarum adeps*; sed mari impune innatat, & in alios collectus usus reconditur, nec unquam suavitate *ambram* attingit. *Adeps* ergo omni ex parte male audit.

Thes. XII.

SEmen aut *sperma ceti* qui defendunt, quos inter PLATEARIUS *in notis ad antidot.* BLANC. NICOLAI, citante LIBAV. *l.d.p.310.* rem afferunt diversissimam; nec ulla cum probabili

ratione

ratione stabilitam opinionem. In squammas abire *ambram* garriunt, argumento, piscium in ea delitescere rudimentum, quod *seminis* est. *Resp.* Natura in generatione animalium non delineat, aut exprimit futuri animalis rudimenta primum in externa corporis armatura, *excrementis* &c. Sed circa maxime necessaria occupata, de visceribus & humido radicali omnium primo sollicita est. Sed transeant hæc. Allatæ rationis & argumenti formam si videris, & minor & major vacillat, quid miri ergo, si conclusio falsa emergat. Quis enim concedat facile: *squammæ ubi apparent, balænarum ibi delitescere rudimenta?* quid si *serpentum* essent, qui & ipsi *squammosi* sunt, ap. AQUAP. *tract. de integum. animal. p. 54.* At bene se habeat major, negat minorem LIBAVIUS, *squammisque* carere *balænas* ex litteris amici refert *p. 301. lib. 3. Sing.* & *tergora crassa* substituit. Hæc ad allatam forte rationem sufficiunt. Veritatis tamen amore paullo intimius hanc opinionem examinabimus, & ex natura *seminis* in rem ipsam inquiremus, Ducem sequentes ARIST. *3. hist. anim. cap. 22.* quæ, si caussam obtinet, jam litem hanc confecit. *Aquæ,* inquit *Philosophus l. c. tum colorem, tum substantiam omne semen habet: ambra* pingue quid, igneum, aëreæ naturæ est: album *semen* est, & crassum, nunquam gelu concrescit, sed aqua solvitur, *l. d. & 2. Gen. animal. 2.* In *ambra* nihil horum: (quo ariete & CTESIÆ opinionem, qui *semen Elephanti electri* duritiem consequi docuit, conficit *Philosophorum Coryphæus*, & HERODOTUM ridet, quod *l. 3. hist. Æthiopum & Indorum semen* nigrum descripserit.) Homo, secundum eundem, plurimum seminis emittit; parcius ergo *balenæ*: at, qui sic *ambræ* copia salva erit? *semen* emissum nigrescit, rancescit: at, *ambra* venturos non metuit annos.

Thes. XIIII.

ASylum ultimum quærunt alii in *excrementis balænarum*, & experientiæ fidem implorant, visam non semel & inventam piscium in ventre *ambram*. Quid vero: an in *excrementorum* loco inventa? ut *excrementum* eorum proprium audiat? an in omnibus, an semper inventa? *Balæna* quædam Anno 1600. fœditissimam ex alvo refudit aquam, non *ambram* aut *aram*, sed *haram* & *cloacam* redolentem, ap. LIBAV. *l. d. p. 337.* Unde, unde autem hæc *excrementa?* Vel enim cibis debentur odoratis, vel peculiari *balænarum* naturæ. Utraque opinio defensores suos invenit. Priori Sectæ addictis arma suggerit MONARDES *p. 13.* *Est*, inquit, *fructus quidam ad maris littus nascens, odoratus, Aprili & Majo mensibus maturescens, quem decidentem vorant balenæ,* (An *nux moschata* est, quæ *oleum ambræ* pæne simile fundit? At *excrementa* utique referunt ciborum & medicamentorum qualitates, sapores, odores, colores &c. *Urinarum*, qui dubitat, examen instituat, quæ post *rhabarbarum, crocum, folia sen-*

na, deglutita, flavedinem induit, nigredinem ex *cassia*, *clysteribus* ex *sapa* injectis, notante MERCUR. *de urin. cap. 6.* &c, quod mirum, si verum, ex externo corporis cum succo fructus *ligustri albi* illitu, secundum AVICENN. & RHAS. viriditatem ex *oleribus* assumit, colorem passeum ex *potu cerevisiæ Gedanæ* ap. FOREST. *lib. 2. de urin. judic. 1.* immo calida omnia urinas tingunt, *alium*, *cape*, *piper* &c. Odorem immutare & fetidum contrahere ex esu *allii*, *anisi*, *putris casei*, ex Autorum relatione notum est. *Terebinthinam* qui edunt, aut *laricis resinam violas purpureas* mingunt. MERCUR. *l. d.* Par parium est ratio, communisque hæc urinarum & alvi fecum fortuna est: fœtent enim & hæ a fœtidis, *allio*, *capis* &c. devoratis, bene ergo olebunt ex bene odoratis. Ab *excrementis* ad alia si provocare licet: in *lapide bezoar* res obvia est, fieri nobiliorem ex cibis nobilioribus, adeoque, ubi loci morositas ciborum bonitati officit, gigni quidem *bezoar*, sed viribus longe inferiorem: qua de caussa *occidentalis* male audit. Quo ipso fundamento nititur cedro dignum HIPPOCRATIS effatum *6. Epid. S. 2. com. 5. text. 33. Mulier, capra, elaterium comedentes, pueris purgatio:* Alitur *purgantibus capra*, lac capræ bibit nutrix, lac nutricis infans, qui *purgatur*. Unde hoc? nisi integra & incorrupta remanserit purgantis vis & qualitas in tot etiam coctionibus & recoctionibus. Artificium hoc imitatus *Empiricus* ille in *Galliis*, in aliis etiam affectibus, magnam sibi famam nomenque peperit, qui capris convenientes pro morbi conditione plantas pabuli loco projiciebat, harumque lac ægris cum successu propinabat. Nec explodunt hoc consilium hodierni Medici prudentiores, qui *hypochondriacis & scorbuticis serum caprarum beccabunga, urtica &c. podagricis chamædry &c. pastarum exhibent.* *Resp.* argumentorum satis, roboris parum. Primum omnium enim præsupponuntur non concessa, ut concessa. Omnes cibos aut medicamenta referre in suis qualitatibus omnibus *excrementa* quælibet, & ita ex cibis aut potu εὐόσμοις fœces alvi bonum sibi odorem sumere, in totum negat MERCURIAL. *l. d. fecib. cap. 4.* & nos cum ipso; nec unquam fieri posse ex rerum Natura, acriter defendit, & si econtra malos inde odores, & quidem fætidiores ex odoratioribus fluere cum JOH. BAPT. MONTANO *de urinis* pleno ore asserat, experientia & aliorum calculo munitus. Ex *porro* enim, *allio*, *raphano*, *eruca*, *ovis*, magnus fecibus fœtor ingeritur. Qui vero ex parium lege ab urinis ad feces argumentari velit, crassissimam suam ignorantiam, circa urinarum & alvi fecum naturam diversissimam, apertæ luci prodit. Urina apud *Philosophum 4. meteor. 7. & 11.* ex genere aquæ est, at, quam facile aqua quorumvis odorum impressiones admittat, domestica quemque experimenta docere possunt. Feces alvi econtra *terrea* sunt, (unde suum *Para-*

celsistæ

celsista Tartar. finxerunt,) & domestico fœtore semper plenæ: hinc tantum abest, alienis bonis ut imbuantur humoribus, quin potius ex odoratis admistis in fœtore majores sibi vires sumant, nisi multitudine obruantur, &, ut tritum est, lumen majus obscuret minus. Idem enim his contingit, ac *melli*, cui *sal* admiscetur; (quo exemplo delectatur ARISTOT. *l.* 13. *probl.* 11.) quo non tam minuitur aut corrigitur, quam augetur & intenditur dulcedo ejus. Caussam autem hujus rei qui quærit, hanc habeat: Odorata, qua talia, calida sunt, hinc vapores, quibus fœtor insidet, magis fundunt, & ideo putorem manifestissime apparere faciunt; quo nomine jure scriptum ab ARISTOT. *l.c. probl.* qui sub alis hircum alunt, quo magis se unguentis perfundunt, eo deterius fœtent. HIPPOCRATIS effatum & Medicorum praxis, nec non *lapis bezoar* huc non trahenda, ceu ἀλλότρια: purgari enim a medicamento matri porrecto infantem, attractis ad mammas cum ciborum portione *purgantium* atomis, non inficiamur; alterare alia medicamenta aut cibos medicamentosos corpora itidem non negamus; odorem autem gratum inodoratis aut natura fœtidis alvi fecibus, communicare, est quod pernegamus ex allatis jam rationibus.

Thes. XIV.

CAdunt ergo caussa Adversarii; suo tamen e sterquilinio cedere nolunt, &, cum nihil amplius spei aut subsidii a cibis superesse vident, ad peculiare *balanarum* temperamentum confugiunt. Ignorato rei modo, inferunt, non statim res ipsa neganda, quæ sensibus obvia. *Oleta* aliquorum murium, *avis Cinami* HERODOTI & ARISTOTELIS, *stercus* it. *gazellæ*, illius *Zibethi* genitricis, *martis* &c. fragrantissime olent, quod de *damarum* etiam *excremento* recenset ALEX. 1. *probl.* 29. Immo hominum quoque *excrementa* jucundum olere scribit GALEN. 3. *de facult. natural.* 9. Et si ad similia transitus concessus est, quem latet ALEXANDRI M. *sudor* & *halitus suaveolens*? jam, quod aliis animalibus cum multis gradibus inferioribus natura indulsit, cur *balænis* denegaret? Ulterius: Medicorum axioma est: *Similia similibus conservantur*; at *ambra* effœta, inodora in cloacis respirat, indicio, amissam *ambræ* δύναμιν virtutemque cloacas reddere. Sed, quid dicimus, respirat? *ambram, moschum, zibethum*, odore viribusque naturali non parem, sed priorem, ars, naturæ simia, digestionibus & fermentationibus rite peractis ex *stercoribus* educit, quæ differentiæ gratia, *occidentalia* PARACELSO dicuntur, nomine omnibus fere suspecto, ratione plurimis occulta. Successus hujus αὐτόπτην qui optat, adeat AGRICOL. *tr.* 2. *ad Chim.* J. POPP. *comm. p.* 955. *Resp.* ad 1. rationem: *fallaciam ignorationis elenchi* committi, & statum controversiæ inverti. Nulli negamus, quod vel millies

lies hactenus ad nauſeam repetiimus, feces quorundam animalium jucundum ſpirare, quotidiana enim nobis exempla oculis obverſantur: ſed ex aſſumtis odoratis olere conſtanter pernegamus. Ibi enim in cauſſa eſt temperamenti proprietas, non cibus, non potus, non aliud quid commentitii: hinc omnibus ejusdem ſpeciei individuis commune accidens eſt, nec genericum animalitatis conceptum implicat. Si eandem in *balænis* cauſſam incuſant, cauſſam prius dicant, oportet, quare non omnibus oletum tale *balænis* commune ſit, quare non omne, quod *balænas* alit, mare *ambram* evomat? MONARDES jam vos deſerit, & arma nobis contra vos fabricatur. *In* AMERICA, ſcribit, *plurimis jugulatis balænis ſtercoris ſatis, at in pauciſſimis AMBRA reperta fuit*; cui accedit SCALIGER *l. d. In maribus quibusdam balænarum refertiſſimis AMBRA non invenitur*. In mari circa regnum CONGO AFRICÆ, innumeræ ſunt *balænæ*, nulla tamen ibi *ambra*. Ed. LOPEZ. *in Deſcr. regn. Congo*, *c. 4*. Cæterum ſtercora humana oleant *roſas* canibus, ſecundum GALEN. *loc. adducto*, *cinnamomum ſuibus*, ſecundum ALEXAND. *panthera* & *aliis moſchum* & *ambram*; (ita enim reſtricte loquuntur Autores citati, & fallaciam a dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter committunt, qui ſimpliciter intelligunt,) nobis mors eſt & venenum odor. ALEXANDRI M. de *ſudore*, quæ narrant, ſi vera ſunt, nec, ut ſuſpicatur SENNERT. *l. 5. prax.* veſtibus debentur, *ἰδιοσυγκρασίαν* ſapiunt, & *ἄῤῥητον* individui *ποιότητα*, quæ nec dici nec ſcribi poſſunt. An *ambra* in Cloacis reviviſcat, penes experientiam, veritatis hac in re magiſtram, ſtat deciſio, nec quid, & propter quid ſit, antequam, an ſit, quærere oportet, ſecundum *Philoſophum 2. poſt Anal. 9. t. 39.* Sed quæſtionem *an ſit*, excipiat, *quid ſit 2. poſt anal. c. 1. t. 3.* adeoque τὸ ὅτι prius, quam τὸ διότι inquirendum, demonſtrandum. Notabile alias exemplum eſt apud SENNERT. *in conſ. & diſſ. Chim. cum Ariſt. & Gal. cap. 11.* cloacam admota candela flammam concepiſſe, ob ſpiritus Sulphureos inibi latitantes, unde forte, ſi opus eſſet, & de ὅτι hujus quæſtionis nobis plenius planiusque conſtaret; odoris reviviſcentis rationem non adeo difficulter accerſeremus. F. THOM. CAMPANELLA *l. 3. de ſenſu rerum*, colligi ſcribit odorem in *ambra* & *moſcho* ab odio fœtoris infeſti, & augeri illum manifeſte; ſicut omne contrarium intra contraria conſuevit augeri, niſi, ubi penitus extinguitur in fine pugnæ. NB. Odor amiſſus alias triplici via redditur, (1. *per cloacas* (2. *per ſocietatem* cum *moſcho* & *ambra bona*; (3. *per elaborationem* ſeu *digeſtiones phyſicas*, & corrupti ab incorrupto ſeparationes. Non ergo totalis privatio intelligitur, a quo non datur regreſſus; ſed partialis. PARACELSUS, AGRICOLA & alii non *moſchum* & *ambram* veram, ſed

analogi

analogi quid ex *stercore* extraxerunt. Quis enim artificibus illum caloris gradum aperuit, quo natura in producenda *ambra* utitur? Quis Artificum consiliarius Naturæ in abditissimis terræ locis operanti assedit? Certe natura, ne hæc arcana sua sollicitis hominum animis & oculis paterent, hanc officinam suam toto corpore tegere voluit. Sed satis *stercoratum* est. Optandus esset Arbiter cum LIBAVIO JONAS *Propheta*, qui in vasto *balenæ* specu dubio procul non *Sabæam messem*, sed *mephitim* & *horribile Tartarum* sensit.

Thes. XV.

REstat, ut brevibus, antequam hinc abeamus, *avium* etiam Patronis satisfaciamus. *Insulæ*, inquit SCALIGER, *exerc.* 104. §. 10. *Indici maris sunt, PALINDURÆ nomine, quorum incolæ Ambar arbitrantur esse stercus avium, quod crebrioribus maris allisionibus e scopulis abradatur, & pumicis instar mari innatet, donec in littus propellatur. Avem* hanc *Aschebobuch* dicunt, quæ gregatim scopulis inhæret, secundum H. FABRONIUM *in hist. tot. mund.* p. 582. Asserti hujus fundamentum aliud audire non licet, quam *dici hoc, putari hoc*: refertam enim esse *ambram* plerumque *avium rostellis*, *conchyliorum ostreorumque testulis*, &c. Quasi majores *aves* comestis minoribus, & quidem *odoratis*, & *odoratissimum fimum* facientibus (ut odoris etiam & fragrantiæ caussam agant,) *ossicula* cum excrementis, & *rostella*, quæ impune ventriculum transeunt, reddant. *Resp.* majoribus aves minores in prædam & escam cedere, palam est in omni animalium genere, in aëre, aqua & terra viventium:

——— *Pisces sic sæpe minutos magnus comest: Sic aves enecat accipiter:*

exclamat alicubi VARRO, & commune proverbium est, *draconem non fieri nisi multis devoratis serpentibus.* Imo hæc naturæ quodammodo lex videtur, infirmiora esse prædam validiorum. Accipitrini generis, milvorum, vulturum & hoc genus rapacium aliorum notior est in reliquas aves sævitia, quam, ut hic prædicari debeat. Regina volucrum *Poëtis* ficta, Aquila adeo non parcit inferiori avium generi, ut pestis earum audiat, cum vasti illi tractus sint, secundum ARISTOT. ubi aquilæ nidos suos construunt, quod longe lateque omnia populentur. Apud GESNERUM reperitur, in nido quodam aquilæ fuisse collecta 300. anates, 100. anseres, 40. lepores & plurimos pisces grandiores. Sic etiam sine dubio non raro ventriculi in se actionem effugiunt *rostra*, *ossa* &c. & inter excreta sese abdunt. At, quid hoc ad *ambram*? In *ambra* non raro avium rostella aut conchyliorum effigies & figuræ videntur, ergo *ambra* avium excrementum est. Simili argumentandi licentia utamur: In *succino* paleæ, muscæ, pisces, horumque ova &c. expressa sunt; ergo *succinum* boum, equorum aliorumve animalium excremen-

crementum est, quibus paleæ aut muscæ in cibum veniunt. Risum teneatis amici! Dicis, hæc naturæ potius ludicra esse simulacra, ibi rem ipsam videri. Sed dic age, si bonus es, eo ne delabaris audaciæ, ut veras has animalium partes in *ambra* semper adstruas, nec naturæ hic etiam lusus admittas. Sæpe sæpius enim apparitiones duntaxat esse & spectra illud arguit, quod rasa & derasa *ambra* ad expressæ usque figuræ locum, nihil heterogenei appareat, non officula, non cutis, non rostra, non conchylia, non aliud quid, nisi umbra. In frustulo *ambræ* rostellum avium ad vivum exprimente in officina nostra excitavit ambigentes veritatis amor, ut, quid opinioni huic subesset recti verique, sensuum judicio exploraremus: nihil autem, ut suspicati eramus, præter figuram, deprehendimus, nihil ab *ambra* diversi, heterogenei nihil vidimus. Hujus umbræ sine corpore caussam dare difficile est & spinosum. LIBAVII *part. 3. sing. p.* 696. quam de *succino* reliquit, opinio, an huc trahi posset, penes Lectorem judicium esto. HERMANNUS Poëta ita hac de re philosophatur:


Fingere Naturam tantum has per succina formas,
Cœlitus impressas & inanes esse colores.

Nos malumus hic ἀπέχειν & naturæ mirari potius, quam rimari mysteria. Potest tamen, nostra sententia, multum adscribi fortuitæ materiæ dispositioni, temerario ejusdem confluxui & alterationi, heterogeneorum commistioni, & propriæ nostræ imaginationi & phantasiæ, quibus sæpe noster adulatur visus, hisque sese accommodat: Sic grandines humanam sæpe faciem mentiri videbantur, alia aliam. Quod si vero interdum corpora ipsa, rostella v. gr. aut testulæ veræ & similia heterogenea inde extrahuntur, nulla de necessitate statim *avium excrementum* erit; sed veriores in promtu rationes sunt: quid enim factu dictuque facilius, quam, quod ventorum vi a scopulis deturbata aut fluctibus decussa hæc excrementa & in mare effusa implicentur *bituminosæ ambræ* substantiæ, simulque impacta, si quæ habent rostella hic sepeliunt: quo modo etiam sepiarum miscela cum *ambra* explicari potest. Huic tamen opinioni se opponit αὐτόπτην testem C. CLUSIUS, & sepiarum fragmenta, non avium rostella se deprehendisse scribit contra GARZ. AB HORT. *comm. l. 1. cap. 1. Hist. arom.* qui in *ambra* nidulari aves scribit, adeoque inibi rostella relinqui. Nec odoratæ aviculæ aliud persuadent, non enim ab odoratis cibis odoris caussæ petendæ, ut ante diximus; Et si tale quid ad *ambræ* fragrantiam conciliandam necessarium esset, *ambra Britannici maris* &c. pessime audiret, ubi nullibi, nisi forte in phantasia, & otiosorum cerebello hæ aviculæ volitant. MÜNSTERUS moschi speciem *ambram* dicit in *Cosmographia*, sed ad odorem procul dubio respectum habet.

Thes

Thes. XVI.

SEquitur alterum *vegetabilium regnum*, cui non pauci omnia *mineralia* subjiciunt, ut *vegetabilium* quoddam genus, quorum rationes obviæ sunt apud BACCIUM *lib.* 4. *de therm. c.* 3. *de Sulphur. TIMPLER. l.* 4. ἀψυχ. 8. *KECKERM. in Phys. &c.* quas brevitatis amore hic præterimus. *Ambra* SCALIGER *subtilitatis Magister*, *fungis marinis* accensuit, propriorum oculorum testimonio confisus: *Cortice*, inquit, *l. d. obductam AMBRÆ massam vidimus, nec sine squammularum vestigiis, ut in fungo vetulo fieri consuevit: intus globulorum cohæsionibus potius accedit ad tuberum quorundam naturam, quæ papillatim concreta sunt.* Cui opinioni opitulatum venit aliorum autoritas & rationum probabilitas: Esse qui *fungum* vocant *ambram*, quo vescuntur *balanæ*, *Gesnerus* notat, subscribit BACCIUS & MATTHIOLUS his verbis: *Sunt, qui dicunt, in maris alveo non secus, ac fungos in terra, oriri ambram, & sævientibus procellis marisque agitatu, fundo*, ubi nascitur, erui, & ad litus exspui, quæ opinio primum, ut creditur, Autorem SERAPIONEM *in lib. de simpl. c.* 196. habet (*AVICENN. l.* 2. *c.* 93.) Rationes suggerit *fungosa ambræ* constitutio, & odoris cum plantis quibusdam odoratis communio, v. gr. *geranio, scabiosa, carduo, iva, satyrio, hyacintho, moschatis* singulis. Si ergo tot *plantæ* in *India suaveolentes*, si terra ipsa effossa odorem spirat gratissimum, quid ni & *fungus*, qui ulcus, terræ purgamentum, humiditatum colluvies idem præstet? imò in RUTHENIS, qui nascuntur *fungi* perpusilli, odorati sunt, odoratiores ad PYRÆNEOS, subjicit SCALIGER *l. d.* Nec *ambræ* repertæ vastitas SCALIGERO scrupulum movet: ex multis enim *fungis* unum grandem concrescere maris jactatu & glutine non inter ἀδύνατα habet. *Resp.* Multa videntur, quæ non sunt: nec *ambra* statim, qualis SCALIGERO videbatur, *fungus* est: obducatur quasi cutis *ambra*, vestiatur venis fibrarumque ductibus, squammosum, squalidumque in se habitum contrahat; commune hoc est multis aliis *mineralibus*, quæ tamen hanc ob caussam locum inter vegetabilia non merentur. Habent *mineralia* suos ductus, quibus, ut necessariis, natura iis prospexit, ut vapores in se absorbeant; habuit *ambra* cutem aut squammosum circa se habitum ex alluvie sordium maris forte connatum. Oleant *fungi* alii *ambram*, *moschum* alii, nihil tamen, quod olent, sunt, nihil *ambra*, nihil *moschus*. Autoritatem autoritati promte opponimus, si hoc modo res transigendæ erunt? Sed, quid hoc contra veritatem. SERAPIONIS tamen, si serio urget, verba SCALIGER, in alienum ea sensum detorqueri monstrabimus in sequentibus, non enim *fungum* plantalem, sed terram *fungosam* intelligit.



Thes. XVII.

VEgetabilibus accensentur *lacrymæ arborum odoratæ, camphora, gummi animæ, myrrha* & *aromata* & similia, quæ, cum sæpe maris præda fiant, cum naufragio, cum spontaneo de arbore defluxu, multis digestionibus & fermentationibus in *ambram* abire nonnulli dicunt; sed dicunt. Quomodo? quomodo vero? *Resinas* & odorata alia in aquis corrumpi, odoremque deponere, notissimum est; de *ambra* diu maris fluctibus agitata desperata res est: &, si ex omnibus *resinis, aromatibus* aut *bituminibus* unum hujus alterationis receptivum esset, *succinum* sine dubio id esset, ob peculiarem, quam habet, dispositionem; at hoc vitiatur a mari, ejusque cadaver, non *ambram*, non *bitumen*, sed *terram* refert. Cedo ergo, si habes, Herculem illum, qui huic alterationi par est. Alioquin corruit opinio hæc sua sponte, si non sensum, non rationem, sed autoritatem pro se solum habet. Nam sensus & ratio cognitionis principia sunt, non hominum effata, non autoritas.

Thes. XVIII.

SUperest *mineralium* classis, quæ præ cæteris eruditioribus placuit, recentiorumque observationibus respondit. Sua tamen & hic quemque trahit opinio. *Terram* esse ab *Insulis* derasam tradit OCCO, peculiari a natura temperamento dotatum, ad instar lapidum & *marmorum* in fodinis *ambram* redolentium. Cui *calculum* adjicere videtur GARZIAS *ab horto l. 1. arom. hist. 1.* *ambræ*, qua reperitur, quantitate coactus, quæ tanta esse nequeat, si quid a terra & in terra heterogenei esset. Humanam enim non raro magnitudinem excedit, *insulas* constituit &c. Verum enim vero, si *terra* est aut simplex erit aut medicata: simplici natura *ambræ bituminosa* calida & sicca è diametro repugnat. A medicatis pari gradu dissidet. Illæ enim, exceptis *lapidibus*, aquis solvuntur, cæterisque *terræ* proprietatibus gaudent: at pinguis *ambræ* substantia aquæ in se actionem respuit. Dein cum optima etiam *terra* collata *ambra, lemnia* v. gr. totius generis dissensum facit. *Quodsi vero latius terræ nomen extendunt*, & *fungosam nobiscum pinguedinem è terræ fontibus promanantem & cum hac coalitam intelligunt, quam alii terræ efflorescentiam, quod bituminis inde flos ebulliat, vocant, amicas ipsis manus porrigimus.* Vix enim, aut ne vix quidem *ambra* sine hoc reperitur. Inde tamen non putandum, murem farina aspersum Dominum pistrini esse, nec accessorium mutat nomen, multo minus essentiam aut naturam principalis. Nec etiam consequentia hinc trahenda, quasi ex duobus conjunctis tertium ab utroque diversum, qua naturam & essentiam exsurgeret. Sed massa *ambræ* impura est & manet. Quantitas etiam tantum nobis cum GARZIA terrorem non incutit, ut ad *Terram* confugiamus. Rara enim ea est, at *rari Casus non mutant leges Physicas*. Quamvis in *ambræ* genera-

neratione natura forte non adeo, ut putatur, parca semper est. Largus enim alioquin satisque dives *bituminum* aliorum proventus est, unde lacui ASPHALTICI tot jam annos fomes suppeditata, *Vesuvio* & *Ætnæ* flammæ subministratæ, immensæ *lithanthracum* fodinæ conservatæ, inexhausti *Turffi Belgici* thesauri prolati sunt. Calculum, qui velit, ponat. De *Electro* narrat HECTOR BOËTHIUS, equi vastitatem superasse Anno 521. Non tamen opus est, Insulam ex *ambra* conflatam somniemus. Sed suis eam Autoribus relinquimus. Ex pura enim pinguedine non fit Insula omnis generis animalium & plantarum domicilium. Placuit nihilominus commentum hoc LINSCHOTTO, qui plures tales (per somnium forte,) vidit, quæ post (discussis phantasiæ nebulis,) requisitæ non apparuerunt; ap. LIBAV. *p.342.* Si quid tamen veri viderunt, non Insulam, sed massam ingentem mari innatantem viderunt; sic enim interdum & *balænæ* in maris superficie quiescentes, insulas mentiuntur.

Thes. XIX.

SUi generis succum dicere *ambram*, qui fontes habeat instar *bituminis* & *sulphuris*, & inveniri ad maris non raro littora, est præter necessitatem entia multiplicare, cumque natura *ambræ* symbola satis clara insculpserit, quibus suam prodat naturam & materiam, ad alienum non facile veniendum.

Thes. XX.

CRATO *in Consil. de cura febb. pestil.* pro *Sulphure*, non quidem nostro, quod at venenum aversatur, sed *Veterum* venditat. Ratio (1. quod Sulphuris instar ardeat, (2. maculosas Sulphuris notas gerat, (3. easdem cum Sulphure vires participet in *peste* & *pulmonum affectibus*. At, nec hic rem tangit. Secundum DIOSCORIDEM Sulphur aliud △ expers est, aliud △ expertum & ex minera excoctum. Nulla ex mineris excoctitia *ambra* est, ἄπυρον Sulph. splendet, pellucet; cedo, si vir es, talem *ambram*: viret aliud Sulphur, rubet aliud *pyropi* instar. Nulla talis *ambra*. *Sulphur* DIOSCORIDIS copiosissime provenit in MELO & CIPARA Insulis, immo ubique fere, ubi mineralia latent, nec maris apud Veteres fœtus fuit. Sed quis *ambram gryseam* his locis fuisse domesticam asserat, rem rarissimam, quæ vix ante seculum perfecte nobis innotuit. *Sulphur* DIOSCORIDI, GALENO, PLINIO inter notissima fuit, & ad venenatos animalium marinorum morsus commendatissimum; sed, quod mirum, de *ambra* ne vola quidem aut vestigium apud DIOSCORIDEM, GALENUM, PLINIUM &c. extat. *Sulphuri* suo substituere Veteres *Sandaracham*, at hæc, quæ, qualis, quanta, cum *ambra* collata? res toto cœlo distinctissima. Jam, ad allata argumenta. *Resp.* (1. LIBAV. *p.*340. Non omnis *ambra* ardet: sed ardeat, falsa nihilominus inducitur

tur consequentia: Lignum ardet, fimus columbinus apud GALENUM ardet; ergo Sulphur, ergo *ambra* sunt. Sulphurea quidem *ambra* est, & spirituosam materiam igni maxime cognatam, continet, unde ignis pabulum: at ideo non Sulph. vocanda. Hæc ergo sequitur conclusio: quidquid ardet ut Sulphur, sulphureum est, quæ nec nobis nec veritati contradicit. Ad (2. dicimus, argumenta a colore & externa rei figura ducta nomen argumenti non mereri, nec (3. vires, si quæ sunt, communes, quid roboris habent. Sexcenta enim ex medicamentorum sylva adduci possunt alia, quorum licet natura & essentia diversissima, mutuas tamen contra hunc & illum morbum operas tradunt. Ridiculum autem est, inde communem utriusque formalitatem aut essentiam colligere: hæ enim communes vires a materiæ qualitate, non a *specifica forma*, quæ distincta, fluunt. Nec tamen mistum quid ex sulphure aut *bitumine* fingendum, quo tandem CRATO inclinare videtur, & ab hoc forte excitatus GESNERUS misturam ex sulphure & *bitumine* fabricantes: hanc enim corporum confusionem Natura non patitur, nec incensio, nec odor persuadet. Quod enim quæso *bitumen* sulphuri associes, ut *ambra* inde resultet virtus, consistentia, odor, sapor, levitas. Non satis est, asserere talia, aut fingere similia ex unius vel alterius proprietatis observatione. (Novam plane adducit opinionem de *ambra* origine P. BORELLUS *cent. 4. hist. & obs. var. Medico-Phys. obs. 66.* ubi *ceram melle imbutam* credit, remque pluribus probare conatur *l. d.*)

Thes. XXI.

OPiniones, quæ restant, aliæ, v. gr. a *rore* esse electum, a *pisce* devoratum, *maris spumam, balanarum sanguinem*, &c. convinci non necesse habent, cum sua statim vi corruant, hasque protulisse superasse est. Potiores jam vidimus, rejecimus; jam de nostra proponenda cogitabimus, ne in aliorum sententiis destruendis, quam nostra asserenda paratiores audiamus, postquam hoc unicum saltem addidimus, *roris* naturæ repugnare, quod *ambra* tunc *imperfecte mixtum* fieret, nec in littore maris tantum colligeretur; *spuma* autem, quod spuma maris exactissime cocta multis in locis reperiatur, non item *ambra*, quæ nec salsa est, nec alia spumæ signa habet.

Thes. XXII.

PAtet autem mens nostra ex superius allata descriptione, pro qua salvanda ita argumentamur: *Quæcunq; descriptio optime explicat substantiam & accidentia, quæque objecta optime & facillime solvit, ea pro verissima habenda est: hoc enim de definitione requirit* ARISTOTELES. *At nostra hæc talis est. E. Bitumen* autem descripsimus *Thes. V. Ambram.* An bene, an male ex duplici patet argumento: 1. *Cuicunque rei competit definitio* BITUMINIS, *eidem etiam*

etiam definitum competat necesse est. Atqui AMBRÆ *nostra competit* BITUMINIS *definitio.* E. *Major* axioma est: *Minor* sua luce radiat: est enim *corpus minerale, ex pinguedine radicali potissimum, succoque subterraneo conflatum, particeps igneæ naturæ, caloris & flammarum sub terris fomentum, calefaciendi, siccandi, discutiendi virtute præditum.* Hinc oritur II. haut minore fide dignum: *Cuicunque conveniunt affectiones & operationes* BITUMINIS, *idem pro* BITUMINE *habendum. Atqui* AMBRÆ *conveniunt*, &c. E. *Minorem* probat SENNERT. *in epit. Phys.* MONARDES, JORDANUS, CARDANUS, & *Neoterici* fere omnes, LIBAVIUS &c. M. GOTTARD. ARTH. *l. d. p. 463. bituminis*, inquit, *alicujus genus est, quod ex imis fluctuantis Oceani fontibus eructatum, superficiei aquæ obnatat.* At neminem adeo stupidum, adeo ficulneum reperiri censemus, si perfunctorio saltem oculo sublunaria hæc inspexerit, qui neget, in hoc terræ circulatorio globo magnam corporum *bituminosorum* varietatem dari & differentiam: illa tamen omnia commode sub duo genera redigi possunt, quorum alterum ἀσφάλτου nomine *liquidum* est, quod *olei consistentia* fluit; alterum densatum, inspissatum, coagulatum, concretum (omnibus enim hic nominibus gaudet apud Auctores,) πηκτασφάλτου aut ξηρασφάλτου titulo venit. Quæritur ergo, quo *ambra* reducenda sit? Concretum diximus contra GOCLENIUM, item contra MAGIRUM, SAGITTARIUM &c. qui *liquidum* voluerunt, qua de caussa, nescio, nisi *liquidambar* improprio sensu intelligant. Adjecimus *fragrantissimum*, ut eam a cæteris *bituminis* speciebus abduceremus: has enim omnes fragrantia sua & virtutibus longe post se relinquit. Hactenus de natura *ambræ*.

Thes. XXIII.

NUnc ad *generationis modum* ordo nos ducit, quem secundum 4. caussarum genera scrutabimur, exorsi de *materia*. De *materiali* itaque *ambræ principio*, si consulas DEMOCRITUM, ἀνδρῶν σοφώτατον, ἄριστον φύσεων καὶ κόσμου ἑρμηνευτὴν, *in Epist.* HIPPOCR. *ad* DAMOGETUM; σῶμα σοφίης *in Epist. ad* DEMOCRITUM, immo priscorum *Philosophorum* in naturali scientia *oculum* 1. *de gener. & corrupt. 2. text. 5.* *calcem* tibi & *lixivium* ostendet. ARISTOTELEM cum suis si audias, ad *elementa* & *exhalationes elementares* ablegaberis, unde, ceu ex communi principio, oritur *metallum*; (quo nomine in genere omnia subterranea & fossilia accipimus cum DIOSCORIDE *in præfat. l. V.*) exire docent. *Hermeticorum* officium si pulsas, qui totam rem mineralem jam suam fecere, tanquam subjectum artis suæ proprium; afferent illi sua *tria principia hypostatica*, ⊖ Sulph. & Mercur. Sed nec hi, nec illi, nec isti rem omnem expediunt, DEMOCRITI quod spectat sententiam,

tiam, ea prima quidem fronte ridicula videtur, quam tamen modo recte perpendas, non omnino absonam dices. Sub *calcis* enim nomine indigitat *terram* quandam imprægnatam vi quadam *metallifera* ☉na, quæ, si aqua imbuitur, *lixivium* fit, & *mineralium* materiam constituit. Cui assentiri videtur SENECA, qui mineralium originem ex duplici aqua, potibili seu tenui, & fusili deducit. ARISTOTELES ex materia halituosa elementari in genere omnia mineralia fieri docet, sed diversa modo diverso, quem eleganter explicavit *3. met. ult.* δύο, inquit, μὲν ἀναθυμιάσεις, ἡ μὲν ἀτμιδώδης, ἡ δὲ καπνώδης, ἡ μὲν ξηρὰ ἀναθυμιασοῦ ἔστιν, ἥ τις ἐκπυροῦσα ποιεῖ τὰ μὲν ὀρυκτὰ πάντα. Insinuat, ut metalla, ex vaporosa, inde aquea dicta; ita fossilia, ex fumosa calida & sicca ἀναθυμιάσει, in terræ cavernis, terrea inde dicta, generationis suæ primordia accipere.

Thes. XXIV.

Verum enim vero, qui rem sagacius secum ponderat, vix his, ut adquiescat, animo persuadebit suo; partim enim insufficientem, partim nimis remotam hanc *materiam* deprehendet. Si simplices & nudi hi halitus elementares concurrunt, & sufficiunt, *roris* instar aut *pruinæ* more gignerentur *mineralia*, quæ a meteoris reipsa non differrent, nisi forsan numero aut situ, & per consequens imperfecte mista audirent, quam sententiam supra in vestibulo explosimus. Contrariatur huic sententiæ & (1. *Experientia*. Quod si enim *exhalationes elementares* nudæ & simplices proximam *ambræ* materiam darent, sequeretur, ubi tales gignuntur, ibi *ambram* & alia mineralia apparere: at *meteora* ibi apparent, *imperfecte mista* fiunt, non *bitumen*, non *ambra*. (2. Repugnat eidem tot operationum, colorum, odorum, virium &c. diversitas, quæ irrefragabiliter evincunt, non ex nuda *elementorum* mistione aut simplici *exhalatione* calida & sicca generari *mineralia*. Etenim, quomodo *ambræ* odorem, *salis* saporem, *terræ Lemniæ* contra pestem virtutem &c. ex *elementorum* qualitatibus & *exhalationibus* puris educes excudesve? Nulli *elemento*, secundum SCALIGERUM de *plantis*, qua tali, sapor inest, & proinde nec ex iisdem composito, qua tali; multo minus tot actionum diversitas. Ex *elementis* enim mistis, semistis iterumque mistis, nisi *elementare*, nihil emergit, non *ambræ* odor, non *salis* sapor, non *ampelitidis* rigor. Dein remota nimis materia sunt: & qui has *exhalationes* nudas ita in *mineralium generatione* per vim obtrudere satagunt, idem faciunt, ac si non semen aut sanguinem, sed exhalationem seu siccam seu humidam, materiale animalis principium facerent, ut loquitur SENNERT. *in Physica*. Proinde operam cum oleo perdunt, qui hanc *halituosam materiam* ita mordicus propugnant; quos inter est BACCIUS, ERASTUS, SCHEGKIUS, &c. nec non solum

illos

illos, sed ipsum humanæ sapientiæ parentem deserere cogimur. Amicus nobis BACCIUS, amicus PICCOLOMINEUS, &c. immo amicus ipse ARISTOTELES, nullius tamen tanta sit autoritas, ut, quæ præ omnibus amica sit, *veritati* præjudicare valeat. *Supra elementa*, *ipso* ARISTOTELE judice, *2. de gener. anim. 3.* (qui locus asterismo notandus.) *Sapiamus, ubi elementa deficiunt, & proximiores caussas, magisque determinatas eruamus:* ubi in præsenti negotio magnum nobis subsidium promittimus ab *Hermeticorum* ita dictis *principiis* ⊖ Sulph. aut, secundum LIBAVIUM, *bitumine*, & Mercuriali liquore, quæ in *ambra* per suas vires & proprietates naturam suam satis manifeste produnt: Hinc concludimus, *ubi sunt affectiones & operationes Chimicorum principiorum, ibi latent ipsa hac principia.* (*Atqui in AMBRA nostra, &c.* E. *Major* nititur Logicorum maxima: *Operatio rei arguit rem ipsam*, &c, *ubi rei proprietas, vel proprium rei accidens, ibi ipsum subest subjectum.* *Minor* probatur, quia *colores*, *odores*, *sapores*, *esse*, φλογιστὸν, *&c. ambra* insunt; quæ, ut jam dictum, non ab *elementis*, sed a *principiis Chymicis* fluunt, ut a *terra gravitas*, ab *igne caliditas.* Ulterius: *In qua resolvitur AMBRA, ex iis etiam proxime concreta sit oportet.* *Sed in tria hæc principia resolvitur*, E. *Major* iterum Canon est, *in qua quid resolvitur, ex iis constat*, & verissimum de ultima resolutione chimica, ubi unaquæque res in ea resolvitur, ex quibus actu in existentibus, tanquam partibus materialibus proxime composita est: alias per *corruptionem* naturalia in multa alia abire possunt, ex quibus non constant, ita sanguis in pus abit, caseus, caro in vermes &c. *Minorem* probat experientia. Et hæc *principia* (*bituminosa* tamen prævalenter,) quæ & ipsa elementata sunt, *elementis* in *ambra* productione proximiora esse, qui non videt, bardus est. Sciendum tamen, nec hæc sola omnem absolvere paginam, sed superesse adhuc & requiri *spiritum* aut *succum* quendam *mineralem*, aut *formativum*, *seminale quoddam principium*, si ita mavis vocare, *determinatum formæ subjectum*, & *instrumentum*, per quod agit, *proximum*, cui *propensio inest* & δύναμις ad *recipiendam AMBRÆ naturam*, cujus ex dispositione *ambra* fit, non *succinum*, *hoc* in specie *bitumen*, non *aliud*. Conjunctum principium materiale in descriptione expressimus per *liquorem* aut *exhalationem coagulabilem pinguem*, quem *petroleum* nobile *ambrinum* vocant alii *ap.* LIBAV. *p. 327.* Hæc jam dicta de propagationis materia intelligenda sunt: alias, si de primæva creatione quæritur, nihilum, cum mundo commune, prima *ambræ* materia erat, unde immediate, DEI omnipotentis verbo FIAT producta fuit.

(NB. PLINIUS subtilius materiam *bituminum* excogitavit, & quærit, annon *solis* & aliarum *stellarum radii coalescentes*, cum ignea aëris parte, & segregationibus halituosis, corporis na-

turam induant, & cum continuato in terram projectu circa hanc occupentur, in ea ipsa coagulentur, & ita hærentes id tandem constituant, quod nos *terræ adipem* & *bitumen* dicimus: cujus nobilissimæ species fiunt *naphtha, succinum, ambra* &c. vid. LIBAV. *part. 3. sing. p. 29.*

Secundum *Astrologos* quosdam ab *astris* per fulmina materia *bituminis* & *halitus* suppeditantur. PARACELSICO figmento jam concretum violenter dejicitur; hinc crebriora alicubi fulmina multum etiam *bituminis* generant; quod cum *naphtha* circa BABYLONIAM fieri volunt. Sed nugas agunt: invertendum erit argumentum, nam *bitumen* materiam fulmini potius præbet. Quæ enim caussa format ibi *bitumen*, aut materiam præbet, ubi fulmina non fiunt, aut raro fiunt, in imis terræ radicibus, montis ÆTHNÆ aut VESUVII? non ergo sputum aut excrementa *astrorum* sunt *bitumina*.

Thes. XXV.

HIsce igitur imperscrutabili modo commistis *forma* succedit, quæ licet nominari nequeat, peculiare tamen a misti *forma* esse satis evincunt effectus & virtutes, quas inter abdita essentiæ suæ latibula recondit; hæc *forma*, jussu primi Conditoris sui, per individua sese multiplicandi & propagandi vim possidet.

Thes. XXVI.

SEd hic statim contra jam dicta insurget hæresis eorum, qui sibi persuadent, nihil suam posse propagare speciem, nisi, quod *vegetabile* sit, aut *animale*, & ideo *mineralia*, tanquam virtutis internæ sese propagandi expertia excludunt, nullamque eorum essa novam procreationem ex naturæ principiis, nec talibus formis opus habere, sed ab initio creata singula ad ruinam usque mundi perdurare. Sed lubrico opinio hæc consistit talo. Refutatur autem inde, quod, sicuti primus rerum *Conditor*, cum in primæva rerum creatione *animalia, arbores*, aliaque ejusmodi produceret, eisdem vim similia imposterum gignendi contulit, *Gen. I.* ita conveniens sit, quod, licet tunc magnam in terræ gremio mineralium copiam effinxerit, physicis tamen rebus facultatem ad alia etiam sibi similia mineralia progressu temporis producenda tribuerit. Semina autem accepit a benedicente DEO *terra*, accepit mare, ut nascendis talibus queant esse idonea. Hinc unicuique rei vis quædam est, *si non generativa*, quam *animalibus* & *vegetabilibus* forte non ita male tribuunt adversarii, similis per semen animatorum; attamen *in sui naturam commutativa*, eo, quo ignis ignem generat, modo, collata, modo adstipuletur materiæ patientis dispositio.

Thes. XXVII.

SEd unde hæc, & qualis? *Elementis* fascinati Philosophi, *elementa* crepant, ex horumque concursu *ambram* coalescere, hujusque *formam mistionis formam* esse clamitant. At, qui fit, cum nullibi

nullibi terrarum desint *elementa*, mistionesque ex elementis variæ, quod tamen non omni in loco, per infinitas commistionum myriades, nascatur *ambra*? qui fit, quod tot & tantas, ultra principiorum suorum vires positas exerceat hæc *forma* actiones? Nescis? dicemus tibi: *Specifica virtus* est, & *forma* facit, quod *elementorum* concursus & mistio nunquam faciet, adeoque, ubi vires plane aliæ, quam *elementorum*, ibi alia quoque *forma* sit, necesse est. At in *ambra* vis plane alia ab *elementis*, ut ex antecedentibus patet. E.

Thes. XXVIII.

ALii, qui ab *elementis* parum spei superesse vident, *formam* a *cœlo* & *stellis* extrinsecus immitti statuunt, quos inter *Fernel. l. 1. de abd. rer. caus.* & *Freitagius*, est. Quæ vero sententia vel inde falsitatis convincitur, quod nihil probabile ad istam stabiliendam afferri possit. Nam etsi superiorum & inferiorum consensum libenter admittimus, & inferiora hæc a superioribus, tanquam remota & externa generationum caussa gubernari & foveri concedimus, inde tamen non sequitur, rebus naturalibus omnibus *formas* & vires a *cœlo* & *stellis* imprimi. Adhibita igitur distinctione inter *rerum caussam remotam & proximam*, illorum opinio non modo corruit, sed ipsimet, qui illam amplectuntur, necesse habent fateri, DEUM *Opt. Max.* cum stirpes & animalia crearet, ea divinis viribus & suis fœcundisque seminibus sese multiplicandi implevisse, imo omnia *fossilia* DEUM ante *stellas* creasse, atque ita omnia semina sua fœcunda, antequam *astra* essent, obtinuisse, *Gen. 1. v. 11.* Quod cum ita sit, quomodo, quæso, negare possunt, eodem etiam CREATORIS jussu, per semina aut seminalia sua principia intrinseca, illa sese propagare? Quid, si omnes *formæ mineralium a cœlo* defluerent, nulla daretur *generatio univoca*. At enim, quidquid omnem *generationem univocam* tollit, id in rerum naturalium scientia admittendum non est: sententia hæc, qua *formæ* a *cœlo* & *astris* induci statuuntur, omnem *generationem univocam* tollit: ergo admittenda non est. Porro: quidquid jussu divino facultatem & vires sese multiplicandi accepit, illius genitum *formam* suam extrinsecus non accipit. At talia sunt *mineralia* omnia cum *vegetabilibus*. E. *Major* probatur, quia alias illa facultas, illæ vires virtutesque essent frustraneæ, otiosæ, inutiles. Item: Quidquid formam suam habuit ante *stellarum* ortum & creationem, illud illam a *stellis* non accepit. At talia sunt *mineralia* omnia, cum *vegetabilibus*, quæ tertio die, *stellæ* vero quarto demum die productæ sunt, *Gen. I.* E.

Thes. XXIX.

VOlumus itaque, ut paucis nos expediamus, *formas mineralium* æque ac *metallorum* & aliorum suo modo multiplicari, non quasi hic *lapis* alium *lapidem*, *minerale* aliud *minerale*, sicut *brassica* aliam *brassicam*, *papaver* aliud

aliud *papaver*, generet, quæ *propagatio animæ viventi & vegetanti* κυρίως competit, & *viventis* solum opus est talis *generatio*: Sed, quod, *sicut in plantis & animalibus ab anima in semine latente corpus plantarum & animal formatur, ita & a spiritu quodam, v. gr.* χρυσοποιητικῷ, ἀργυροποιητικῷ, ἀμβροποιητικῷ, *formam architectonicam in se continente, in terra cavernis generari mineralia, atque ab eo, secundum cujusque speciem, iis figuram, colorem & alia accidentia tribui, atque hunc spiritum in fodinas & matrices mineralium exhaustas se diffundere, ibique nova alia atque alia ejusdem speciei mineralia ex materia disposita educere, & tali modo per suas formas & virtutes seminarias primitus concessas ad finem usque mundi procreari & perpetuari posse, cum* ANSELMO BOËTHIO *aliisque* doctissimis Viris statuimus. Vid. prolixius SENNERT. *l. 5. phys. l. de chimic. cum Arist. & Galen. cons. & dissens. hypomn. 4. cap. 6.* SPERL. *lib. 5. spec. Phys. c. 1.* ANDR. LIBAV. *l. 1. part. 3. Sing.* & quamplurimos alios.

Thes. XXX.

Caussa efficiens multis quoque involuta litibus est. DANÆUS *part. 2. phys. Christ. tr. 2. cap. 19.* DEUM omnium rerum *caussam* producit, Sed *Resp.* heus, bone Vir, non hic de *creatione*, sed *generatione* sermo est. DEUS quidem in rerum naturalium *generatione* hodienum concurrit, ut *caussa prima*, omniumque rerum *caussa efficiens* dicitur, ratione primævæ *creationis*, secundarum caussarum conservationis & promotionis; at hæc *remota* nimis, *universalis, æquivoca caussa est*: *Proximior, particularis, univoca*, in natura quærenda, quæ, nunc cessante *creationis* opere, creaturæ jussu cursum *generationis* & *corruptionis* absolvit, tuetur & observat.

Thes. XXXI.

A DANÆO proximus est FERNELIUS *l. c.* & aliis, qui primariam *caussam efficientem cœlum* & *stellas* iterum salutat. Sed *universalis*, uti §. *praced.* dictum, *caussa* est; nec hic immiscenda, ubi de *determinata particulari* quæritur: Sed posita, non concessa FERNELII *caussa*, aget hæc vel *influxu*, vel *calore*. Primo modo, si *influit*, ut formas communicet, æternæ, perpetuæ *mineralia forma* essent, æternum & perpetuum sequentes principium. At labiles, instabiles sunt: imo metus forsan esset, ne tandem *cœlum* rueret. *Calori* si primas tribuit, falsum & hoc est, qui enim in abditissimos terræ recessus *solaris* aut *cœlestis calor* penetrare queat, quem vel exiguum quodvis *folium* excludere potest? Reclamat etiam experientia: videmus enim in diebus *æstivis* ferventissimis illa terrarum antra frigidissima, contra, terra frigida, illa calefacta, at, si coloris solaris in eam actio esset, utique non ita frigore horrerent, præsente *Sole*, nec calefierent, eo recedente. Reclamat (2. *ambra* consistentia. *Quidquid a calido fit & concrescit, a frigore solvitur*, contrariorum enim,

enim, uti contrariæ caussæ, ita & effectus contrarii. At *ambra* a frigido non resolvitur, in locis enim frigidissimis generatur & in aquis concrescit. Hinc ad *frigus* alii dilabuntur; at nec hoc jure fit, idem enim contra eosdem argumentum valet: *Quæcunque frigore concrescunt, igne liquescunt* &c. at falsum consequens, ergo & prius. ARISTOT. *l. 2. de ort. & inter. t. 53. & seqq. it. 4. Meteor. in fine* reprehendit veteres, quod per *qualitates primas* λίαν ὀργανικῶς generationem fieri docerent, omittentes, quæ a specie sumitur, caussam, & perinde facientes, ac si quis serræ & cæteris id genus instrumentis, eorum, quæ per illa fiunt, *caussam* tribuat. Sed & hoc optandum de ipso esset. 4. *Meteor.* ipse has qualitates arripit: *2. de gener. & corrupt. 10.* ad *caussam universalem* confugit, nec τὴν κατὰ εἶδος αἰτίαν explicat. Sed tamen *2. de generat. & corrupt. t. 40. 53. qualitates elementorum* saltem instrumenta esse, *principalem caussam formam* cujusque rei specificam, statuit. Sol, inquit, & homo generant hominem; adeoque præter mentem ejus interpretes ex solis *elementis* corporum naturalium generationem deducere videntur. Sic ergo omnes nimis *remotas caussas* afferunt, quæ, si rem absolverent, dubio procul longe copiosiori *ambra* proventu frueremur. In veram inquiremus, & a primo, quod dicitur, ovo, rem repetemus. *Efficiens caussa* vel est *principalis* vel *instrumentalis*; *Principalis* vel *universalis* vel *particularis*. *Universalis* partim *DEUS* est, partim *astra*. *DEUS* in prima mundi fundatione creavit mineralia omnia, iisque, cum corruptibilia sint, potentiam in materia disposita locoque idoneo sese, modo jam dicto, multiplicandi dedit, hinc, durante mundo, durant & hæc perpetuo in ipsis terræ penetralibus, summamque illam *Creatoris* sapientiam, potentiam, providentiam deprædicant. *Astra* vero, cum agant in inferiora omnia, adjuvant forsan *mineralium* quodammodo generationem, sed non, nisi remote; at determinati effectus determinata caussa est, & *particularis*, cujuslibet scil. *mineralis forma specifica*, SENNERT. *hypomn. phys. p. 144.* quæ sui est diffusiva & multiplicativa. Hæc sola facit, ut *ambra* non *aurum*, non *canis* generetur. *Instrumentales* autem *caussæ*, internus ille terræ calor, subterraneus focus potissimum, frigus & accidentia alia &c. *Caloris* hujus ope non tantum attenuationes, coctiones & resolutiones, sed & condensationes & coagulationes, (quod *frigoris* etiam beneficium promovet,) secundum ARISTOT. 1. *de part. animal.* 1. & 2. *de part. animal.* 2. *it. 1. de generat. animal.* 18. maxime vero 2. *de gener. anim.* 1. fiunt. Nunquam tamen vel calor vel frigus, si internum coagulationis principium, & *vis* ἀμβροποιητική desit, ad coagulationem & generationem sufficit.

Thes. XXXII.

*F*Inis est *universi complementum* & *hominum salus*. *Hic enim terrenus ille DEUS, cui lucent sidera, coguntur nubes, funduntur imbres, assurgunt montes, germinat terra, multiplicantur animalia, famulatur natura universa.* SCALIG. *Sect.* 1. *Exerc.*250. & quamquam, quæ nostra cœcitas, non raro admodum obscurum sit, quomodo omnes corporum species in *hominum* quasi servitia conjurarint, accusanda tamen hic nostra potius infirmitas, & DEI prædicanda benignitas. Præsens *ambræ* usus satis laudatus, satis probatus est, ut suo loco videbimus.

Thes. XXXIII.

*C*Aussarum ordinem claudunt *caussæ accidentariæ* dictæ, quæ ad *fortunam casumque* revocantur; ita *venti* subruentes arbores mineralium & *ambræ* matricem aperiunt, bestiæ lustra quærentes luci produnt, de loco in locum transferunt fluctus, fontes, flumina, rivi &c. balænæ &c. naufragia, qua de caussa sæpe gratis legitur, ubi non nascitur &c. quibus caussis recensendis multum temporis dare operæ pretium non videtur. Ipsa enim seipsam prodit effluxu, odore, ne quid de violentia dicamus, aliisque proprietatibus, quarum huc primarias accersemus.

Thes. XXXIV.

PRima *Concretio* est, quæ a non nemine *calori exsiccanti* & *frigori indurescenti* adscribitur. Sed dura, mollia, lenta, rigida calore & frigore fieri posse non diffitemur; sed externa tantum & elementaris hæc est inspissatio, quæ alteram quidem juvare interdum potest, ipsa tamen non est, quam hic intendimus, interna, vera & essentialis *concretio*. Hujus principium communiter & rectius secundum alios ⊖ constituitur: sed omnem a ⊖ e etiam *concretionem*, ejusque modum ita simpliciter deducere velle, vix laudem meretur: Observamus enim in corporibus uno eodemque principio *salino* instructis, modo lapideam duritiem, modo remissiorem: at, commune hic principium ⊖ est, unde ergo diversus *concrescendi* modus, diversa *concreti* figura, varietas? Vidit dubio procul hanc difficultatem SENNERTUS, & *salini* hujus *principii*, quod tamen alias acerrime propugnat, insufficientiam fatetur, additque ⊖ i *formativum* quendam *spiritum*, ut *loq. de cons. & diss. cap.* 11. Nos *formæ* alicujus rei *specificæ* hoc committimus officium, & totum *concretionis* negotium sequenti modo explicamus: *Omne, quod concrescit, liquidum sit oportet, constans elementaribus, aquosis, heterogeneis, quæ evaporant, partibus, & essentialibus, coagulabilibus salinis: Illæ tum ignium sub terra actibus & fervore &c. absumuntur; internæ, homogeneæ, siccæ, salinæ, remotis jam impedimentis, ob insitam a natura quasi coagulandi potentiam ad coagulationem tendunt & coalescunt.* Hac vero vel illa figura quod *coagulentur*, caussa est *forma* & *natura* cujusvis *specifica*, quæ, ut alia

alia in ⊖, alia in Vitriolo, alia in O, ⊕, *ambra*; ita quodlibet etiam secundum illam a *spiritu formativo* sibi *proprio*, hac atque illa figura concrescit. Fit autem *secretio* hæc in præsenti nostra *ambra*, non, ut volunt quidam intra pisces, ut lactis in ventriculo: ubi enim *ambra* non est, concrescere etiam non potest: nec a maris salsedine aut frigore, quod in superioribus refutavimus: sed in ipsa *minera* ita disponitur & essentialiter concrescit, medullæ aut mellis instar, agentibus simul generationis & concreationis caussis: unde tandem protruditur in diem & ad maria, (quod manare dicunt Autores, & de protrusione & natatione jam dicto modo coagulatæ intelligendum est,) ubi caloris actibus, maris salsedine & frigore magis exsiccatur, induratur, donec eam, quam præ se fert, faciem induat. Concrescit autem statim & durius, cujus spiritus jam exhaustus est focis subterraneis, &c. paulatim & mollius, quæ spirituosior adhuc parum aut nihil de O, ⊖, Vitrioli aut terra substantia participat.

Thes. XXXV.

CONcreta hoc modo *ambra* non nisi per *pinguia* solvitur. Hæc solutio *ambra* naturam & substantiam *bituminosam*, Sulphuream sequitur. Naturalium enim rerum naturalis consensus & dissensus is est, ut similia & ejusdem naturæ corpora sese amice appetant & uniant, alia vero contraria se aversentur & fugiant; illud specie conservationis, hoc metu destructionis. Ita salsa salsis, olea oleaginosis pinguibus & Sulphureis miscentur iisque solvuntur, ut quotidiana chimici labores experimenta offerunt.

Thes. XXXVI.

INflammabilis *ambra* est, quia sulphureum quid & *bituminosum*; propter hoc enim principium inflammatur omne quod inflammatur, nec sine Sulphure quidquam inflammatur; nec elementa pura △ & 🜁, proprie inflammantur, sed Sulphureis vaporibus commistis, suam, quam proferunt, flammam debent. Pinguia etiam, cum accenduntur, Sulphur manifestant.

Thes. XXXVII.

ODor etiam sulphureum principium redolet, quo dato, mutato & sublato, odor datur, mutatur, tollitur. Hinc facili negotio *ambram odoratissimam* vel *Chimia*, vel alia externa violentia Sulphuris aut *bituminosi principii* variatione, eductione, vel destructione, sterilem in terram, *Coloniensi* similem, ut LIBAV. nominat, *part.3. Sing. p.323.* mutare norunt. Sed objiciunt, quibus allatum *odoris* principium non arridet. Res esse plurimas, quæ parum Sulph. participant, parum etiam in se oleosi habent, & tamen aliis longe *oleosioribus* multo fragrantiorem odorem emittunt, v.gr. *Rosa. Resp.* ad objectionem hanc SENN. *de cons. & diss. Chim. cum Arist. & Gal.* non statim Sulphureas partes in rebus odoratis abun-

abundare necesse esse, nec odor a copia Sulph. dependet, sed maxima sæpe sub exigua mole virtus latet, eo, quo videmus, modo salia alia aliis acriora. Nec Sulph. semper in oleosa quærendum est forma aut pingui, sed non raro etiam in spirituosa, adeoque a copia aut inopia olei, ad Sulph. copiosum aut paucum argumentari minime licet, quod de *rosa* manifestum videtur; licet non desint, qui *rosas* satis olei sudare dicant, modo ratione & diligentia debita tractentur. Quidquid sit, ubi odor, ibi Sulphur, V. C. affirmative, sed non contra: res enim multæ inodoratæ apparent: ubi tamen Sulph. non deficit: sed non apparet, nisi solutis mistionis vinculis. Ob fortiorem enim corporis congelationem & constipationem effluvia retinentur, quod palam est in *succino*. *Bituminosum* igitur aut Sulphureum principium hoc si exulat, frustra variæ digestiones, exaltationes, elementarium corporum mistiones & remistiones comminiscuntur. Externa quidem hæc & foris alterantia interdum aliquid valent, dum impedimenta & ἐνσωματίαν vitiantia removent, at nunquam sine interna rei dispositione, adeoque ex potentia in actum, ut quod latet, pateat, cœterum nihil aut parum præstant. Nec *ambra* terræ, quam transit, odoratæ odorem secum refert, sed istius terræ odor *ambræ* proprius est, quem in transitu, diffusis hinc inde spiritibus, terræ reliquit. LIBAV. p. 332. Olet *ambra* sive in AFRICA, sive EUROPA, sive ASIA nata sit. Maris commercium, quo confugiunt alii, odoremne dabit, quem ipsum non habet? immo dabit, quem habet, fœtidum, putredinosum: bonum humiditate & fœtore corrumpet. Hinc est, quod malæ notæ judicatur *ambra*, quæ diu marinis fluctibus jactatur; optime econtra audit, quæ brevi litus videt. Quisquis ergo fuerit ille *Libavii* amicus, quem adducit *l. d.* veritatis certe amicus non fuit, qui omnia in mari versantia odorata fieri scribit: successus enim promisso non respondet, nilque in *alga, conchis, &c.* nisi putridum aquarum fetorem notamus. Ex Sulphure ergo odor est, ceu primo principio, cæteris in primæva creatione permisto, unde latens per digestiones, coctiones, mistiones, adminicula externa alia, modo recte sese habeant singula, ex materiæ necessitate sequitur. *Succinum* non, nisi solutum, fragrat; *ambra* etiam per se fragrat, penitrantibus adhuc spiritibus raritatem corporis, & non ita coagulatis. LIBAV. *l. d. p.* 330. In *succino* sunt congelati penitus; in *halosantho* frigore expressi, aquis eloti magna ex parte periere; partim etiam offuscantur peregrinis halitibus. Imbecillior enim ejus consistentia, quam, ut custodire posset *spiritus* fragrantes: firmior, spirituosior *ambra* est, quæ diutius retinet odores, sed tandem etiam evanescunt, *l. d. p. ead.* Diutissime *succinum* retinet, densitate materiæ & coagulatione, sed solutum idem evanescit, aut odor fortior ad

tior ad minimum & sapor ob exhalentes spiritus *chalcantinos* mitescit, ut in *ambra*.

Thes. XXXVIII.

SApor in *ambra* fere *succini* est, nisi, quod hoc in fine *Vitriolum* & ⊖ *chalcantinum* sapiat, *ambra* vero *dulcedinem* præ se ferat, quasi *ambra* sine salibus aut spiritibus *chalcantinis* concrescat, aut eos parcissimos participet, unde etiam vitream illam consistentiam non assequitur. Hoc artificibus nonnullis spem fecit *succinum* in *ambram* transmutandi, ademto eidem ⊖ e *chalcantino*; ita enim *fungosa*, ut loquuntur, fieret, & graveolentia sublata cæteris dulcibus spiritibus actum daret, & exhalandi occasionem.

Thes. XXXIX.

ATtractoria vis, secundum LIBAV. *l. d. p. 84.* omni *bituminis* speciei communis est, quamquam, ut concedit, in una, quam in altera, manifestior, ob materiæ consistentiam, alterationes factas, &c. Ubique tamen potentia subest, unde actus, remotis impedimentis, sequi potest. De qua proprietate, cum nihil Auctorum consensus, aut observationes nobis hactenus monstrarint, eam hic in medio relinquimus. Experientia judex esto.

Thes. XL.

LOcus nunc quærendus erit. Hic autem duplex offertur; alius *collectionis & inventionis*; alius *generationis & originis*. *Generationis locus* non vitreæ Chimicorum ollæ sunt, non mare vehens aut exspuens, sed *intima terræ minera & specus*, non omnes, sed quæ in primævæ creationis, & factæ ibidem benedictionis a DEO peculiariter ita dispositæ, & *Spiritu* hoc *ambrifero* imprægnatæ fuere; ex his enim principiis hujus proventus caussam verius, quam ex *stellarum influxu*, deducere possumus; his enim præsentibus *ambra* nascitur, forte sine *solis* aut *stellarum influxu*, quarum virtus his sub cavernis debilis est, ut diximus. In lucem autem producitur vel *manuum opera*, quod rarissimum, vel per *varios terræ mæandros percolata una cum aquis subterraneis in mare præcipitatur*. Ubi autem locorum has potissimum officinas suas reposuerit natura, caliginosa nocte premit, totoque terræ corpore tegit. Nec, qui fossilem dixerunt, locum, ubi effossa sit, unquam monstrarunt. Probabile itaque est, *in mineris suis a præterlabentibus & lambentibus aquis ablui, simulque in mare abripi, ubi, cen spuma crassa superficies supernatat, ad littora protruditur, & a piscatoribus expertis colligitur*; quæ AVICENNÆ etiam mens est, putatque BACCIUS, ab *Arabum* auctoritate standum esse, qui ex Vicinitate & Commercio perfectiorem ab *Indis* informationem acceperint. Copiosæ autem apparentiæ & inventionis locus mare est: & quidem *Mari Indico & Æthiopico* præstantissima & copiosissima tribuitur: nam, secundum GARZIAM *totus Æthiopiæ* tractus a *Sofala* ad *Brava* usque

usque *ambaro* abundat, quæ multum flantibus Euris copiosa *Sofalam*, & in Insulas *Comaro, Demgoxa, Mosambicam* totumque eum tractum ejicitur e *Maldivis* Insulis, quæ ad *Orientem* spectant. Flantibus vero *Favoniis* colligitur plurima *grysea* in *Maldivis*. GARZ. *l. d.* MÜNST. *in Cosmograph. p.* 1600. Invenitur, sed raro, etiam in *Timor*, & in *Brasilia*, id. GARZ. & OCCO; in portu *Lusitanico Setubal*, GARZ. in Insula *angosa*, *capo verde*, *porto santo* &c. MÜNST. *l. d.* Nec hac carent Insulæ *Moluccæ*, *Chersonesus aurea* dicta, & alia loca quamplurima; Invenitur etiam in mari *Balthico*, sed raro. Tale frustulum cum *succino* conjunctum allatum fuit LIBAV. *p.* 325. Copia est ad *Mescam*, *Mauritanorum* urbem, SCALIGERO; ergo & maris *Atlantici* hospes est, nec ea carebant *Canariæ Insulæ* vicinæque in altero hemisphærio. Secundum MONARDEM mittit *ambar gryseum Florida* novi orbis provincia, idque ejectum in littus invenitur ad promontorium *D. Helenæ*.

Thes. XLI.

IN *usu* autem *delectus* faciendus est, nec omnis eundem bonitatis gradum habet. Censuræ itaque omnium sensuum subjecta *ambra* est. *Nativa* omnibus *supposititiis* præcedit, præsertim, si *Orientem* aut *Indiam* natalem habet, non *occidentalem* aut *Æthiopiam*, non *septentrionalem Britannicam*, *Germanicam*. *Color cinereus* potius, aut ad *candidum* vergens, non tamen candidissimus probatur; fucum enim hic ex *gypso* minatur; non ruber, non niger; licet non tam ex colore aut mundi plaga, (cum ille pro terræ conditione variare possit, sine internæ perfectionis defectu,) quam ex internis notis judicanda venit, scil. *quæ in sua concretione homogenea est, adiposa, mollis, non aspera, quæ vulnerata oleum fundit primum bonitatis gradum habet, alterum, si ad distans fragrantissimum odorem spargat, & tertium, si ponderis levitas accedit*. His, si superveniant jam dicta alia, eo magis laudanda, probanda erit.

Thes. XLII.

TEmperamentum *ambræ* naturale communiter faciunt *calidum & siccum*, in gradibus autem designandis variant. AVICENNÆ visum est, *cal. 2. siccum 1. gradu*, ut emollientem ejus virtutem salvaret, cui suffragatur LONICERUS. FERNELIO *l. 5. n. 21. cal. & sicc. in 2. gr.* Alii, qui *moscho* æquiparant, necesse est admittant *cal. & sicc. in tertio*. Tale enim FERNELIUS & SENNERTUS *moscho* temperamentum largiuntur. Sed hic non parum rem turbant & judicium interturbant ætas, puritas, integritas, &c. Certe recens *ambra*, quia spirituosissima, fragrantissima, dubio procul *primum calid. & siccit. gradum* excedit; alia res est cum obsoleta, effœta. Mistam, qui sub censuram vocat, & impuram, debiliorem dicit: sincera & ab heterogeneis partibus libera vix in *2. cal. & siccitatis*

gradu acquiescet: idem dicet, qui vires & effectus examinat, & qui *factitiam* obtrudere cogitant, ad *calidam & siccam temperiem* respiciunt, ne fucus pateat: cujus præparandi modum *vid. ap.* AGRICOLAM *de nat. fossil. l. 4. cap. 15. Medull. destill.* C. KUNRATH. *part. 2. p. 360.* CÆSALPIN. *de Metall. l. 1. cap. ult. sc. ol. benz. cum styrac. calamit. cum ol. nuc. mosch. & succin. cum mastich. & ladan. in corpus redigunt, secund.* LIBAV. *l. d. p. 379.* Habet autem, cui volupe est, huic de *Temperamento ambra* discursui, quod opponat: (1. quod *ambra* linguæ admota non ut *piper* mordicet, aut acredine feriat, sed grata potius dulcedine palato blandiatur: at dulcis sapor *exced. caloris & siccit. 3. grad.* dominium non sequitur, sed temperatum amat. (2. Pinguedo & mollities *ambræ*, naturæ *humidæ*, aëreæ, ♀ eæ, Jovialis nota est, quibus hac de caussa *Planetis* ab *Astrologis ambra* subjicitur, unde ergo *3. siccit.* gradus est? Odor calorem quidem, sed non excedentem statim indicat, exemplo sint *rosa, viola* &c. Ex principiis *ambræ*, qui argumentari volet, en *bitumen*, quod *Gal. l. Aph. 14.* dicitur plurima abundare humida substantia, imo humidum est ejus temperamentum secund. MONARDEM: at principii temperamentum & qualitates contrahit & principiatum. Vires, quibus gaudet, emolliendi, calidum nativum conservandi, roborandi, non esse *siccum calidumque* volunt; emolliunt enim, quæ humida sunt; humido radicali & calori nativo restaurando, conservando temperate calida & humida conveniunt, quæ aëreæ, oleaginosæ naturæ, spiritu & calore blandissimo perfusa substantia &c. *Resp. Ambra calida & sicca est*, (1. quia facile flammam concipit & alit, quod proprium est omnium corporum ejusmodi temperamento gaudentium. (2. quia vim habet attenuandi, crassos humores incidendi, ut videbimus, exsiccandi, quos effectus omnes *a calido & sicco* temperamento emanare, constans Medicorum hac in re consensus est. Accedit (3. testimonium qua Veterum, qua recentiorum Medicorum, qui uno ore tale in *ambra* temperamentum comprobant. Ad rationes ergo contrarias jam respondebimus: (1. si medicamenta ita obiter & in superficie quasi æstimemus, multa in fronte promittunt aliud, aliud in recessu habent. Sunt enim quædam, quæ primo quoque contactu corpus nostrum, ea, qua pollent, qualitate afficiunt; alia vero potestate talia, tum, ut loquitur, GAL. *1. de simpl. med. facult. c. 1.* ἐν τῷ μέλλειν sunt, quorum vis, quasi sopita, delitescit, nec actu se exserit, dum a calore nostro aliquo modo immutetur, excitetur & ad actum producatur. (Idem fere habet GAL. *art. Med. cap. 89.* alia esse κατὰ δύναμιν, alia κατὰ φαντασίαν. *vid. m. de compos. Medic. secund. Gen. 1.*) Ita *vinum* ad tactum frigidum nihilominus calefacit *3. gr.* aliaque multa videntur esse humida, quæ

tamen ficcandi vim habent. Idem usu venire in *ambra* effectus, quem post se relinquit, loquitur. Spiritus enim incendit quasi, nec sine sanitatis & vitæ jactura in juvenibus & calidis in usum trahitur, cum *oleum igni* affundatur. Et licet dulcedine aliquali blandiatur palato, fucus tamen est, quem (2. pinguedo & oleosa mollities facit, & facile ei subolet, cui emunctæ nares sunt. Sit mollis *ambra*, qualis tamen nec omnis, nec semper est, sed pro admistorum conditione variat; sit oleosa, sit pinguis; Mollia & olea multa, quæ videntur humida, siccandi virtute laudantur, applicantur; vid. GAL. *l. d.* SENNERT. *Instit. p. m.* 907. Pinguedo Terræ Sulph. est, at inter calida & sicca numeratur a DIOSCOR. *l. 5. c.* 124. GAL. *l. 9. simpl. med. c.* 36. FERNEL. 6. *meth.* 9. PARACELS. *l. 5. Chir. de pustul. & ulcer. Gall.* CASP. SCHWENKF. *l. 3. de stirp. ac Silesiac. fossil.* H. MERCURIAL *l. 4. de morb. mul. cap.* 2. &c. GALENUM quod spectat, loquitur de actuali humiditate, quæ & in vino est, salva temperamenti siccitate. Emolliendi vis temperamenti siccitati itidem non obest, quippe non siccitate indurata, quæ humectare; non a plenitudine turgida, quæ evacuare decet, sed concreta, congelata, scirrhosa medicamentis emollientibus aggredimur; GAL. 1. *de simpl. med. facult.* 5. at talia in secundo calida & sicca requirit GAL. *l. d.* non ergo *ambra* naturæ repugnat. In calido nativo roborando quod præstat, manifesta vi non præstat, sed occultis a peculiari totius substantiæ ratione fluentibus qualitatibus, cum infinita alia simili cum *ambra* temperamento prædita, ejusmodi effectus non edant, nec parem actionem demonstrent. Si quis tamen rigidius manifestas urgeat qualitates, ex accidenti corroborare dicimus, dissipando, dispellendo morborum caussas, venenatos vapores, &c.

Thes. XLIII.

Vires ambræ explicandæ tandem veniunt. De NERONE, *Romanorum Imperatore*, tradidere Historici, eum inter Medicos suos lege cavisse, ne alia, præter ea, quæ Romanus ager aleret, medicamenta in ore & usu haberent. Subscribit huic legi CORNELIUS AGRIPPA, CROLLIUS *in præfat. de signaturis & alii.* NERONI e diametro contradicunt, quibus solum exotica placent, cætera sordent, quæ non extremis mittuntur ab *Indis*. Sed *peccatur utrinque.* Non is est nativum nostrarum pruritus, ut domi nobis nata fastidiamus, nec tamen adeo imbecillis cerebri aut judicii sumus, ut exoticorum odorem plane ferre non possimus. Sed suo quæque loco magnifacimus. Priori sodalitio in præsenti materia adjungendus est MONARDES *in elect. de gemm. dist.* 1. *in compos. Mes.* qui *ambram* rem novam, nec tanti esse, quanti æstimatur, clamitat. Ita scil. sunt, qui nihil amplectuntur, nisi quod in suis, veterumque chartis, inventum est, nova repudiando, Sed

do. Sed suo se jugulat gladio MONARDES in *diambræ* compositione, quam, sui quasi oblitus, ob *ambram* multis laudibus effert, eamque senibus & mulieribus de optima nota commendat, & merito. Ponamus enim, novam esse rem *ambram*, qualis tamen non est, (cum AVICENNÆ, MESUEO, SERAPIONI non incognita fuerit.) quid inde? *aromata* quamplurima, v. gr. *macer, nux moschata*, non satis nota fuere veteribus *Græcis*, eorum tamen laudabilem usum propterea nemo respuit.

Thes. XLIV.

SUccinctum itaque subministremus beneficiorum Catalogum, quibus *ambra* de humana prosperitate bene meretur. Immensum enim arcanorum & virtutum pelagus in eo delitescit, si vel integra in auxilium vocetur, vel etiam chimica ἐγχειρήσει, in principia sua resolvatur. Voluptati & necessitati multa laude digna promittit præstatque. *Mechanicis* in *Chirotecis præparandis*, *strophiolis*, *vestimentis*, *aliis*, *grato odore imbuendis* egregiam præstat operam, iisque suo odore singularem magnatum gratiam conciliat, a *tineis* & *blattis* defendit; quo forte etiam respiciunt *Indorum Alutarii*, si fidem meretur relatio, qui ope *ambrini olei* alutas suas concinnant. SULTANUS ÆGYPTI cereas ex *ambra* confecit valetudinis & voluptatis caussa, ut ait CARDANUS. Sed tanti nocet emta voluptas. Hinc enim forte apud nos tantum *ambra* excrescit pretium, ut eam fere pharmacopoliis nostris ejiciat, irreparabili sanitatis jactura. Huic enim quocunque modo, decenti tamen, adhibita, externe & interne conservandæ quasi fato destinata est.

Thes. XLV.

EXterne *adhibita* tantum abest, ut officio suo desit, quin potius omnium votis abundanter respondeat & satisfaciat. *Cerebrum roborat frigidum*, hincque natos morbos sopit, *dolores* placat cum *oleo flor. aurant.* in mortario calido ad *linimenti* formam redacta, secund. MONARDEM, quod idem præstat cum *alipt. mosch. emplastri* in modum applicita. Cum *ligno aloës*, *moscho*, *zibetha*, *odoramentis* aliis permista, *pomi* & *pyri forma* manibus tractata, *pomambra* dicta, qualia describuntur apud. MYNSICHT. SCHRÖDER. &c. aut aureis argenteisque inclusa fabriculis, odorem naribus gratissimum simul & utilissimum exhibet, in *peste*, MONARD. *l. d.* in *matrice prolapsa*, *robur cordi notabile afflat*, *memoriæ fidus custos*, quo nomine *pestiferam quoque auram* corrigit. In *constitutione catarrhosa*, ex *materia frigida* sub brumali frigore capitis tegumenta & cubicula hac *fumigentur*. Laudatur in *Catalepsi*, *comate*, *vertigine*, *stupore mentis*, *senum melancholia*, *epilepticis*, MONARD. *l. d.* *Memoriæ lapsu* a torpidis spiritibus, *paralysi*, *apoplexia* &c. vel *olei forma* temporibus, naribus, palato, suturis, spinæ *illita*, aut *unguenti* vel *emplastri* figura adplicita, aut *auribus* cum *moscho* & *lana*,

& *lana, serico* &c. injecta. Ita *ambram* & *moschum* in *aqua cardui benedicti bis destillata* solvit & linteolo excepta auribus immittit CRATO *in auditus gravitate*, quod medicamentum *balsamo orientali* præfert. Ita tritum *ambar* & *cera exceptum cordis regioni* admovet MONARDES. *Palpitanti & dolenti ex frigida caussa* & flatibus &c. *cordi* cum commodo alligatur. Quibus sub alis *hircus* habitat, massa ex *ambra* confecta vitium hoc palliare possunt. Parantur ex eadem *unguenta* & *emplastra stomachica, epomphalia pessi*, ad *pectoris, ventriculi, uteri tutelam &c.* quæ videri possunt ap. LIBAV. WITTICH. *& alios*. In mulieribus minus propensis ad ♀em jubet RONDEL. *l.3. m.m. p.90.* ut gestent *ambram* vel *moschum*, vel *chirothecas* odoratas, & maxime noctu habeant sub pulvinaribus; nisi *suffocationi* obnoxiæ sint, hac enim melius est, ista odorata *coxis* alligata habere. Hoc modo etiam *oppilationes matricis* tollit & *menstrua provocat*. *Scobi magnetis galbanoque miscetur* & *emplastri forma* mulieris *umbilico* imponitur; ita *prolapsum uterum* suo loco retinet. *Ap.* LONICERUM mulieribus applicatur *suffitus ambræ* per inferiora, objecta naribus *assa fœtida*. Sed ne quid nimis? In *suffocationibus* enim invertenda erit curatio. *Ambra* dissoluta & *xylino* excepta *uteri ori inditur* secundum MONARDEM *l.d.* Alias *naribus ambra, assa fœtida matrici* debetur. *Hystericos affectus* domat *hypogastrio* & *pudendis* admota; *Uterinas passiones* & sedat & excitat. Sed de hoc affectu, hujusque curationis successu paullo accuratius loquemur. Notæ sunt controversiæ de affectus hujus mirabili natura, an revera moveatur ad superiora & convellatur *uterus*, quod videtur affirmasse HIPPOCR. περὶ γυναικείων, & περὶ γυναικείης φύσεως. FERNEL. 8. *pathol.* 16. PLATO, SPIGELIUS *l. 8. de human. corp. fabric. cap.* 19. EUSTACH. RUD. *l.* 12. *prax. c.* 15. Sed negat SENNERTUS *l.4. prax. p.1. S.2. cap.* 14. RIOLANUS & alii. Nobis veritatis amore & anatomiæ luce, quid censendum videatur, hic aperiemus. Scil. putamus, *non esse impossibile, uterum ad superiora convelli, immo omnino convellitur*; ex natura enim sua cum totus membranosus sit, utique præter naturam trahi potest huc illuc, cui accedit experientia. HIPPOCRATES dubio procul observavit hunc motum; It. juravit se olim observasse in femina ad umbilicum usque retractum uterum, & instar globi ibi latitantem tetigisse; Non ergo impossibile est, convelli posse, ut aliæ partes, ad superiora: nolumus autem ipsum plane loco moveri, aut ad diaphragma aut præcordia cum HIPPOCRATE ascendere, aut cum PLATONE animalis instar errare: sed leviter ligamentorum convulsorum tractum sequi, sursumque & ad latera ad unius vel alterius digiti latitudinem vergere posse, quod & GALENUS concedere videtur *6. de loc. affect.* 5. Et minus est hic RIOLANUS, qui *anthropograph. l. 2. c. 32.* concedit tubam

tubam & testes utero annexos convelli, non vero uterum; at, quam parum inter hos & uterum distantiæ? quam firma utriusque connexio? Convulso ergo uno convellitur & alterum. Utrumque ergo convellitur? Sed a quo? ab humoribus in substantia uteri collectis & corruptis; Hos ergo dum absumit, dissipat, deobstruit vias *ambra*, morbum curat. In *procidentia uteri* eam aliquid conferre, testantur allata exempla & autoritates. Sed Chirurgia hic præcedat oportet, & uterus reponendus; tandem tamen *vasa exsiccare, roborare peculiariter*, decenti modo firmare poterit *ambra* applicita. Sed applicandi modus & utendi *ambram* contrarius plane est, in utroque hoc affectu. In caussam parum inquiremus: In *prolapsu uteri* naribus *ambra* admovetur, in *suffocatione pudendis*. *Vid. Rhodologiam* ROSENBERGII *p.* 2. *cap.* 33. *p.* 485. Nos, aliis sepositis meditationibus, quæ numerantur a SENNERT. *l.* 4. *p.* 2. *Sect.* 1. *cap.* 4. ad *occultam* confugimus συμπάθειαν aliquam, & consensum uteri cum odoratis, quem amico suo complexu uterus odoratis inferius adhibitis prodit. Hac ergo ex *sympathia* & amica conspirantia simile petit simile, uterus odorata: simile juvat simile, roborando peculiariter, & accedentibus etiam *manifestis qualitatibus, venenatos, putridos, corruptos humores & vapores discutit & fugat*, partes tensas amico calore reficit. Si vero naribus admoveatur, dubio procul ob συμπαθείαν olfactus organi & *ambra* cum utero, uterus in consensum tractus similiter afficitur. Consensum hunc magnum inter utrumque delineat HIPPOCR. 5. *Aph.* 59. Naturæ tamen hic proprietati aliquid dandum, cum aliquæ hystericæ graveolentium odore lædantur, mire autem fragrantibus lætentur. Vid. SENNERT. *l. d.* HORST. *Obs. l.* 4. *Tom.* 2. *part.* 2. *de morb. mulier. obs.* 22. *Menses* reducit *ambra* crassos impactos humores in vasis & utero incidendo, removendo, dissipando.

Thes. XLVI.

INterne si sumatur *ambra*, usus etiam & dotes exserit admirandas. *Senum* optatum asylum est, unde *robur* & *auxilium* jam fugam minanti calori nativo emendicant. *Frigidum* enim eorum *cerebrum* & *nervos roborat*, *spiritus animales reficit*, & *catarrhos huic ætati familiares* 3. *Aph.* 31. *egregia fragrantia sua placat*, & *exsiccat*. Scrupulum quidem hic movet RONDELETIUS, qui reprobat oleosa in *cerebri morbis* (1. propter experientiam, quæ omnia oleosa, *bituminosa*, pinguia, cephalalgica esse docet. LANG. *epist. Med.* 75. *l.* 1. & 5. adeoque eorum usum in *cerebri affectibus* valere jubet; (2. rationem petit ex natura & temperamento *cerebri*, frigida & aquea: at pinguedo aquæ adversatur, quod idem contra usum *ambræ* militat; quæ utique *ebrietatem* caussatur, vel per se odorata ante usum vini assumta, vel cum vino deglutita. SCHONBORN *manual.*

pract.

pract. de nociv. cap. *Resp.* non universale est, omnes *cerebro* pinguedines, oleosa &c. adversari: *succinum* enim mirifice nervis & capiti prodest. Nec (2. similitudo inter cerebrum & medicamenta vel *ambram* requiritur, alterare enim volumus usu *ambræ* cerebrum, non nutrire in substantia. Ob *inebriandi* vim *ambra* non male audiat, ex accidenti enim *inebriat* (dum vinum in halitus resolutum Sulphureas ejus partes ad arcem mentis copiosius secum evehit.) & immoderate sumta. Moderate autem adhibita cum vino etiam ad ℨß. quotidiano potui infusa, *corroborat animales spiritus*, ap. HORST. *de tuend. sanit. liter. p.* 115.120. LIBAV. *p.* 110. *l. d.* Autores communiter in *ovo sorbili* præbent, CRATO cum *sacharo rosato* contusam vel integram ad *cordis robur* & *vitales spiritus erigendos.* Idem CRATO *Conf. de præcaut. pest.* plurimum eidem in *pulmonum affectibus* tribuit, qua in re agnovisse videtur *bituminosos* ejusdem halitus, qui in similibus Veteribus erant commendatissimi; inter *thoracica*, v. gr. ARCHIGENI, AËTIO, ÆGINETÆ, qui *bituminosis* aquis antiquæ *tussi* consuluerunt, &, qui ad *Thabias* olim *phthisicos* ablegarunt, futuræ sanitatis spem a *bitumine* & Sulphure, in *Neapolitano*, *Puteolano* & *Siculo* tractu copiosissimo, dubio procul collocarunt. *Ventriculi viscerumque inferiorum calorem tuetur, & dolorem sedat*, unde idem CRATO *Conf.* 121. præ omnibus Medicinis *ambra* hoc in loco primas concedit, si cum *sacch.* vel *rotul. man. Chr. perl.* secund. SENNERT. trita (proportio est, ut *ad* ℔ß. *sacch. addatur ambra* ℨß.) in *jusculo*, aut alio quovis, apto tamen, vehiculo exhibeatur. MONARDES hunc in scopum ex *ambra, alipt. mosch.* & *styrace* facit *emplastrum scutiforme*, quod imponit *stomacho.* Ex eadem *massa* facit *pilulas*, quibus mane sumtis *flatus discutit*, *coctionem juvat*, & *appetentiam excitat*; id præstat ex *vino odorifero*, mane sumta hac massa. In *canina fame* specificum est, si ad gr. v. vel vij. sumatur cum *ovo sorbili.* RIVER. *in prax.* ZACUTUS LUSITANUS *in prax. Med. admir. l.* 2. *obs.* 7. observavit in mercatore quodam *Lusitano ructum* molestissimum & continue interpellantem, qui omni varia vel generosissima, contra eum in medium producta remedia respuit. Tandem vero, cum toto anno, jejuno stomacho offerebantur *ambræ* gr. iv. cum *vini Falermi* ℥iij. evanuit malum. *Colicus dolor* potissimum oritur, quatenus ex frigiditate ventriculi plures cruditates colliguntur & ad intestina frigida devolvuntur, & inprimis ad colon, quando veniunt, quod hepati, lieni, pancreati arctissime alligatur, materia illa cruda ab hepatis calore resolvitur & in flatus reducitur, qui propter denegatum exitum, in maximum sæpe tumorem hoc intestinum agunt, cum maxima partium connexarum lancinatione: in hac ergo caussa *ambra* erit proxima, quatenus *ventriculi robur & intestinorum auget*, *penitrando flatus discutit*,

discutit, ut etiam alia simili qualitate pollentia hic magnifiunt. Qui *Veneris* in castris ignave militant, ob *frigidos* potissimum *humores*, suis assumta *ambra* viribus non male consulunt. Hunc in scopum *Reges* & *Magnates* in *India* cibis eam commiscent, ut ad *conflictum maritalem* fortius armentur. M. GOTTARD. ARTH. *l.d.p.*463. MONARD. & GARZ. ab HORT. *l.d.* quo modo intemperiem potenter alterat, *semen acrius generat*, adeoque partes genitales & *Venerem stimulat*; hoc præstat etiam strenue externe tantum illita. vid. SENNERT. *l.3. prax. part. 2. S.1. cap.1. p.*902.943. RONDELET. *l.3. m.m. c.62.* *Sterilitati* ex *frigidis humoribus* compositione seq. medetur MONARDES *l.d.* ℞. *ambr. p.*ij. *rasur. ebor. tenuiss. trit. p.*j. *pulv. lign. al. p.* ß. *cum algalia momento F. Catapotia* iij. *ex* ʒj. Usus est singulo triduo; *emplastrum umbilico, pessum uteri collo* imponit, præmissis *universalibus*. ZACUTUS LUSITANUS in simili casu *pilulas* selectas habet:

℞. *Ambr. grys. mosch. orient. agalloch. el.* aa. ʒiß.
ras. ebor. diamosch. d. Gall. moschat. aa. ʒß.
rad. angel. pœon. aa. ʒj.
carpobals. ʒij.
cum Zibetha F. pil.

Quas per mensem integrum noctu exhibuit: *l.2. prax. adm. obs.* 132. In *febribus pestilentibus* CRATO *l.d.* medicamentum *ambræ* par non novit. Infundit autem cum *vino malvatico* optime destillato in vitro diligenter obserato: mane aliquot cum pane guttulas propinat. Præservativum nulli secundum, non tamen perpetuo tutum *Epist.* 131. vera enim pestilentis veneni antitodus, in *divina manu* est, nec Medicis explorata. *Napelli* vim frangit *ambra*. HEURN. *m.m. p.*98. ubi plura. *Ambra* enim dubio procul *alexipharmaca* est, ex occulta aliqua proprietate. Tot & tantos benignæ naturæ radios de se spargit *ambra*, hinc *ambræ* inhiant officinales omnis generis compositiones, ab eaque famam, dignitates & vires mutuare satagunt, sed impari plane & dissimili successu. Digitum in potiores intendamus.

Thes. XLVII.

Ex *roborantibus ambram* recipiunt *Confectio diambræ, alkermes, Cachunde Chinensium*, (quod describit ZACUT. LUSIT. *Med. princ. hist. l.1. p. m.* 290. *species aromaticæ rosatæ, diathamaron, Confectio cordialis, lætificans Galeni, species diaprassii, diaxyloaloës, Gallia & Alipta moschata, electuarium de gemmis, confectio liberantis, species diapæoniæ, aromatica caryophyllata &c.* Inde optabile virium robur ægrotis promittunt. Purgantes etiam compositiones quædam, correctionis gratia, ne lædant, gratioso *ambræ* odore se commendare nituntur, v.gr. *Elect. rosat. Mesuæi, extr. diacarthami, extr. holagog. Andernaci, panchymagogum*, & similia. Sed nituntur; cæterum forte in effectu parum aut nihil præstant. Nam

Nam *purgantia* extrahendi vim in ♃. ab *ambra* interdum saturati segniorem reddit & stercora condit, tantum abest ut corrigat, nisi forte imbecilliorem hoc modo extractionem quærant, & ita indirecte per hoc extractionis impedimentum correctionem: alias, ut putamus, omitti posset, & confectis jam extractis misceri aut superinstillari. Ut taceam fragrantiam & essentiam suam aromaticam, quæ in inspissatione in ejusmodi *extractis* in auras evanescit. Idem metuendum, quando *narcoticis*, *opiato laudano*, aut *ambra* ipsa, ap. QUERCET. *in Pharmacop. dogm. rest.* GRÜLING. *in floril. Chim.* *aut species diambræ* &c. adjiciuntur: quid enim inde spei, quid utilitatis, quid correctionis venit? Virtus perit, pretium crescit, ut recte monet ZWOLFFER. *in animadv. in Pharmac. August.* ad prædictas compositiones. Cæterum maiori cum fructu *ambra* omnibus *balsamorum* generibus seorsim prius in *oleo* convenienti *dissoluta*, admisceri potest. vide, si libet. *florileg. Chim.* GRÜNLING. *part. II. cap. 4,* & alibi. *Balsamum apoplecticum* componit CROLLIUS *in Basil. Chim.* & in *Colica* nimium, quam laudat, umbilico superlitum. *Pulveribus ptarmicis, sternutatoriis* &c. it. *tabaci foliis*, si, ut sæpe cum fructu fit, *ambra* commiscenda est, dissolutio præcedat eodem modo, non *spiritibus* vel *aquis destillatis*, nec *vino*, sed *guttis olei destillati* appropriati, v. gr. *cinnam. rosar. lign. rhod. citr. caryophyll.* ita solvit eam in prædictis oleis ZWOLFERUS, & *essentiæ viperinæ addit l. d. p.* 165.

Thes. XLVIII.

HErmetici, cum notarent hos in *ambra* thesauros recondi, ignavas tamen haut raro ob heterogeneas admistas partes vires exserere, commendabili per ignem conatu ad applausibiliores adspirarunt successus, & separatis ignavis & *relollaceis* partibus, meliores, essentiales, jucundo aspectu, in oculos & actum produxere. Hinc *tincturas, olea, essentias* confecerunt, quæ laborum præmia non denegarunt. Ita *essentiam* ex *ambra* publicavit HARTMANNUS *prax. Chimiatr. p. 18.* hancque vocat *ambram rectificatam*. *Confortativum regium*, & *diamoschum* pro *Magnatibus* TENZEL. *Exeg. Chimiatr. auct. p. 379.* & *Philosoph. Med. de peste.* *Ambram moschatam* MYNSICHTII *Armam. Chim. sect. 1. p. 37.* *Spiritum rosarum compositum* GLÜKRAD. *in* BEGUIN. *lib. 2. cap. 2.* *Confortativum Imperiale.* ROSENBERG. *rhodol. part. 2. cap. 23.* *balsamum essentiale rosatum compositum Cephalico cardiacum.* AGRICOL. *tr. 2. Comm. in Jopp. de Zibeth. p. 953.* qui videantur. Dosis *essentiæ* est instar *pisi* minoris in *vino* aut alio liquore exhibita. *Omnium viscerum confortativum maximum*, imprimis *vim procreandi* in utroque sexu promovens, & *Arcanum* RUDOLPHI *Imperatoris* perhibetur ab *Angliæ Regina* ELISABETHA communicatum. Hac, si *umbilicum inungas*, in furorem quasi Venereum homi-

nem

nem ages. In *colica* gr. j. umbilico inditum incantamenti instar dolores sopit, quod & CROLLIUS monet, & qui hoc se munit arcano, in ipso mortis agone non desperet, sed speret, dum spirat, secund. AGRICOL. *l. d.* quo enim nullius medicamenti aspirat vis, eo *ambræ* pertingit animositas. *Norimbergenses* hanc *essentiam* ita præparant:

℞. *Mosch. gr.* ij. *ambr. gryss. gr.* iiß.
Zibeth. gr. iß. *fum. Hispan. gr.* iiij.
ol. rosar. cinnam. aa. *gr.* j.
sacch. cant. ℥ij.

Omnia contundunt in formam massæ, exsiccantur, iterum teruntur in mortario marmoreo vel vitro pro usu. Tanti odoris & fragrantiæ est, ut gr. j. Mensuræ vini injectum saporem conciliet gratissimum. Usus alioquin est in *Julepis confortantibus, cordialibus & febribus malignis.*

Essentia ambræ Dn. D. OSWALDI.

℞. *Ambr. q. v.*
irrora spiritu rosarum, fiat instar pultis, inde ☿. *Hermetice sigilla & abde in locum frigidum subterraneum; post iterum exime, adde moschi part. 12. mam sacch. q. s.*

Dn. D. MICHAËLIS *hac utitur:*

℞. *Ambræ q. v. adde moschi parum, affunde* 🜄. *Tartarisat. sub* △*e lento digere per dies aliquot, demum filtra & adde* ∼ *rosar. Pro vera essentia ambræ & moschi sequentem communicavit Dn. D. CHRISTOPH. AUSFELT, Practicus Coburgensis.*

℞. ∼ ⊖. *part.* j. *vel* ℥j. 🜄. *rectif. part.* ij. *vel* ℥ij. *aut* iij. *præterpropter, per retort. ex* ⁂ *pelle: suspende autem in collo retort. ambræ gryss.* ʒß *mosch. gr.* xv. *aut.* ℈j. *in linteolo. In destillatione resolvitur ambra & moschus, & instar gelatinæ prodit; tandem linteolum injice spiritui destillato, & quod restitit, itidem dissolvitur. Egregiæ virtutis cordialis & odoris excellentis medicamentum. Si lubet, idem* ∼ *fingi potest c. Sir. papav. err. & calore gaudebit jucundissimo.*

Essentia ambræ MINDERERI *in Augustana Pharmacopœa* ita confit:

℞. *Elix. vit. Matth* ℥ij. *aq. epil. Lang.* ℥j. *ambr. gryss.* ℈ j. *mosch. or. gr.* iiij. *fiat infusio per aliquot dies, deinde filtretur.* In hac descriptione desiderat ZWOLFERUS *menstruum*, quod *essentiam* ex *ambra* & *moscho* perfecte eliciat. Hæc enim duo adscripta pluribus speciebus oleaginosis & saccharo jam saturata, labori huic imparia esse, nec præter saporem & odorem quicquam assumere dicit. Substituit ergo, quam reputat meliorem, hanc:

℞. ∼. *lil. conv. vel rosar. vel ceras. n. rec.* ℥iij.
injice Retort. vitreæ vel CCtæ parvæ suo capitello munitæ, cujus rostro inserantur nodulo inclusa:
ambr. gryss. ℈j. *mosch. or. gr.* v. *plus minus:*

Fiat probe circumlitis juncturis spiritus destillatio vel abstractio, qui in transitu vires ambræ & moschi imbibet. Hic *spiritus ambratus* cum *elæosaccharo* vel *cinnam.* vel *citr.*

cur. aut *macis* edulcorari aut adservari potest.

Huic subjungit idem *Essentiam siccam:*

℞. *Ambr. gryf.* ℨj.
dissolv. in ol. destillat. cinnam. vel si lubet, ol. citr.
aut mac. ℨj. *in mort. vitr. adde*
sacch. cant. ♀ *ss.* ℥ij. *plus minus. M.*
F. Essentia ambrata nobilissima.

Hæc vino & aliis liquoribus dissolvi & misceri potest, *delicatulis, viribusque exhaustis* summe proficua.

Essentiam ambræ cum *ol. amygd. dulc.* habet SCHRÖDERUS in *Pharmacop. Med. Chim. it.* POPPIUS in *processibus chimicis.* Sed *comm. tr.* 2. *p.* 952. *tract. de aromatib.* AGRICOLA rejicit hanc præparationem, qua potius destruuntur *ambræ* vires, quam producuntur. Idem vero *p.* 953. docet præparationem aliam cum ♁ Sulphur; *si eo teratur ambra ad tenacitatem, & in vitro cum* 🜄 *aut* ∾ *lavend. digeratur, qui subsidentibus fecibus tincturam extrahit, & tandem ad placitum abstrahitur.*

Quintam Essentiam ambræ exhibet P. J. FABER *myrothec. spagyr. l.* 1. *c.* 26. *Essentiam* vel *Tincturam* KESLERUS *Cent.* 4. *process. chim.* 73.

Essentiæ tales in *sterilitate* porrectæ cum *vino Malvatico* & specifico alio, laude dignæ sunt: e. gr.

℞. *Ess. ambr. gr.* vj. viij.
satyr. ℈j. *vel* ℈ij. *M. D. in vino malvatico.*

Oleum ex ambra parandi ratio est ap. JOH. BAPT. PORTAM *l.* 10. *c.* 9. & 13. Huic peculiare encomium tribuit in *surditate* prælaudatus *Dn. D.* MICHAËLIS *P. P. Lips.* quod si deficit, *oleo macis ambra solvitur*, & *oleum* mentitur verum, cujus etiam vices tueri potest *liquidambar.* In *affectibus hystericis hypogastrio* & *pudendis* admovetur, ubi spirituosis opus est, secundum LIBAV. *in Alchim. triumph.* Hoc *ambræ oleum* ingreditur *linimentum apoplecticum* & alias descriptiones *Magni Ducis Hetruriæ*: fit autem hunc ad usum per descensum ex *vasculis duobus vitreis ita connexis, ut orificiis se invicem tangant, interposito linteolo subtili ambra in superius reconditur, & diebus canicularibus soli exponitur; donec in oleum liquescat; ex communicatione Florentini cujusdam Pharmacopœi.*

Thes. XLIX.

Tincturas ex *ambra* promittunt Artifices, si eadem digeratur per aliquot dies cum ∾ *Vitrioli philosoph.* extrahatur demum ∾ *rosarum*, qui proprium *ambræ menstruum* putatur. Hæc parium cum *essentia* virium est. Alias hortulani *tinctura* hac cum *aqua rosarum*, aut simili extracta, *semen tanaceti Africani* imbibunt, ut futurus flos odorem *ambræ* similem referat, quod ex prælectionibus publicis in DIOSCORIDEM Dn. D. VESLINGII, *P. P. olim in Gymnasio Patavino* notavit *Dn. D.* FEHR.

Thes. L.

Ex allatis hic & revelatis *ambræ* dotibus sexcentas pro lubitu formulas fa-

las facile sibi quilibet fingere potest. Omnium loco sequentes *rotulas*, quas maxime familiares habet jam dictus *Dn. D.* OSWALDUS, huc apportabimus.

℞. *Ambr. odorat.* ℈j. *irrora ~ rosar. diu, contere, ut fiat pasta, inde phiola hermetice clausa, ut custodiatur fragrantia, atque ▽ a per mensem committe, post exime & adde*

magist. perl. ℈j.
pulv. rad. ir.
spec. diambr. diair. aa. ℈ij.
amyl. ʒij.
sacch. cant. a. ℥viij. *& penid.* ℥iß.
c. mucilag. tragac. F. l. a. Rotulæ.

Tantum.

* * *

Reflexiones quædam miscellaneæ super Ambrologiam MEZGERIANAM.

ANn. III. Dec. I. Eph. Cur. Obs. 300. Exhibet frustum *Ambræ* apud *Dn.* MATTSPERGEROS Augustanos adservatum ℔48. ℥viiiß. ponderans, quantum tunc equidem in *Germania* nunquam visum qualia tamen in aliis orbis tractibus longe, & incredibiliter, majora fuisse reperta *scholion* ad observationem dictam docet.

Aliud ex *Indiis Amstelrodamum* delatum ℔42. pependit, quæ procul dubio civiles fuere, cum MATTSPERGERIANUM frustum ab hoc modo recensito, superari dicatur ab *Excell. Dn. D.* LOCHNERO, Patrono nostro. *Ann. IX. Dec. II. Ephem. Curios. Obs.* 220.

Ejusdem ponderis frustum his verbis describit TAVERNIER *Itin. Ind. l. 4. c.* 13. *translat. Germ.* In *Insula S. Mauritii* hat man ein Stück *Ambra* gefunden / dergleichen man niemahlen gesehen / und vielleicht nie wieder sehen wird. Das Meer hatte es ans Gestade geworffen / und wug 52. Pfund / jedes ℔ vor ℥xvj. gerechnet / und war noch keiner gesehen worden / der so vortrefflich wäre / als dieser. Alius mentionem ipse facit *ib. lib. 2. cap. 23.* quod a *Lusitanis* 1627. ad Insulas *Manillias* tendentibus in flumine quodam repertum 33. libras perpenderit.

Ambram TAVERNIER *l. d.* vocat *succinum album*, nec adhuc recte exploratum arbitratur, quomodo & ubi generetur. Ipse tamen id nusquam fieri suspiciatur, quam in *Oceano Orientali*, non obstante, quod interdum ad littora Magnæ *Britanniæ*, & *Europæis* aliis *ambra* sit reperta. Maximam copiam ait ad *Melindense* littus inveniri, cumprimis ubi locorum flumina in mare præipitantur, & maxime omnium prope influxum *Rivi di Sena.* TAVERN. *l. d.*

De *ambra* genesi peculiarem opinionem fovet SAAR in der Ost-Indischen Räyse-Beschreibung p. m. 156. his verbis: Auf der Insul *S. Mauritii* ist viel Ebenholtz / welches der Kern von dem Eben-

Baum/(die Rinde aber davon und anders umligendes Holtz wird verbrennet.) Darauß kommet Ambra-Grüß/ (v. Auct.orthogr.) von dem die Indianer sagen / daß es Semen cete sey/ den das Meer ans Ufer werffe/ wann es grossen Sturm habe/ und die/ die auf der Insel Mauritii ehedessen gelegen/ sagen/ wer zuvor kein Ambra-Grüß gesehen/ solte anders nicht meynen/ es wäre ein Kühfladen / nur/ daß der Geruch einige Differenz gebe.

In Ann.I. Dec.II. Eph. Curiof. Obs. 172. *Dn.* HERM. NICOL. GRIMM sibi a D. WILH. TEN RHYNE e *Japonia* reduce relatum asserit, *ambram* in *balænis* ibidem incredibilis magnitudinis reperiri, ut plerique locum suum natalem in *cetaceo genere* habere credant eandem; quod ipsum tamen *Dn.* GRIMMIUS non credit, qui *Balænas* errantia in maria *ambræ* frusta potius deglutire, atque hinc in istarum ventre reperiri existimat. Adsciscit vero *ambram* e *vegetabilium penu*, propterea, quia eandem in plerisque ligni frustis observaverit unctuositatem quasi *ambrinam*, quæ proinde effluens ex truncis arborum littoribus adnascentium delabatur, & se subtilissimis a sole calcinatis *coralli* arenulis atq; aliis materiis misceat, tandem in littore compareat, duritiemque convenientem, maturam & perfectam solis aërisque beneficio acquirat.

Ann. VIII. Dec.II. Eph. Cur. Obs. 21. D. ELEGERUS itidem exhibet Icones *cetorum ambrophagorum*, in quibus *ambra grysea* reperiatur; sed ipsum *ambrophagorum* nomen satis indicat, eum non credere, quod in horum corpore *ambra* generetur, sed tantum, quod ab hoc pisce deglutiatur. Quamvis *Exc. Dn. D.* MATTH. FABER in *addend. ad hunc Annum*, *Ann. IX. Decad. hujus p.* 456. eo quod ex relatione, quam ipse hausit a PETRO à CASTRO, in *balænæ* dissectione *vesica paullo retro rictum pendens*, & *ambram* legitimam continens reperta fuerit, illam impune posse *excrementum balænæ* appellari putat, siquidem odoratissima, heterogenea tamen sint omnia, ab animalium corporibus; quippe moschata sint, quæ *Martes* retro ejicit: sanies ipse *moschus*; *Zibetha*, nil nisi *ulcus felinum*: item, quod *cetos ambram* venari nemo viderit, sed ex hoc in eorum ventriculis reperta duntaxat præsumatur &c. Sicuti vero sententia ista, quod *ambra* sit ullius *animalis excrementum*, a *B. Dn. D.* MEZGERO vel inde refutatur, quod nulla unquam animalium excrementa in aqua condensari, sed potius dissolvi sint visa, nec probabile sit a tam vasto & sanguineo animali, quale est *balæna*, excrementum non tantum odoris adeo suavis, quam substantiæ quoque laudabilis generari posse, comparatio autem cum *Marte*, *fele zibethica*, *animalculis* terrestribus & calidissimæ temperaturæ, nimis longe petita, & cum *balæna* multum incomparabilia videantur; ita

ita *scholium* quoque *Illustriss.* nostri *Dn. Præsidis D.* SCHROGKII ad *Observ.* CLEYERIANAM supra citatam ex JOH. FABRI *exposit. histor. Mexic.* NARD. ANTON. RECCHI *p.* 566. observatum esse docet, alios pisces in mari avide *ambram* devorare, quin nec in terram si fuerit ejecta, a cancris avibusque esse tutam: unde non tantum ostenditur, pisces omnino *ambram* venari, verum & illud hariolari datur, vix credendum esse, quod *piscis alius piscis excrementa deglutiat.*

Sed nec *Avis Aschibobuch*, tametsi comitatu KLOBIANO pro viribus ornatus in theatrum prodiisset, fidem apud recentiores aut est promerita, aut retinuit. Præter enim illa, quæ contra hanc *avem* argumentatur suo loco *B. D.* MEZGERUS, opionem suam stabilire videtur super ea maxime relatione, quam ODUARDUS BARBOSA, & THEVETUS ex ore *Æthiopum* incolarum Insulæ *Palandura* & *Vzique* prope *Madagascar* hauserunt, prout in eam rem allegat *MEGISERUM descript. Insul. Madagascar, p.* 43. *c.* 6. Sed quis *Æthiopum*, istarum in scientia naturali pecudum, relationi fidat. Sic in *Prussia* miras nonnunquam Balthici Maris accolarum, de *succini* generatione, variasque narrationes, cum ibi degissem, percepi, quarum ne una cum veritate consonat. Hinc ETTMÜLLERUS isthanc KLOBII de *Aschibobuch* ave sententiam in dubium vocat *Comment. in DAN. LUDOV. Pharmaciam tit.* 1. *p. m.* 453. *& tit.* XIX. *p. m.* 547. idem ait, licet KLOBIUS opiniones congesserit de ortu ejus, tandem concludens, esse eam *excrementum avium* quarundam, in orientali *India* reperibilium, *tamen nulla earum satisfacit*, sicut nec *Gallorum*, eandem compositum ex *melle & cera* statuentium; quam ultimam primus, quod sciam, BORELLUS in scenam produxit *Cent.* 4. *Obs.* 66. *p.* 328. occasione frusti ceræ, quod *ambram* redolens natantes *Lutetiæ* Comitis *DEFLERS* Filii in aqua repererint; hinc credibile censet, longa *ceræ* in aqua malaxatione & digestione ceram hunc odorem sibi comparasse; quod facilius in aqua marina, forsan ob salem accidere possit. Enim vero, quis non videt hanc opinionem meris conjecturis inniti: Cum istud *ceræ* frustum in amne *Parisiensi* repertum, quo pacto illuc aut unde venerit, nemini per somnium incidere possit, præterea nusquam eadem frusta ante vel post in istis fluminibus inventa fuisse constet, ac denique iis in locis, ubi *ambra* potissimum colligitur, de mellificio vel apum frequentia nil quidquam in tot Itinerariis legatur, nec de *ambræ* collectione in locis *mari Boreali* vicinis, ubi amplissimum est apum regnum, & mellis proventus uberrimus. *BORELLI* reliqua argumenta, uti nihil demonstrant; ita ne probabilitatis quidem adeo multum habent: namque & illud, quod e viribus *ambræ* concludit, eam esse rem animalem, quia nulla planta, neve minerale adeo naturæ nostræ sit amicum, *BORELLUM* arguit

guit virium mineralium & medicinarum inde paratarum efficaciæ minus peritum. Aut igitur *bitumen* tantisper cum B. *MEZGERO* credemus *ambram*, aut cum ETTMÜLLERO statuemus, ejus originem adhuc esse incognitam *loc. cit.* Quæ enim contra *bitumen* afferuntur argumenta, patiuntur instantiam, nec firmiter concludunt. *BORELLUS loc. cit.* propterea *bitumen* esse negat, quod *bitumina* utplurimum fœteant. *Resp. Martis excrementum moschatum* non erit excrementum propter eandem caussam. (2. *Bitumina* potius in fontibus generantur, quam mari. *Resp. ambram* in mari non generari & *B. D. MEZGERUS* fatetur: sed nec in fontibus *bitumina* generantur, quamvis e terræ visceribus in fontes & maria deferantur. (3. *Bitumina* non sunt esui apta, alimentosa. *Resp.* Et, quis hoc de *ambra* dixerit, eam nempe cibi locum mereri? KLOBIUS *hist. ambr. p. m. 25.* irridet *bituminis* assertores, quod sine certitudine nudas conjecturas afferant; quasi certiora sint, quæ de *ave Aschibobuch* ipse affert? quod vero nondum satis compertum sit, quo pacto *bitumen* istud crescat, variisque a variis modi excogitentur, id quidem ipsi de *bitumine* sententiæ tam parum derogat, quam *rubino*, quod sit *gemma*, cum itidem de *gemmarum generatione* variæ sint physicorum opiniones. Et qua fronte *KLOBIUS* exclamare ausit, *bituminis* assertorum fidem ex aliorũ mendaciis pendere, cum ipse nesciat, qua fide *Æthiopes* avem *Aschibobuch ambram* cacare *ODUARDO BARBOSÆ* narraverint? Ita sæpe non videmus manticæ, quod est in tergo. *Ambram* faciem *bituminis* potius quam fimi, referre vel luscus viderit; quo vero pacto e subterraneis locis emanet, tunc demum *KLOBIO* dicam, cum ipse mihi dixerit; quomodo reliqua *bituminum* genera, e suo quodlibet fonte emanent. Vix enim & ego credidero *KLOBIUM* suis oculis ad lacus asphaltitis aliusque maris aut fontis abyssum penetrasse, illamque manationem observasse.

Probam ambræ seu *bonitatis notam* ETTMÜLLERUS *l. c. p. 285.* esse variam ait, præprimis tamen, *quando ex acu perforata prodeat pinguedo*, tunc enim esse genuinam. Aliam probam hanc affert: si pauxillum decerpatur ab *ambra*, & hinc in manu calida bene agitetur & malaxetur, ut ipsa fiat mollis & liquida, sicut cera, tunc est genuina & vera; sin vero non bene cohæreat, sed a se invicem secedat, non est *ambra* vera.

Nos *ambræ* duo frustilla possidemus ex hæreditate *B. Dn. D.* JOH. VALENTINI MAJERI, *Physici* olim *Crailsheimensis* celeberrimi, jam per annos ferme triginta pie defuncti, cujus odor adhuc est longe suavissimus, & talis, qui vincat interdum *ambram* a *rhopopolis* recentissime emtam; nec enim compertum habeo, quot jam annis in Musæo dicti *Dn. D. MAJERI* ante ejus obitum delituerit, vel quot annorum fuerit *am-*

rit *ambra* ab ipso coëmta: Sic, ut inde appareat, eam, modo probe adserve-tur, diu vigorem suum, ob ⊖, volatile concentratissimum retinere.

Concentratissimum autem in *ambra* ⊖ esse *volatile*, vel inde probatur, quod ejus ℥j. cum *musto fermentata*, hujus 50. mensuras odore suo imbuat, experimento BARNERI *ap.* BIERLING. *Thesaur. Theoret. Pract. Obs.* 19. *Schol.* WOLFF. §. 3.

Ambræ utrum insit *virtus electrica* exploravi, talemque possidere, sed valde debilem, expertus testor.

Ambræ menstruum quod attinet, ea solis *oleosis* solvitur, idque, quia est genus *bituminis*, ut loquitur ETTMÜLL. *loc. cit. p.* 286. Catholica enim est nota, *quod omnia menstrua solventia debeant esse homogenea cum resolvendis.* Ramosæ particulæ olei homogeneas *ambrinas* amplectuntur, relicto salino cohæsionis & firmitatis vinculo. Resolvitur autem *ambra* in oleis tam expressis, quam aliis distillatis. Inter expressa palmarium est, quod sudant *amygdalæ* dulces. Ante annos undecim quidam peregrinatur, homo pannosus, unirota vectus, & chimicum se professus, (Nomen erat JOH. TEREPLIR, num adscititium, num genuinum, ignoro?) se demum expiscatum esse affirmabat *ambræ* originem, & *menstruum* hujus solutioni adæquatissimum esse *Jasmini oleum.* Quasi multum ab *amygdalarum* oleo differat, cui flores *Jasmini* infunduntur? nisi quis arbitretur, *moleculas odoriferas* per *homogeneam florum Jasmini fragrantiam felicius evolvi.* Cæteroquin *ambræ essentiam* cum 🜄 *Tartarisato*, item cum *essentia citri* per 🜄, *ex cortice per cohobationem parata*, in colorem egregium aureum, & consistentiam tandem quasi butyraceam acquirentem; it. cum ∾ *rosarum*, parare docet ETTMÜLLERUS *loc. cit.*

D. HERM. NIC. GRIMMIUS, *Ephem. Cur. Ann. I. Dec. II. obs.* 171. *Ambræ* ℥j. *retort. vitreæ indidit*, adaptatoque cum luto recipiente igni commisit libero: præmisso lenissimo calore exivit liquor aqueus: subsequente paulum fortiore, spiritualis successit liquor & flavi oleum coloris. Intensiore calore, ⊖ quoque volatilis exiguam portionem accepit: residuum quod fuit, piceæ erat formæ: humores qui transiere, aceto ex *succino* destillato conformes fuere, nisi, quod olei odor suavior, & ⊖ volatile succino similius. *Ambram* hic porro solvit *in* 🜄, quæ post se copiosam relinquit nigram piceamque materiam a 🜄 indomitam. Hic spiritus tandem sedimentum quoddam album, nubilosum post se relinquit, se paulatim magis magisque coagulans in formam collium montiumque, quod exsiccatum terram præsentat foliatam, splendidam, aspectuque jucundam.

Essentia moschi ambrata Officinæ Regiæ Polonicæ.

Exhibente CNÖFFELIO *Append. ad Ann.*

ad Ann.VI. & VII.Dec.I.Ephem.Cur. p.m.92.

℞. *Confect. alkerm.* ℥j.
spec. diambr. diamosch. dulc. aa. ℥ß.
lign. aloës ʒj: *mosch. opt.* ℈j.
ambræ ʒß,
🜂 *ardentis rosar. extr. Norimb.* ℥ij.
🜄. *cinnamomisat.* ℥j. *caryophyllat.* ℥ß.

Bene mista, & in vitrea phiala hermetice clausa stent in digestione per mensem, & quidem caloris lenissimi. Defusus liquor postea filtretur & usui servetur. Dos. gtt. v. vij. ad ℈ß. & ℈j. *Cordiale & cephalicum est.*

Essentia moschi & ambræ ejusd.

℞. *Mosch.* ℈ß. *ambr.* ℈j. *conf. alkerm.* ʒij.
🜂. *rof. fragr. lil. convall.* aa. ℥ß.
▽. *carbunc. elix. Matthiol.* aa. ℥j.

Mixta circulentur per octiduum & diutius in vitro clauso & optime perlutato, essentia postea per chartam filtrata, odoris suavissimi, in vitro bene munito, servatur ad usum. Confortat & reficit cor, cerebrum & spiritus animales & vitales, aliisque affectibus convenit. Dos. a gtt. iij. *ad* vj. *&* ℈ß. *in vino generoso, aqua cinnamomi vel alio conveniente liquore.*

Ambra moschata in forma sicca ejusd.

℞. *Ambr. grys. opt.* ʒß. *mosch. orient.* ℈ß: *gr.* v.
sacch. canarii alb. & subtiliss. pulv. ℥j. ʒij.

terantur & misceantur optime in mortario cum
ol. citr. ex rec. exter. cortic. absque △ *extr.*
rosar. stillat. ver. aa. *gtt.* v.
cinnam. gtt. ij. *caryophyll. gtt.* j.

Misceantur iterum, fiatque essentia nobilissima in forma solida, quæ in vino vel aliis liquoribus dissolvi, atque medicamentis aliis admisceri potest.

*Exc. MURALTUS Hippocr. Helvet. p.m.*360. pro paranda *essentia ambram cum* 🜂 *rosarum* fermentare docet, cui postea commiscet *elæosaccharum cinnamomi.*

Nos arbitramur ⊖*ia volatilia oleosa* & illud præcipue *DOLÆANUM* nobis usuale & supra descriptum pro *ambræ* extractione & solutione menstruum exhibere reliquis omnibus anteferendum. De *Oleo ambræ empyreumatico*, item de ejus ⊖*e volatili*, eodem tempore & operatione obtinendo BOYL. *de Utilit. Philos. experiment. p. m.* 418. ubi præterea ⊖ *hoc volatile* celebrat cum in *convulsionibus infantum*, tum etiam, quod experientia ultimis temporibus idipsum comprobaverit *Medicinam excellentissimam contra epilepsiam* hominum etiam adultorum: ubi dosi ℈j. aut ʒß. non excedente in quantitate *aquæ pœoniæ* congrua, aut vehiculo appropriato alio propinatum fuerit.

De *resina ambræ facie Gujanaica, dura, sicca, friabili, non adeo gravi, cinerea, ut ambra grysea, maculis albis majoribus & minoribus mixta, adstringente & sicco odore,*

odore, instar succini ardente, vid. BREYNIUS *Ann. III. Dec. I. Ephem. Cur. obs.* 297.

Quo pacto gravitas aquarum salsarum immersione frustuli *ambra* explorari queat, vid. iterum apud *BOYLEUM loc. cit. p.* 472. *Ambra artificialis* tres damus descriptiones:

℞. *Nuc. mosch. gr.* v. *mac. gr.* viij.
cinnam. ℈j.
caryoph. gr. iij. *styr. calam.* ℈ß.
flor. lavend. spic. Ind. aa. *gr.* viij.
M. F. cum mucil. tragac. Massa.

℞. *Lign. al opt.* ʒß. *sacch. fin.* ʒij.
styr. calamit. benzoës aa. ℈ij.
ol. nuc. mosch. expr. ʒß.
ladan. gr. viij. *cer.* ʒij. *M. F. M.*

℞. *Lign. aloës* ℥j. *cer. alb.* ʒvj.
mosch. in ∽. *ros. solut.* ℈ß.
camph. gr. iiij. *M.*

Vulgatissimos hodie spirituosos liquores, qui *Ros Solis* appellantur, & mira colorum, odorum saporumve varietate luxuriantur, *ambra* frequenter etiam ingreditur; v. gr.

℞. *sacch. alb.* ℔ij. *P. C.*
aq. ros. odorat. ♆. *opt.* aa. *mens.* ß.
ol. cinnam. destill. gtt. xxj. *lign. rhod. gtt.* xj.
caryoph. gtt. vj.
mosch. opt. gr. iij. *ambr. grys. gr.* vj.
sant. rubr. cochl. ij. *M. l. a.*

Ambra quoque ingreditur *aquam* celeberrimam *cephalicam Sternfelsianam*; it. *Tincturam stomachicam Stockhammeri*,

Essentia ambra sicca HILLINGII sequens est:

℞. *Mosch. opt. gr.* vj. *ambr. grys. ver. gr.* viij.
Zibeth. gr. iiij. *benz.* ℈j. *sant. citrin.* ℈ß.
ol. lign. rhod. gtt. vj. *cinnam. gtt.* vj.
sacch. albiss. ℥iß. *extr. ladan. gr.* viij. *M.*

Tantum de Ambra.

*
* *

Observationes aliquot ab Excell. Dn. D. JOHANNE MELHIORE WELSHIO, Physico Nordlingensi, Collega suavissimo communicata.

I.

Annulus argenteus morbi imminentis, remittentis & recidivi Index.

VIrgo quædam 20. annorum, vexata per aliquod tempus singulo mane *leipothymia hysterica*, pulsu insequente celeri, siti molesta, respiratione difficili, cardialgia cum dolore ventriculi gravativo, urina denique intensius colorata, gerebat in digito *annulum ex argento* confectum. *Hic affectu prædicto jam imminente & decurrente argenteo suo fulgore penitus depauperatus colore obscurabatur nigerrimo, morbo vero medicamentis appropriatis debellato, nitorem pristinum recuperabat.* Quod in ipsius matre hysterica & femina alia 50. annorum denuo mihi observare contigit. Querebatur hæc de anxietate præcordiali nimia, globo faucibus

faucibus inhærente, cardialgia ad lipothymiam usque urgente. Accedebant flatus, ructus, singultus, & dolor circa hypochondria admodum molestus. Horrore insuper, calore & sudore frigido misera excruciata, nunc diarrhœam, nunc alvi obstructionem patiebatur. Affectu hoc per sat longum tempus decurrente, *annulus, qui digitum exornaverat, argenteus, colore suo nitido amisso, totus totus nigrescebat, amissa illa nigredine, morbo aliquantulum remittente.*

Sed, quid factum? Vix una vel altera septimana præterlapsa annulus argento suo præfulgens dictum reassumebat colorem atrum. Ego hoc animadvertens morbum recidivum prædixi, & en! vix die elapso morbus symptomatibus suis stipatus de novo sæviit, & ita prædictis tristis eventus respondit.

Ob materiæ affinitatem liceat sequens de *cane* quodam adjicere. Hic Dominum suum, a quo alebatur, blanditiis cani consuetis, ardenter prosequebatur eique semper præsens erat. Sed, quid evenit? Dominus certo tempore gravissima corripitur dysenteria, & *canis*, omissis blanditiis præsentiam Domini aversatur. Morbo vero adeo sæviente, ut jamjam de vita ægri actum videretur, forte canis accessit & pristinas Domino blanditias exhibuit. Adstantes hoc inconsuetum vertebant in omen, morbum scil. brevi remissurum. Quod etiam, dysenteria de die in diem de sua sævitia remittente, factum.

II.

Sanguis menstruus ab iracunda Vomitu rejectus.

Mulier quædam *Judea*, levi de caussa ira excandescens, Anno 1696. *mense Febr.* quo tempore *fluxu* laborabat *menstruo*, ita offensa erat animo, ut præ nimia excandescentia *sanguinem menstruum magna in copia evomeret*, superveniente lipothymia frequenti, dolore lumborum ingenti, & urinæ, pessime olentis, ardore molesto. Ipsa vero medicamentis adhibitis brevi convaluit.

III.

Vomitus stercoreus ad septimum usque diem durans, non lethalis.

Sutoris cujusdam nostræ civitatis uxor 40. annorum, epilepsia hysterica a multis jam annis frequenter correpta A. 1696. mense Majo, ventre flatibus submurmurante, magna in copia, ructus, cibum, pituitam & bilem evomuit, superveniente alvo contumacissime obstructa. Cessante vomitu, alvo autem adhuc adstrictissima, ægra omnia medicamenta, inter quæ clysteres primario, prorsus recusavit ac respuit, quo factum, ut ardor ventriculi ingens cum angustia præcordiali maxima subsequeretur. Hoc animadvertens vomitum recidivum fore dixi. Et en! die septimo una cum tribus lumbricis maximis *stercus fetidissimum.* (quod vero fœtorem mox amittebat, fecisque instar cervisiariæ, cujus etiam colo-

colorem referebat, intumescens, vas cupreum exiguo temporis spatio ærugine obducebat,) *ad aliquot mensuras successive egestum fuit.* Hoc in casu desperato ægra ad septimum usque diem relicta, nullisque, nisi externis medicamentis nunc fortioribus, nunc lenioribus, pro viribus sublevata, sentiebat tumorem ventris, anxietates auctas, jactationes inquietas, vigilias, respirationem difficilem, calorem, sitim intolerabilem, lipothymias, & cum sudore frigido, totius corporis frigus. Uno verbo: *Adstantibus valedicebat*, & de vita jam esse actum, una cum omnibus, credebat. Sed mirum! Die septimo, vomitu aliquantulum remittente, forte ægra 4. Sedes experitur, similemque materiam, vomitu hactenus ejectam, alvo reddit, quo factum, ut misera, vomitu sensim atque sensim cessante, alvo vero ad 10. adhuc dies dictas feces excernente, ex singulari DEI benevolentia, valetudinem optimam reciperet.

IV.

Superfœtationis suspicio.

FEmina quædam 35. annorum filiam peperit vivam & alacrem, solitis doloribus prægressis, remanente in utero secundina, & fœtu alio sese hinc inde movente. Puerpera optime sese habente, cessantibus etiam ad partum indiciis, aliam puellam communi placentæ involutam latitare suspicabar. Biduo vero elapso puella diarrhœam admodum molestam, & supervenientibus doloribus, licet lenioribus, debilitatem sat magnam persentiebat. Interim parturiente medicamentis confortantibus roborata, & leniter pellentibus sublevata, prosiliebat vesica aqua plena, puella alia, debilis quidem, post vero vivida, nascebatur, & secundinæ binæ separatæ æqualiter recentes, nullumque fœtorem, (licet altera ad tertium post partum diem in utero latitaret,) de sese spirantes, sequebantur.

* * *

Schedæ quædam Medicæ,
In Bibliotheca B. Dn. D. SALOMONIS BRAUNII Archiatri Brandenburgici Baruthini reperta.

Præloquium.

VIr Excellentissimus *B. Dn. D.* SALOMO BRAUNIUS, *Practicus olim Nordlingensis, hinc Physicus Biberacensis, denique Medicus campestris & Archiater Serenissimi Marchionis Brandenburgici Baruthini*, longiore vita dignissimus, nunquam otiosum *Ordinis Curiosi* membrum, filium reliquerat SALOMONEM BRAUNIUM sui similem, id est, eruditum & solertem Medicum, Collegam in *Physicatu Nordlingæ*, sed per tres eheu! menses mihi suavissimum, nunc, postquam ex petechiali morbo decessit, desideratissimum. Post hujus obitum Bibliothecam utramque, Patris nimirum & Filii BRAUNIORUM, cum *Manuscriptis*

omnibus, ære meo mihi vindicavi. Promiserat Vir optimus, BRAUNIUS Pater, *Ordini Curiosa caryophylli hortensis Historiam*; quæsivi, numquid in ejus schedis reperire possem opusculi aut absoluti, aut propediem absolvendi; sed præter quatuor aut quinque plagulas nihil repertum, quas in lucem edere pretium operæ non visum, cum præter *historia caryophylli hortensis protheoriam* ferme nihil continerent. Ut tamen optimi viri memoriam in eruditorum animis quadamtenus resuscitarem, schedas aliquas, *consilia* quædam & *relationes* continentes, Lectori communicare, atque sic *tertiam* horumce *MISCELLANEORUM partem* obsignare statui. Ut meum candorem Lector benevolus boni consulere dignetur, omnibus modis exopto.

I.

Relatio de Fœtu mortuo per uterum extracto.

Wol-Edler/ Fester/ ꝛc.ꝛc.

EW. Herꝛl. ꝛc. kan mit wenigem zu berichten nicht unterlassen / welcher gestalt ich gestriges Tages/ nemlich den 17ten dieses/ Morgens um 7. Uhr / zu deß L. S. Hauß-Frau/ Namens Rosina/ erfordert worden/ um deroselben in ihren harten / und schon in den dritten Tag außgestandenen Kinds-Nöthen beyzuspringen/ und mit ordentlichem Rath und Hülff-Mitteln an die Hand zu gehen.

Nachdem ich nun nicht allein auß angebohrner mitleydender Bewegung / sondern auch auß obligender Schuldigkeit meiner Profession, vermög deren ich mich / so wol Armen als Reichen/ in Nöthen/ nach Möglichkeit beyzuspringen / verbunden weiß/ mich alsobalden dahin verfüget / habe ich/ so wol gegenwärtig befunden / als auch von denen anwesenden geschwornen Frauen und Hebammen vernommen / daß das Kindlein in Mutterleibe / schon vor 12. und mehr Stunden / in der harten Geburts-Arbeit / abgestanden/ und verstorben/ sondern auch noch biß dahin keine einige gute Anzeigung einer möglichst verhülfflichen/ natürlichen Geburt vorhanden/ indem das Kindlein mit dem lincken Elenbogen in der Geburt gantz fest gestanden/ und zwar also eingezwungen/ daß der Hebammen unmöglich gewesen / mit anlegender Hand-Arbeit etwas zu Beförderung der Geburt außzurichten / darauf ich doch / durch gute Anordnung und gethanen Zuspruch so viel zuwege gebracht / daß man das lincke Aermlein mit der Hand erhalten / und entblöset ; Dennoch aber auch bey so gestalten Sachen die Hebamme mit ihrer Hand zu Wendung und rechter Stellung deß Kindes zu gelangen / nicht vermöcht/ angesehen solches schon von überflüssiger Feuchtigkeit groß aufgeloffen und geschwollen / und wir nunmehro kein ander Mittel mehr gesehen/ weil das Kind auf solche Art nicht zu gewinnen/

winnen / als daß auch die Mutter ihr Leben einbüssen müste; Als habe ich mich endlich / nach wolbedachtem Rath und reiffer Uberlegung resolviret / zu versuchen / ob irgend die abgestandene Frucht Stück-weise / durch / bey dergleichen Fällen üblicher und offt gut befundener / Zergliederung / bey welchen Fällen ich vor diesem auch gewesen / indem ich mich über das auf meine Principia anatomica, nächst GOTT / verlassen / von der Mutter zu bringen / und zum wenigsten dieselbe dadurch bey dem Leben zu erhalten wäre / worauf ich denen Anwesenden meine Meynung entdecket / und / nachdem solche nicht allein von ihnen allerseits gebilliget / sondern auch von der Gebährenden selbst / mit grossem Verlangen / begehret worden / dafern ich mich unterstehen wolle / solches persönlich / mit Hülffe der Hebammen / ohne grosse Weitläufftigkeit zu verrichten / habe ich nicht allein meinen möglichsten Fleiß darzu versprochen / sondern auch alsobalden Anstalt gemachet / daß dienliche Medicamenta, so viel der Zustand so geringer Leute leyden wollen / theils von der Apothecke / theils von mir selbsten gereichet / und zur Hand geschaffet worden / um / die Gebährende nicht allein bey guten Kräfften / an denen man zwar biß dahin noch keinen sonderlichen Abgang gespüret / ohne / daß sie ihren Bauch / an der lincken Seite / stets geklaget / zu erhalten / sondern auch zu solcher Operation genugsam zu disponiren. Unterdessen ich mich hoch / wiewol umsonst / bemühet / bey denen Herren Chirurgis allhie / einige dazu dienliche Instrumenta zuwege zu bringen / wie ich aber dergleichen nirgend antreffen können / habe ich alsobald Vorsehung gethan / daß mir / in geschwinder Eyl / ein Instrument oder 3. auf mein Angeben dazu verfertiget worden / über welche ich meine andere Instrumenta anatomica zu Hülffe genommen / und mich also wiederum zu der Gebährenden verfüget / welche meiner mit grossem Verlangen wolgemuth erwartet / habe also / samt der Hebammen / mit Hülff der Anwesenden / im Namen GOttes / das Werck angegriffen / welches auch zwar einen guten und glücklichen Anfang gehabt / aber / wegen annahender Unkräfften der Gebährenden / und übler Stellung deß Kindes / zu dessen Kopff und rechter Achsel man durch keinerley versuchte Mittel und Wege gelangen können / dahero wir anfänglich in Gedancken gerathen / ob wäre das Kind an einer Seite gar angewachsen / nicht nach Wunsch mögen vollzogen werden / deßwegen ich auch mit der Operation nachlassen / und die Sache dem Höchsten / als einem mächtigern Artzt / habe heimstellen müssen. Nachdem ich nun bey Ankunfft Herrn Diaconi E. ein wenig Abschied genommen / hat man mir bald darauf angezeiget / daß die Gebäh-

bährende/unter dem Gebett und Zuspruch der Umstehenden / in ihrem Erlöser / seelig entschlaffen.

Als ich darauf/nach gethaner Anzeigung bey Ihro Herrl. rc. und von deroselben erhaltenen Befehl / in Beysein zweyer Hebammen / und deß Herrn Stadt-Chirurgi, auch anderer/ dem künfftig darauß erfolgenden gemeinen Nutzen zum besten/den todten Cörper geöffnet / um die Ursache dieses so schweren Zustandes desto besser zu erkundigen / hat sich nicht allein befunden / daß die Mutter in der lincken Seiten / oben her/ gegen das os pubis zu/mit Blut gantz unterloffen / und sich daselbst die äussere Haut derselben/ welche von dem peritonæo herrühret/ gantz abgelöset/ sondern auch/nachdem man die Mutter selbst geöffnet/daß das Kind/welches ein Knäblein / gar vollkommen/ und starck von Gliedern / sonderlich am Kopffe / welcher die gemeine Grösse fast überschritten / und / weil die Frucht schon so lang gestanden/ mit allerhand übrigen Feuchtigkeiten eingefüllet gewesen / in der starcken Geburts-Arbeit die innerliche Haut der Mutter / in der lincken Seiten/ wo es mit dem Kopff/gegen dem ossi pubis angestanden / gantz dilaceriret und zerrissen/auch über das/ sich mit dem Kopffe wieder überwärts / zwischen der innern und äussern Haut der Mutter / also hinein gedrungen / als wann es in einem Beutel steckte / welches die Umstehende selber mit Augen gesehen / und mit ihren eigenen Händen theils gegriffen/ dahero die Ursache offenbahr worden / woher man so gar zu deß Kindes Kopff nicht gelangen / und solches zu rechter Stellung bringen können; dergleichen Zustand dann fast/da nemlich das Kind in Mutter-Leibe / durch harte Arbeit/ die Mutter nicht allein zerrissen / sondern auch gar zersprenget / und mit samt der Nach-Geburt in den Bauch durchgedrungen/ Herr D. Gottfr. Welsch / P. P. und Raths-Physicus zu Leipzig / im andern Theil seines Heb-Ammen-Buchs / p. 472. erzehlet.

Gleichwie ich nun diese Gebährende/ wo es müglich gewesen wäre/ bey Leben zu erhalten/ und/ zum wenigsten / nach abgestandener Frucht/ die Mutter zu retten mir höchstens habe angelegen seyn lassen / und dahero an möglichstem Fleisse / auß Christl. Mitleyden bewogen/ nichts gesparet; Als habe solches auch hiermit / nach erhaltenem Befehl / Ew. Herrl. rc. schuldigster massen / umständlich referiren sollen / nicht allein zu Bezeugung meines dem gemeinen Besten und meinem Neben-Menschen zu dienen willigsten Gemüthes/ sondern auch/ als

Ew. Herrl. rc.

Nördlingen/ den 18. Jan. A. 1669.

Dienstbereitwilligster
Salomo Braun, Med. D.

II. Con-

II.

Consilium Medicum de Palpitatione cordis & usu acidularum Egranarum, pro B. D. Consule FRIKKINGERO *Nordlingensi.*

Wol-Edler/Gestrenger/rc.

DIeweil Ew. Hoch-A. Gestr. beliebet/ in meiner Gegenwart/ dero eine Zeitlang her beschwerenden Affect und Zustand/mir in etwas zu erzehlen/ auch über die von Ew. Herrl. deßwegen eingeholte unterschiedliche Consilia Medica, sonderlich circa usum acidularum Egranarum meine Meynung zu vernehmen/ welches damahls wegen Kürtze der Zeit und meiner Räißfertigkeit nicht bequemlich geschehen können/als habe nicht unterlassen wollen/ solches mein von Ihro Herrl. Groß. begehrtes weniges Bedencken/ gethanem Versprechen nach/ hiermit schrifftlich zu communiciren.

